



**Par**  
**175**










# ADA

GIORVM OMNIUM,  
iam Græcorum, q̄ Latinorū Aurēcum  
flumen, uarijs sententiārū margari-  
us ac lapidibus preciosis refertū. ex  
nonūsima D. Erasmo Rot. & editione  
breu cōmentariolo, secundum ordinē  
Alphabetti, per Theodoricum Corte-  
horium selectum, omnibus nō solum  
pueris ac tyrunculis proficuum,  
sed etiā uere sancte & q̄ scien-  
tiae peritissimis utili-  
lisum.

An. M. D. XXX.



# ADA=

GIORVM OMNIVM,  
iam Græcorum, q̄ Latinorū Aureum  
flumen, uarijs sententiarū margari-  
tis ac lapidibus preciosis refertū. ex  
nouiſſima D. Erasmo Rot. editione  
breui cōmentariolo, secundum ordinē  
Alphabetti, per Theodoricum Corte-  
hoenium selectum, omnibus nō ſolum  
pueris ac tyrunculis proficuum,  
ſed etiā uere sanctaq; ſcien-  
tia peritiſſimis uti-  
liſſimum.

An. M. D. XXX.

## HELICONIS EPIGRAMMA.

Qui cupis obscuros, scriptorum soluere nodos,  
Ipsaq; magnorum nubila dicta uirum.  
Arrin-<sup>c</sup> thoe cuius tibi quæ digesta reliquit,  
Et uigili cupidus singula mente lege.  
Quæ latuere diu tandem prouerbia cernis,  
Sordida quæ quondam, iam tibi pulchranitent.  
Sol uelut astriferi rutulantia sidera cœli,  
Et quicquid pulchrum candidus æther habet.  
Sic liber iste breuis numerosa uolumina uincit,  
Et tibi discenti sensa profunda canit.  
Illa dies albo tibi sit signanda lapillo,  
Felici auspicio, quæ dedit istud opus.  
Exiguum plena nummum deprome crumena,  
Atq; eme quæ nunquam sunt peritura tibi.

## ECCLESIASTICI. 39.

Sapientiam omnium antiquorum exquireret sapiens,  
Et in Prophetis uacabit. Narrationem uirorum nomi-  
natorum conseruabit, et in uersutias parabolarū si-  
mul introibit. Occulta prouerbiorum exquireret, et in  
absconditis parabolarū conuersabitur. In medio  
magnatorū ministrabit, et in conspectu præ-  
sidis apparebit. In terram alienigena-  
rum gentium pertransiet. Bona  
enim et mala in omni-  
bus tentabit.

THEODORICVS CÖR-  
TE HOEVIVS EXIMIO VIRO  
D. Erasmo Rote. trium linguarum  
peritissimo S. D.



VO EQVIDEM IVRE,  
quæ audacia ex ang. nro nunc  
in lucem prodire ausus sim, paucis  
accipere uelis, mi Desyderi uir  
eximie.

Quum in hoc uerè aureo rena-  
scientium literarum seculo, quo non solum modo tres  
illustres linguae profitantur, sed et optimis studijs  
quisq; pro uirili sua consulat: et alius quidē incognita  
ad huc Latinis auribus è Graco uertit, aliis indecte uel  
perperam uersa castigat aut elimat: alius Latinos au-  
tores iniuria temporum deprauatos, ueterum exem-  
plariū collatione restituit, aut obscuros explicat.

Ego sane quamvis ingenio tenui et perquā exi-  
guā doctrina preditus, ne prorsus asymbolus essem,  
operē pre cium putavi meo isto labore plurimorum  
parvulorū, præfertim pauperum profectui cōsulere,  
qui cum in comparatione tanti uoluminis Chyliadum  
minus essent soluendo, nimio sumptu grauarētur, et  
sic aliquo studiorum fructu fraudarentur.

Deum optimū maximū testor, me unquam nullū  
alium quæstum in animum induxisse, quam maximē  
aliorū seruire commodis. Mihi satis est Socratiū il-  
lud didicisse, quod nihil omnino scimus, et quā pos-  
sumus opera nostrā iuuāndis aliorū studijs conferre.  
Nihil hic fingo, neq; meipsum prædico. Ipse enim exi-  
tus rei declarabit, quid fecerim.

Profecto ad hanc prouinciā alacriter capessendā,  
ogniūter peragendam, tue præfertim integratatis

A. 2. modestia

## E P I S T O L A

modestia dūquit, cū me apud sciolos ac nasutulos quos= dā male audiūturū haud dubito, oīa honesta studia pa= sim uitio uertentes, cur clauam ē manu Herculis ex= torquere labore, uti quondā Zoili quidā Maroni im= ponebāt, quod nō paucos Homeri uersus pro suis usur= passet, respondit hoc ipsum magnificum esse facinus, uel ioui fulmen eripere, uel clauā extorquere de ma= nu Herculis. Omnes enim nos discipuli patrum præce= dentium sumus, falcemq; nostram in messem alterius mittimus. Terētius namq; noster ait. Nullū iam dictū quod non dictum sit prius. Quare æquū est uos cogno= scere atq; ignoscere. Que ueteres factitarunt, si faci= uit noui. Bonum certè peractū, non esse in terra silen= tio occultandum, Pindarus ait.

Non hic mihi vindico alienæ industrie laudē, et gloriā alterius labore partā uerbis in me transmoueo, sed magis ipsum autore promoueo. Nihil equidē te= cum moror laudē, præsertim ab his profectam, quibus ego nec ingenium esse puto, nec eruditio nem, nec elo= quentiam. Si quis hic offenditur, cū alicuius reprehen= siōis oīo sim immunis, nō offendor, sed ipse mihi gra= tulor, qui uacē ijs malis, quibus multos obnoxios esse video. Vera namq; scientia neminē magis habet aduer= sariū, quā ignorantē insciūq; qui ob rūmā inuidiā uel natura est adeò morosa, ut nihil oīo probet. Tū q; nūc crītas magis efferūt, cū nihil sit arrogati⁹ imperitia. Quid unquā inscitia uel impudētius, uel pertinacius?

Ea profecto est modestia ac integritas hoīs uerē docti, omnia haud sinistrē, sed in melius interpretari. Gētiles ac uanē glorioſi querulātur uti Niceas ac De= mosthenes in fabula de laude sibi prærepta per Cleo= nem, qui de coriario Imperator factus, mazam pistā ab illis ante, pīnsuit.

Sed cum

Sed cū impossibile sit tē μῶμω ἀρέσκειν, qui oīa curiosis oculis contēplatur, i primis tu solus dignus mihi uīsus es, cui soli tanq; singulari patrono placere p̄cū pio.nā rara est ac fuit diuini ingenij tui singularis felicitas. Tum ea es eruditione, et optimarū disciplinarū peritia præditus, et ijs perspicacissimi ingenij dotibus polles, eaq; uite modestia commēdaris, ut hūc tuū certe libellum, potius quā meū aduersus morosos quosdā adeō pertinaces (ut ne Vertūnus quidē ipse, illorum aios uerterit) tuo patrocinio defendes. Multum apud me ponderis habet, tuū præsertim, et aliquorū eruditiorū iudicium, qui me præsumptionis minime fugillēt, sed operam meam fauore suo uehent.

Nec uero nunc opus est, ut ego tuas uirtutes longis tibijs cantē, ac eruditionē tuā, morumq; gravitatē hic deprædice, quas non solū Germania suscipit, sed et tota Christianitas admiratur et colit. Vera nāq; uirtus, nunquā latere potest. Atq; quum dispicio cuinam tam præclara rei literarie monumenta consecrari debant, iure optimo laudē illam oīm calculis tibi soli uē dicaris. Nos enim omnes tanquā discipuli adhuc infantes sequimur te, patresq; ueteres à longe, omnia egre giē dicta ē uestris pectoribus, lactis instar, sugentes, trahentesq;.

Tecum igitur rogo, oppidò omnes, ne alicui tec-  
dium capiat huius operis toties renascentis. Nam iuxta Platonem Διὸς τεῖς τὸ κολόρ. Nullaq; satietas rerum honestarū esse debeat. Labor namq; labori labore quotidie adducit. Boni quo se pro tuo candore et integritate consulas hunc meum affectum erga modestiam tuam, quam opto feliciter in Christo diu uiuere et ualere. Datum Antuerpiæ An. M. D. XXX.

Calendis Februarij.

A.3.

**ADAGIORVM OMNIVM,**  
**TAM GRÆCORVM, QVAM LATINORVM**  
 Aureū flumen, uarijs sententiarū margaritis  
 ac lapidibus preciosis refertū. ex nouissima D. Erasmi  
 Rot. editione brcui cōmentariolo, secundum ordinē  
 Alphabeti per Theodoricum Cortchoeum se-  
 lectum, omnibus, non solū pueris ac tyro-  
 nibus proficuum, sed etiam ueræ fan-  
 ctæq; scientie peritiissimis  
 utilissimum.

## ABERRANDI.

Aristoteles.



**VIS** aberret a ianua,  
 tis ἀνδρέας ἀμάρτοι  
 Id est. **Quis** aberret à Ianua? Dici  
 solitū, ubi quis penitus aberret à ue-  
 ro, totoq; fallitur iudicio. Affine ui-  
 detur huic prouerbio, quod apud  
 Platonem legitur in Phædro, Λυσίας τῷ παντὸς  
 ἀμάρτυρε. Id est, Lysias prorsum aberrauit.

Teretius

Tota erras via.

Τῇ πάσῃ διῆς ἀφεμαστάνεσθαι.

Id est, Tota aberrare uia. Prouerbiū est in eos, q  
 uicementer aberrant. Translatū à uiatoribus, qui nō  
 nunq̄ita solēt aberrare à uia. Vnde exorbitare dicū  
 tur, qui à uero aberrant. Quāmetā hodie dictitat̄ eos  
 in uia esse, qui recto consilio quippiā institunt: ex-  
 tra uiam, qui qua nō oportet ratione, rē aggrediuntur.  
 Sunt ferme prouerbiales & illæ metaphore, doctis  
 usitatiſimæ. Depellere à uia, Reducere in uia, Mon-  
 strare uiam, Facere uia, Sternere uia, Aperire uiam,  
 P̄ecludere uia, Intercludere uia. Celebre habetur et  
 illud apophthegma: Bene currunt, sed extra uiam.

Toto

Toto coelo errare.

Huic confine est, quod usurpat Macrobius Satur. bius.  
lib.3. Nunquam ne:inquit. Prætextate tibi uenit in mē  
tem:toto, ut aiunt, cœlo errasse Vergilium?

Macrobius

## A B I N I T I O A D F I N E M

Ab ipso Lare. Aφ' εσιας αεχδ. Aristides

Id est, A lare incipe, hoc est a domesticis ac familiariibus initiu sumito. Recte dicetur in magistratus, et alienæ uitæ censores, quorū officiū est, ut in primis suos, suorūq; uitā corrigan. Interpres admonet dici solitum de ijs, qui ab ipso statim initio, uel boni sunt, uel mali. Quasi dicas ab ipsis incunabulis, quod Lar statim nascentes excipiat.

A capite usque ad calcem.

Homerus

Cum rem totā significamus, à capite usq; ad calcē dicimus. Cuius adagij triplex potest esse usus. Aut enī ad corpus referetur, aut ad animū, aut ad rē, qui duo posteriores plus obtinent uetus statis, nimirū quo plus habet figuræ. Ad corpus apud Homerū Iliad. 4. Es πόδες ἐκ κεφάλης. Id est, A capite usq; ad pedes. Hora. Talos à uertice pulcher ad imos. Tulli. Nonne ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa, olere maliciam, et clamitare calliditatē uidentur? Ad rem, ut apud Aristophanem in Pluto. Audi ergo, quando totum ego negocium

A pedibus usq; tibi ad caput percenso. Hierony. Contuli cū eo à uertice, ut aiunt, usq; ad extremū unguem. Ad animū hoc pacto poterit transferri. Ego tibi mores et ingeniu illius, breuiter, hominem quantus est à summo, ut aiunt, capillo, ad imum usq; calcaneum depingam. Huic affinia sunt. Tu huius rei es caput.

## AB INITIO

**Lucianus** Caput tyrannidis.

**Plato.** Seditionum fons.

Ad calcem uenire. In calce operis.

In extremo literarum tuarum calce.

Ab ipso exordiri capite. A calce ad caput recurrere. &c.

**Philostratus.** Prora & puppis. πρώξα καὶ τεῖχος μν.

Id est, Prora & puppis. Prora itaq; & puppi. sum  
mam consiliū nostri significamus, ut Pictas studiorum  
nostrorū prora, & puppis esse debet. Quibusdam om  
nium rationū prora & puppis est pecunia. Consimili  
figura dictū est in Apocalypsi. ἐγὼ εἰμι ἀλφα καὶ ω.  
Ego sum alpha & ω. Ego sum rerū omnium summa.

**Euripi-des.** Venimus ad summam lineam.

Euripedes in Antigone. Επὶ ἀκροπόλισι γραμ  
μῶν κακῶν. Id est, Deuenimus summam ad malorū  
lineam. Horatius. Venimus ad summum.

**Aristophanes.** A carceribus. Απὸ βαλβίδων.

Id est, à repagulis, siue carceribus. Interpres ostēdit  
metaphorā mulio sumptam à studijs, in quibus carce  
res erāt repagula quedā, unde cursus initii erat. Vn  
de frequentes illæ apud Latinos etiam scriptores for  
mulae. A carceribus ad metam, à meta ad carceres.

A carcere. Απὸ βαλβίδος,

Id est, A carcere, siue repagulo. i. ab ipso rei princi  
pio. Sumptum à certaminibus equestribus, ubi cursus  
initii est à carceribus. i. repagulis, finis meta. Itaq; cū  
exorsum negotijs significamus, ab ipsis carceribus di  
cimus: cū finem, ad metā usq;. Veluti si quis dicat fœ  
dum esse, si quis artifex ab ipso statim carcere peca  
tet, aut neminem tam ignavum, qui non ἀπὸ ξελβί  
δος strenuus esse uideatur.

Ad calcē

Ad calcem peruenite.

Tullius.

Pro eo, quod est ad metā, finemq;. Tullius de Amū.  
 Ut cum aequalibus possis uiuere, cū quibus tanquam ē  
 carceribus emissus, cum iisdē ad calcē, ut dicitur, per-  
 uenire. Idē de Senect. Nec uero uelim quasi decurso  
 spacio à calce ad carceres reuocari. Ad hanc formam  
 etiam attinent: Usque ad plaudite. Extremum fabu-  
 le actum peragere.

Ab ouo usque ad mala.

Horatius

Ab initio conuiuij usque ad finē. Hora. Satyra.3. Si  
 collibuisset, inquit, ab ouo usque ad mala, citaret, io Bac-  
 che modo summa Voce, modo hāc resonat, quæ chor-  
 dis quatuor ima. Antiquitus enim cōnā ab ouis auspi-  
 cabantur, malis finiebant. Erit uenustius si longi tra-  
 hatur, pro toto ope, toto colloquio, tota nauigatione.

A linea incipere. Αὶ γαμμῆς ἐπχεῶς.

Aristides

Id est. A linea incipere dicuntur, qui ab ipso rei ex-  
 ordio sumunt initium. Sumpta metaphora ab his q; cur  
 su certant in stadijs. Nam ijs linea quādā ducitur, ad  
 quam ex equo stent, donec currendi signum accipient.  
 Tertullianus libro.1 aduer. Marcionem. Age igitur  
 ad lineas rursus & ad gradum. Ad lineas dixit, pro  
 eo, quod est ab integro.

A teneris unguiculis. Αὶ τοῦ παιδικοῦ χρόνου Plutarch.

Id est. A teneris unguiculis. i. à prima pueritia. Trans-  
 latū à catulis, quorū unguiculi nondū duruerūt. Hora.

Et incestos amores. De tenero meditatur ungui.

Ab incunabulis.

Plautus.

Eundem habet sensum, à primis uitæ rudimentis.  
 M. Tullius oratoris incunabula uocat, primam illam  
 à fundamentis institutionem. Et Vergilius  
 Gentis cunabula nostræ. Similiter & crepundia

A.5. pro

# A B I N I T I O

pro prima etate accipiuntur.

Hesiodus Principium dimidium totius.

Ἄρχη ή μοι ταῦτα.

Principiū dimidiū totius. Hoc adagio significatū est, maximā difficultatis partem in aggrediundo negocio sitam esse. Hora. Dimidiū facti, qui bene cœpit, habet.

Terētius Caput.

Precipuā negotiū partē, aut autorē rei, caput uocamus. Teren. Te esse huic rei caput. Eundem in modū & arcem dicimus rei cuiuspiam. Aristote. Quoniam incolumitatis arx est. Plato. Caput eruditioñis censemus rectam educationem. Plau. Ego caput huic argēto fui hodie reperiūdo. Ego pes fui. Quin nec caput, nec pes sermonis appetit.

Tullius. Quodcunq; in solum venit.

Id est, Quidquid in rerū natura producitur. Tullius. Hinc quodcūq; in solū uenit, ut dicitur, effugis, atq; efficias. Ridet atomos Epicureorū, ex qbus illi cum etiа progigni credūt, qdqd usq; nascitur in uniuerso.

Plautus. Exorditi telam.

Rem enim, quā arte, consilioq; instituimus, exordiri dicimur. Plaut. Exorsa hæc tela est non male omnino mihi. Tullius dixit prætexere pro perficere. Pertex modo, inquit, Antoni quod exorsus es.

Scindere glaciem.

Est aperire uiam, & in incipiundo negocio priorē esse. translatum à nautis, quorum unus aliquis præmittitur, qui flumine concreto, glaciem prærumpat, reliquisq; uiam aperiat.

Tullius. Ea tela texitur.

Id est, eiusmodi negoçium in manibus est, & res inceptantur tales. Translatio sumpta à textoribus.

Toto

Toto organo.

Quinti-

Proinde toto organo instructa recte dixeris, quælianus.  
numeris omnibus constans et undiq; quadrant. Sum=

ptum et hoc à musicorum instrumentis.

A fronte atque a tergo. Πέρος καὶ διπλῶ, Plato.

Id est, Afrōte, atq; à tergo. Est diligēter inspicere,

et præterita cum præsentibus ac futuris conserre.

Home. A tergo simul, atq; à fronte uidere.

A coelo ad terram. Αὐτὸν οὐ πάντα μέχει γῆς. Plautus.

Id est, à coelo ad terram. Quasi dicas, qua cū de re,  
ab extremo initio, usq; ad supremum finem.

Ne inter apia quidē sunt. Οὐδὲ περιέστωσι στοέμ. Aristote-

gressum quidē aut initiū rei attigerunt. Sumpta me-

taphora ab ijs, qui hortos ingrediuntur. Nam antiqui

tus extremus ille hortorū ambitus, apio conserebatur

quem qui nondū præterissent, uelut in horti lumine

adhuc esse uidebantur. Aristoph. in Vespis. In apio

nondū est uel ipso, sed nec in rutis adhuc. Hoc est, nec

initiū habet eorū, quæ sunt futura. Vel ne in apio qui

dem, quasi dicas, ne in primis quidem rudimentis.

Plinius.

Fores aperire. Ανοίγει τὴν θύραν θεού.

Id est, Fores aperire, proverbio dicebatur, qui rei

cuiuspiam ingressum, initiūq; patefaceret.

A B S V R D A . Indecota. Præpostera.

Fluuius, quæ procul absunt irrigat.

Diogenia

ποταμός τὰ πόρεω τὸ ὄργανον, τὸ Δέλφιον

καταλείπει.

Id est, fluuius que lōge dissipata sunt irrigat. quæ pro=

xia sunt, præterit. De his dici cōueniet, q; bene merē-

tur de externis, et nihil ad se p̄tinētib; suos negligūt

Apparet

# A P S V R D A.

Apparet inde ductum, quod ubi fluuius oritur, minor esse solet, minusq; argillæ secum trahens: & quo longius recessit à fonte, hoc est copiosior, uberiorq;.

**Homerus**

Frustra habet, qui non vtitur.

Τίνυ τόζον ἔχεις ἀνεμώλιον αὐτῷ;

**Id est,** Cur frustra tibi iam gestatur inutilis arcus?  
Si quem increpare uoles, quod ingenio, diuitijs, literis  
non utatur, cum habeat.

**Aristo-  
phanes.**

**Id est,** Asinus auis. Sumptum ab omnię quopiā. Qui  
dam enī consultus de eo, qui aduersa laborabat uale-  
dime, forte fortuna conspexit asinum surgentem à la-  
psu, simulq; alium quandam audiuit dicentē. Vide quo  
pacto asinus cum sit, surrexit. Id ominis arripiens ille  
protinus respondit, fore ut ualestinarius ille reuale-  
sceret. Itaq; iocatur Aristophanes, quasi et asinus auis  
esset, & auguriū nō nihil haberet. Dicitur nō intempe-  
stive, cū ex indicio quopiā ridiculo quippiā colligim⁹.

**Quinti-  
lianuſ.**

Herculis cothurnos aptare infanti.

**Quintilianus libro. 6. de peroratione:** Nam in para-  
uis quidē litibus, has tragœdias mouere, tale est, quasi  
si personam Herculis & cothurnos aptare infantibus  
uelis. Plutarchus cōmemorat apophthegma quoddam  
Agesilai, nō admodum ab hoc alienū. Cui cum sophia-  
sta quispiā hoc noīe laudaretur, q; res minimas dicēdi  
artificio maximas efficeret, negauit is uel cerdonē bo-  
num sibi uideri, qui paruo pedi magnū induceret cal-  
ceum, significans orationē oportere cū re cōgruere,  
non aliter q; uestis conuenire debet corpori.

**Plutarch.** Lumen soli mutuas. τὸ φῶς ἡλίῳ δανίζεται  
**Id est,** Lumen soli mutuum das. Cum docemus do-  
ctissimum, monemus uchementer prudentem: aut cum  
conamur

A B S V R D A. 7

conamur exponere, quæ per se sunt clarissima: aut ser  
mone celebrare, quæ sua sponte sat illustria sunt. Sol  
enim omnis luminis putatur.

Ranæ aquam. βοτρύχῳ ὑδώρ. Theocritus.

Id est, Ranæ aquam, subaudiendum ministras. Vbi tuis.  
quid exhibetur, quo uel præcipue gaudet is qui accipit  
Recte accommodabitur, ubi quid datur abundantia.

Soli lumen inferre. Quintilianus.

Quintilianus dixit, eū soli lumen inferre, q̄ rē per lianus.  
se euidentissimā conaretur argumētatioibus probare.

Sus Mineruam. Tullius.

Tritissimum apud Latinos autores adagium: νέα τὸν  
ἀδιλωτόν, id est, Sus Mineruam, subaudiendū docet,  
aut monet: dici solitū, quoties indoctus quispiam, atq;  
inclusus eū docere conatur, à quo sit ipse magis docen-  
dus. Et cum quis id docet alterū, cuius ipse est inscius.  
Propterea quod Mineruae artium et ingeniorum tu-  
tela tribuitur a poëtis.

Mercurius infans. Εἵμης ἀλυθήτης.

Id est, Mercurius infans, siue indoctus. Ironia pro-  
uerbialis, ubi quis fingit se rudē eius artis, cuius est cal-  
lentissimus. Mercurius enim eloquentiae disciplinarūq;  
parens est. In uulgatis exemplaribus habetur: Mercurius  
prophanus et non initiatus. Quis enim mysterio-  
rum peritior, quam Mercurius interpres deorum, su-  
peris et inferis ex aequo cōmunis. deniq; μυσαὶ ωγός  
ipse, hoc est, mysterijs præfектus?

Suscum Minerua certamen suscipit. Theocritus.

Ὑε ποτὲ ἀθλωτί ἐπ' ἔργη ἡγιοτε.

Id est, Cum diua est ausus sus decertare Minerua.  
Quoties indocti stolidi et depugnare parati, nō ue-  
rentur summos in omni doctrina uiros in certamen  
literarium

A B S V R D A.

*literarium prouocare.*

*Theocri-* Vespa cicadæ obstrepens,  
*tus.* Pica cum luscinia certat,

Epopa cum cignis.

Σφήξ βομβώμ τέλη γραυτιορ.

*Id est, Scilicet obstrepitans argutæ uestiæ cicadæ.*  
*Quadrabit in eum, q; certat longe impar, cū superiore.*  
*Aut qui negociū facebit, longe se prestanterib;.*

*Lucianus.* Currus bouē trahit. Η ἀμαζα τὸ εὔρε λαχύνδ.  
*Id est, Currus bouē ducit, de re quæ præposterè geritur. Translata metaphora à plaustris per declivem retro labentibus, unaq; secum bouem auferentibus.*

Cancer lepore capit. Καρκίνος λαρωώρ αἴρεται.

*Id est, Cancer leporem capit. De re nequaquam uerisimili dictuq; absurdæ. Veluti si quis dicat ab indos etissimo superari doctum.*

*Ex Odyss.* Velocem tardus assequitur.

κίχάνεται τὸ βραδὺς ωκεῖ.

*Id est, Assequitur celerē tardus. In eum cōpetet qui uiribus imbecillior, arte atq; ingenio uincit potentiam. Home. Nonnunquā assequitur tardus, celeremq; citumq;. Eodē pertinet Apologus de uulpe ex coruo, prædam eandem cursu potentibus, quam uulpes celeritate impar, ingenio sibi uendicauit.*

*Lucianus.* Virgultea scaphula Aegeū transmittere.

Ἐπὶ γίπο's τὸ παγκάστηρ δίχωλεῦσθαι.

*Id est, Virgulto Aegeum transmittere. In eos dicitur qui rē supra modū arduā, leui opera confidere tentat, Aegeū mare dicitur. Citatus itē ab Aristophanis in Diogenia terprete Deo fauente nauiges uel uimine.*

*Ius.* Sus saltauit. οὐδὲ κόμαστηρ.

*Id est, Sus saltauit, aut festū egit. Diogenianus ostēdit dici so-*

dici solitū de ijs, qui præter decorū cū ppiā facerent.

Lucianus.

Mulgere hircum. τρέχον ἀμέλειψη.

Vergilius

Iungere vulpes. ζευγεῖν τὰς ἀλώπεκας

Id est, vulpes iungere. De re palam absurdia dicitur.

Lucia. Quid(inqt) amici, anno horū alter, hircū mul-

gere uidetur, alter cribrū supponere: Verg. in Thyr.

Qui Banium non odit, amet tua carmina Meui,

Atq; idem iungat uulpes, et mulgeat hircos.

Nocte lucidus, interdiu inutilis.

In nocte lucidus, dic uel luce inutilis. De prepostoris,

q sapiūt, ubi nihil est opus: cū opus est, ibi dormiunt.

Aristo.

Cum aqua fauces strangulet.

mora. 7.

ὅτως δὲ νόσοις τὸ φάρευ ψυχή πνίγεται πίνθυνται

Id est, Cum aqua fauces strangulet, quid iam opus est

bibere? Quadrat in eos, qui in absurdissima sententia

pertinaciter manent, uel manifesta negantes, quibus

cum frustra disceptes.

Tuum tibi narro somnium.

Τὸ σὸν μόνοντος σοι διηγούμενον.

Id est, Tuum somnium tibi narro. Id est narro tibi,  
quod ipse me rectius nosti.

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce Horatius  
duri.

in epistol.

Dicendus est in eos, qui ad insaniam usque impuden-  
tes non uerentur et confessi negare, et manifesto fal-  
sa pro certis affirmare. Nil intra est oleam, nil extra  
est in nuce duri. Nimirum inter sanos conuenit et  
nucem corticem habere durum, et baccam oleae, la-  
pillum intus durum. Proinde ludit operam. quisquis  
cum id genus hominibus disceptat, qui dicunt lucem te-  
nebras, et tenebras lucem.

Jupiter

A B S V R D A

Iuppiter orbus.      zeus ἄρον Ζ.

Id est, Iuppiter orbus. Vbi quis palam falsa affuerat. Cōstat enim ioui quamplurimos esse liberos, ut potest Deo longe mulierosissimo, salacissimōq; qui nō tantum corporis parte gignat, sed e fœmore Bacchū, et ē cerebro Palladem produxerit.

Suidas.

Η φέλλη οὐ τιτεύει. i. Balla non credit.

Vbi quis sua mala conatur dissimulare, quae praese fert etiā cū dissimulat. Veluti si quis neget se blessum esse: idq; ipsum non possit nisi blesse dicere.

Iugulare mortuos.

Laertius. Pro eo quod est insectari defunctos, et pugnare cū eis, qui iam extinti sunt. Translatū à bellis, in quibus ignauū, ac ridiculum sit, prostratos, atq; interfectos iugulare. Fiet lepidior metaphorā, ut si quis dicat cū iugulare mortuos, qui librū impugnet, à nullo non dā natū, aut disputet aduersus sententiā, oīm suffragijs iam oīm reiectam, aut si quis uituperet rem, omnibus per se detestatam. Aristoph. scripsit τοὺς τεθυνότας ἀποκτείνειμ, id est, Defunctos occidere.

Mortuum unguento perungis.

Νεκρὸν μυέσεις.

Id est, Mortuum unguento perungis, De sumptu suoperuacaneo, siue cū sero quid adhibetur. Moris erat apud priscos, maxime Aegyptios defunctorum cadaucera, ne putrescerent, unguētis perungere. Qui mos et his temporibus apud Principes, sicut alia pleraq; gentilium, magno stultitiae argumento durant.

Cato.

Ad consiliū ne accesseris, anteiquā voceris.

Hec sententia Catonis, teste Plutarcho proverbia lis fuisse uidetur, cūius hec sunt uerba. Ridiculus igitur (inquit) et proverbio obnoxius Menelaus, siquidē consultor

*consulter factus est, non accersitus.*

*Aduersus solem ne loquitur.*

Πρὸς τὸν ἡλιον πτεραμμένον μὴ λαλέμενον.

*Id est, Aduersus solem ne loquitur, hoc est, manis festis ne repugnes.*

*Nec aures habeo, nec tango.*

Hierony.

*Nec aures habere, nec tactū, proverbio dicebatur, cui in manifestis ab omnibus reclamabatur. Potest uideri sumptum ex Aristophanus Thesmophoriazusis, μή τ' ἔχον ω, μή τ' ὄφω .i. neq; audio, neq; video.*

*Syncerum vas incrustare.*

Horatius

Horatius Satyra.3. At nos uirtutes ipsas inuertimus, atque Syncerū vas cupimus incrustare, Hoc est, quae per se recta sunt, ea nominibus alienis impositis deprauamus. atq; obtegimus.

*Iuxta fluum, puteum fodit.*

Πάρα ποταμὸν φέρεσθε οὕτως.

*Id est, Ad flumen puteum fodit. De stultam et inanem suonente operam. Finitimum illi, In syluam importat ligna.*

*Per parietem loqui.*

Ouidius.

*Qui ridicule quid facit, siue quod obstante pariete neuter alterum audit.*

*Priusquam alfa sit farina.*

Eustaci.

Πρὶν ὀπτῆσαι κλίνεσθαι,

*Id est, Priusquam coxeris farinam subaudiendum inspergis, aut simile qppia, Eustaci⁹ in Odissee refert utrūq; tū hoc, tū illud proximū. Solitum autē est ab his carnibus apud quosdam inspargere farinam.*

*Priusquam mactaris excorias.*

Tullim.

*Dicendū ubi quid praposterè fieri uidetur. Finitimum illi quod alibi retulimus, actū agere. Nā adagii*

B M. Tull.

A B S V R D A.

M. Tul. putat ad consiliij preposteri significationem pertinere. Sic enim in Dialogo de amicitia. Præpostoris enim utimur consilijs, ex acta agimus.

Hier. ad= Prius antidotum quam venenum.

uer. Ruf. Conueniet uti, quoties aliquis se purgat, antequam accusetur. Antidotus enim aduersus uenena datur. Hanc nemo sumit, nisi gustato ueneno.

Zenodot<sup>9</sup> Capra nondum peperit, hoedus autem ludit in tectis.

Αἴξ οὖπω τέτοκεν, ἔριφθ ράεωι δώμαται παῖζε.

Id est, Nondū enixa capra, at iā ludit in ædibus hœ dus. Qui gloriatur iā assertos seſe, cuius ne fundamē ta sunt quidē iacta. Qui postrema, perfectaq; iā aggrediuntur, præteritis ijs, que præcessisse oportuit.

Prouer.ii Anulus aureus in naribns suis.

Vbi res quippiam per se præclara illic adhibetur, ubi minime addecet. Ut si stulto contingant opes, fatuae forma, genus ignauo, eloquentia uiro improbo, magistratus imperito.

Marcial. In mari aquam quæris.

Ἐνθάδε τὸν νόσον θελάσθης.

Id est, in mari quæris aquam. Si quis in moribus sce lestissimi hominis, unum aut alterum admissum ueſtiget, cum tota uita sit contaminata.

Socrates. Umbram suam metuere.

Τὸν φόβον τοιαῦτα συντίθεις.

Id est, suā ipſius umbrā metuere. Dicūtur qui pueriliter trepidant, ubi nihil omnino sit periculi.

Ouidius.<sup>7</sup> Furari litoris harenas.

Litoris harenas furari dicitur, qui rem ab omnibus neglectam, & incustoditam tollit.

Canem

**C**anem excoriatam excoriare.

Aristo i  
phanes.

κανὸς δέρδη δειλοπλύτω.

**I**d est, Canem excoriare excoriatam. Suidas ait dici  
solere de ijs, qui iterū ea patiuntur<sup>1</sup>, quibus aliquā fue-  
rūt afflīcti. Aut in eos dicitur, q̄ fruſtra ſumūt operā.

**N**udo vefimenta detrahere.

Plautus.

Pro eo quod eſt, ab eo ſperare emolumentum, cui  
ne fit quidem quod auferri queat.

**N**udo mandas excubias.

Zenodot<sup>9</sup>

γυνώφ φυλακή ἐπίταπτες.

**I**d eſt, Nudo cuſtodiā mandas. Quoties negotij  
quippiā mandatur ei, cui deſt præſtandi facultas, ob-  
undæq; prouinciae propter impia neutiq; idoneus eſt.

**C**aput artis eſt, decere quod facias.

Quintilia.

**I**d uſurpare licebit, non ſolū ubi quod fiet parū de-  
core, ueluti ſi cantillet, aut luſerit ſenex, ſi præcat et  
obiurget iuuenis, uerumetia cum negabimus quibusli-  
bet quiduis eſſe decorum.

**G**allos quid execas. γάλλας τι τέμνες.

**I**d eſt, Gallos quid execas? Quid actum agis? Nam  
Galli Cybelis ſacerdotes, ſua ſponte ſunt exectis teſti-  
bus. Quid ſpolias nudum? Cur affligis afflictū? Cur fe-  
nile corpus ieiuniis attenuas? Quemadmodum illa. La-  
terem lauas. Actum agis.

**I**n aere pifcarī. Venari in mari.

Plautus.

**Q**uadrabunt ſimpliciter in eos, qui fruſtra moli-  
untur. Ut ſi quis in magistratibus uitam tranquillam,  
in uoluptatibus beatam, in opibus felicem querat.

**P**ifcem natare doces.

Ιχθὺν νήχεσθαι διδάσκεις.

Diogenia

**I**d eſt, Pifcem natare doces. Perinde eſt ac ſi dicas, nus.  
doctum doces.

A B S V R D A.

Suidas. Lupi alas queris. Λύκος πτερόν ζητεῖς.

Id est, Lupi alas queris. De ijs qui querunt ea, quae nusquam sunt.

Plutarch. Boue yenari leporem.

Τῷ βοῶι τὸν λαχυῶν κακήγετέρη.

Id est, Boue leporē uenari. Dicuntur qui rem absurdam, stultam ac præposterā aggrediuntur. Veluti si quis in curia Romana, citra pecuniam, ambiat episcopi dignitatem.

Plutarch. Serenitati nubem inducit.

Εὐθίᾳ γε ἐπαγγείφεται.

Id est, Serenitati nubem inducit. De eo qui inter pcula ludosq; uirulentū aliquid admisceret, quod offuscata hilaritate frontē corruget, superciliaq; contrahat:

Horatius. Dum genua virent.

Studendum bonis litteris, dum adhuc uiget ingenium. Hora. Dumq; uirent genua, et decet, obducta sol uatur fronte senectus.

Theocri- Cervus canes trahit.

tus. Τοὺς καῶας ὀδελαφεῖται.

Id est, Canes cervus trahit. Inter adagia quibus præposterum quippiam significamus adnumerandū. Præposterum enim est ut cervus uenetur canes.

Plutarch. Aquam igni miscere.

πῦρ ὑδάτι μίγνωσι.

i. Ignē aque miscere. Est cōtra rerū naturā agere.

Plutarch. Faber cum sis.

Τέκτων γέροντος προστητες ξυλογεικά.

Id est, Faber cum sis, opera haud facis fabrilia. Cōgruet in eum, qui tentat ad que non est idoneus, ut si rethoricitur schotista.

Lucianus. Elephantum ex musca facis.

Βλέψον

Ελέφαντες μήνες πίεισ.

*Id est, Elephantū ex musca facis. Id est res exiguae, herbis multis attollis atq; amplificas.*

Ebur atramento candefacere.

Plautus.

*Est genuina forma, cultū atq; ornatū externū inducere, quo decus illud natuum obscuretur magis, quam illustretur.*

Exacta via viaticum querere.

Seneca.

*Quadrat in senes auros, laborat enim etas ea plerūq; hoc uitio, ut quo minus superest uitae, hoc magis sit de uictu sollicita.*

*Qui sese non habet samū habere postulat.* Plutarch.

Ος οὐτός οὐτόπου οὐκ ἔχει, γάμορ δέλει.

*Id est, Qui sese non habet, Samū cupit. Natū est ex historia quapiam, cuius meminuit Plutarchus. Atheniēs urbe uictori tradita, postularūt, ut Samum dūtaxat sibi relinqueret, atq; is respondit qd hunc modū.*

*Cum uestri fueritis, tum alios habere postulate.*

Leonis exuuium super crocoton.

Aristo-  
phanes.

Λεοντὶ ἐπὶ κροκωτῷ.

*Id est, Leonis exuuium super crocoton. Cū duo quæpiā copulātur, quorū alterā cū altero nequaquam cōgruit. Apposite dicetur i monachos aut scholasticos, qforis insignia sui instituti portat, interi⁹ militare imitātes cultū, aut q uultu tetrico, moribus sunt effeminatis.*

Liuus.

Cantherium in fossa.

*Hoc licebit uti, quoties quis ad id negotij trahitur, in quo ne quaquam ualeat. Pugnat autem cum eo, quod alibi dicemus. Equum in planitie. Etenim quemadmodum plurimum ualeat equus in planicie, ita minime ualeat in fossa.*

Caligare in sole,

Quītilia.

# A B S V R D A.

Pro eo quod est, in re clarissima cæcutire, idq; solet accidere uitiosis oculis, qui nihil uidet in luce quam maxime perspicua. Non inueniste torquebitur in istos, qui uelut obscurum causantur, quicquid eruditum fuerit. Quibus tenebris cosa est uel Ciceronis oratio. Noctem enim in oculis circumferunt. Quemadmodum apud Senecam Portius dicebat quendam spinas in pedibus habere, cum se per spinas ingredi quereretur. At pedes (inquit) tui spinas habent, non locus. Itidem isti noctem, qua se predican offendi in bonis autoribus, in oculis secum adferunt, non in libris reperiunt.

T e ipsum non aleus, canes alis.

Αὐτὸν τρέφω μηδέ τρέφεις.

Id est, Cum te ipsum non alius, canes alis. Breuiter conueniet in oës, qui que ad uoluptatem aut splendorē pertinent, curat, neglectis his que magis sunt necessaria.

Ouidius. Mari et fossa aquam.

Subaudiendū infundis. Idem, In sylvis uchere ligna.

Mus non ingrediens antrum cucurbitam ferebat.

Μῦς εἰς τρώγαλων χωρῶν κολοκάντων ἔφερε.

Id est, Mus non potens subire antrum, gestabat cucurbitam. In eum congruit, qui cum ipse sibi consulere non posset, alijs conatur opitulari.

Zenodot. Ad mensuram aquam bibunt, citra mensuram offam comedentes,

Μέτρῳ μέτρῳ πίνοντες, καὶ μετρήσαντες

Id est, Ad mensuram bibentes aquam, citra mensuram offam edentes. Unde poterit accommodari uel in eos, qui ex summis delitijs, opibusque, rediguntur ad extremam inopia, uel in eos q; præpostere sunt sordidi, parcissimi in reb⁹ minutissimis, in magnis negligentes.

Aliorum

**A**liotū medicus, ipse hulceribus scates. **Plutarch.**  
**Αλιότης μέντικος αὐτὸς ἔλκεσθαι βεύωμ.**

**I**d est, Alijs medicus, at ipsus hulceribus scatens.  
 In eos torquendus est, qui errata castigat, incessumq[ue]  
 aliena, intercutibus uitijs ipsi madentes. Illud uulgo  
 tritissimum. **Medice, tibi medicus esto.**

**Anus Eriphus.**

**Zenodot.**

**Ἐριφός οὐρά.**

**I**d est, Anus hoedus. Apollodorus apud Zenodotū  
 dit. Anū quandum fuisse, quæ uulgo dicta sit Eriphia,  
 quod in uirgitate consenuisset perinde, quasi eadē et  
 anus esset per etatē: et puella, quod adhuc innupta.  
 Proinde in mulierē ueneficā et fascinatrice quadrare  
 uidetur. **Quod genus apud Horatiū Canidia.**

**Anus saltat.** **Ἐριφός χαρακτήρα.**

**I**d est, Anus saltat. In eū cōuenit qui indecorē quip  
 piā facit. **Veluti si senex ludat nucibus. &c.**

**A**urus cothoniſſat. **Ἐριφός κοθωνίζομενος.**

**I**d est, Anus cothonizantes. Dicitur de uetus inde  
 core lasciuientibus. Cothon grāce temulentia signifi  
 cat. Inde fictum uerbum cothonisim.

**In toga saltantis personam inducere.** **Marcia.**

**E**s quippiā facere neutiq[ue] decorū, ueluti si senex aut  
 Theologus ineptiat. Aut si q[ui] serijs misceat ludicra.

**Camelus saltat.**

**Hierony.**

**V**eluti si quis natura seuerus ac tetricus, affectet  
 elegans ac festiuus uideri, naturę uim faciens. Diuus  
 Hierony. in Heluidiū. Risimus (inquit) in te prouero  
 biū: Camelum uidimus saltantem.

**Lucernam adhibes in meridie.**

**Diog. L.**

**Λύχνον τὸ μεσημβρία ἀποτελεῖ.**

**I**d est, Lucernā accendis in meridie. i. facis quippiā

**B. 4. non suo**

A B S V R D A.

non suo tēpore. Aut explicas quae per se sunt clarissima. Nam uideri potest à ridiculo Diogenis factō, qui adhibita interdiu lucerna, rogatusq; quid nā sibi uellet, respondit, Hominem quero.

Plutarch. Clauī findere ligna, & securi fores aperire.

Τῇ κλειδὶ τὰξυλασχίξημ τῇ δὲ ἀξίνῃ τῷ  
θυρῷ ἀνοίγει πειράς.

Id est, Clauī ligna findere, securi uero fores aperire conari. Veluti si quis liberos metu studeat emēdare, seruos beneficij sibi adiungere. Aut si quis apud im peritos philosophicis rationibus agat, apud eruditos clamore ex improbitate uincere conetur.

Cani das paleas, asino ossa,

κυνὶ δίδωσ ἄχυρον, ὄνῳ δὲ οστέα.

Id est, Cani das paleas, asino uero ossa. Veluti si quis indocto munus mittat literarium, eruditio flosculos, aut gladium, baltheumque.

Suidas. Vulpes bouē agit. Αλώπεκτόμβολη εἰλαννε.

Id est, Vulpes bouem agit, Cū res absurde geritur. Nihil enim uulpi cū agricolatione. Veluti si quis Poēta de rebus sacris concionetur. Licebit ex ad eū torquere qui non ex animo, sed alio spectās fingit se quipiam uelle facere.

Ante barbam doces senes.

Cum imberbis maiorē natu doces. Odi puerulos precoci sapientia.

Dasypus carnes desiderat.

Δασύπυς κρεῶμεπιθυμοῦ.

Id est, Dasypus carnes desyderat. Dicitur in eos qui ea requirunt ab alijs, que ipsis affatim sunt domi. Dasypus de genere leporum est, dictus est autem à pedibus hirsutis ac uillosis.

## ACCES. PVSILLA AVT NIMIA 13

Tute lepus es, & pulpamentum queris. Teretius.  
Donatus exponit proverbiū hoc in molles conuē-  
nire. Propterea q̄ lepus à posteriore parte, hoc est, à  
lumbis et clunibus pulpamentum de se præbeat, cāq;  
corporis parte lautiſsimus sit.

Sydera coelo addere. Ouidius.  
Pro eo qđ est, adiungere, qbus ipsis summa est copia.

Culicem colant. Matth. 23

Ceterū ex Euangelicis adagijs illud nō possum preter-  
mittere, qđ in superstitiones quodā et præpostere me-  
ticulosos dictū est a præceptore nostro Iesu, q uel igno-  
rātes uel dissimulantes, quibus in rebus sita sit uera  
Christianaq; pietas: in nugis sibi nunc placent nūc tre-  
pidam, in maximis securi.

Smaragdus in luce obscurus.

Αριγνωτὸς σμάραγδος, ἢ οὐ φάσι σκοτεῖνός  
Id est, Insignis smaragdus in luce quidem obscurus.  
In eos dici solitū qui præpostere ibi semet occultarēt,  
ubi maxime cōueniebat edere uirtutis specimen.

## ACCESSIO PVSILLA, ant nimia.

Holerum appositiones.

Ἄι τῷ λαχάνῳ προσθῆκε.

Id est, Holerum additamenta. De re nullius momen-  
ti. Sumpū uidetur uel ab holericis appositis in men-  
sa, uili nimirum cibo. Autor Diogenianus.

Gleba aruum. βῶλος ὕρεσος.

Id est, Gleba aruum. Vbi quis exigua maximis appo-  
nit, credens sese non nihil iuuare. Adfert enī nihil ma-  
menti, si gleba aruo adiungatur.

Diogenia-  
nus.

B.S. Gutta

## AD REM PERTINENTIA.

Gutta vini.

Cum paululo boni nimia mali uis admiscetur. Diluitur enim et euanscit si pauxillum uini plurima corrumpas aqua.

**Lucianus.** Ne maior Thylaco accessio.

Hoc uti licebit proverbio, cum digressio longior est, quam ipsa res. Translatum est a mulionibus, qui praeter legatum onus uascula quedam superimponunt. Thylacus enim culeus est siue mantica parata gestandis oneribus. Ergo cum digressio longior est, quam res ipsa, uti licebit hoc proverbio.

## AD REM PERTINENTIA.

**Plutarch.** Nunc in regionem veni.

Nῦν εἰς χώραν ἵλθομ.

Id est, Nunc in regionem uenisti. Ab ijs dictitari solitum, qui tandem sua sponte illuc, quo oportuit perueniunt, cum diu non quieverint.

**Aristophanes.** Ipsum ostij limen tetigisti.

Αὐτὸι μέρσκοες τὰ βαστήρα φύγοες.

Id est, ipsum attigisti limen ostij pede. Dici solitum, quoties ad rem ipsam peruenitur.

**Plautus.** Rem acu tetigisti.

Pro eo quod est, Rem ipsam diuinasti, nihil aberras. Igitur acu tangere, perinde est, quasi dicas, ipsissimum punctum attingere.

**Homerus** Aedibus in nostris, quae prava, aut recta geruntur. οὐ τοι γε μεγάποτι κοκκῷ τὸ γαθῶμ πετέυκται.

Quo uersu monemur, ut ea potissimum, que ad nos ipsos pertinent, curemus, externa atq; aliena ne inquiramus. Vel si magis officij sui putat esse, ut in Geometria, Dia-

triae, Dialectice, Musicæq; studio uersari uideatur, q; ut inquirat, cupiatq; cognoscere. Aedibus in proprijs que prava aut recta gerantur. Plutar. definit Curiositatem, studium aliena mala cognoscere. Atq; hoīm id genus Lamijs similes ait, que domi reconditos oculos habent, foras egressure reponunt.

Ipsi curandū. Αὐτῷ μελιτέομ, ἀλλ' επὶ τὸ οἶκον Aristop.

Id est, ipsi curandū est, sed in domum. Natum autē ab aedibus quibusdā maximis, que locabantur cōducere uolentibus. Græci scriptores in eos, q; rebus alienis liberius utuntur, ut solent, q; in conducto habitant.

Omissis nugis, rem experiamur.

Qui conuiitijs omīssis, iubebit ipsa re periculū, fieri, alter uincat, aut uincatur.

Pedem conferre.

Tullius.

Vbi propius acceditur ad rem. Autor Cicero.

## ADVLATI O.

In ostio formosus. Εψθε κάλος. Aristop.

Id est, In ostio formosus. De ijs qui adamantur, uulgoq; gratiōsi habentur. Sumptum a ueterum consuetudine, qui formosorum, aut amasiorū noia, arborib⁹, folijs, ac parietibus inscribeant. ὁ δὲνος καλός.

Python formosus. Πύθων καλός. Pindarus.

Id est, Python formosus. Python pro simulo ponitur aīali. Cōueniet, ubi quis p adulationē falso laudatur.

Refutantis laudem immodicam. Homerius

Plutarchus in commentario, monet ut hoc Homeri-  
cum carmen semper habeamus in promptu, tanquam  
pharmacum aduersus uenenū adulationis. Nullū ego  
sum numen, quid me immortalibus æquas? Aut ubi q;  
nos magnificentius, quam pro merito laudat.

Haud qua

# A D V L A T I O.

**Aristote.** Haud quaquam difficile Atheniensem  
Athenis laudare.

Quemadmodum enim dixit Socrates, οὐ χαλεπόν  
ἀδικοίους γνῶντας εἰσαγέμ. Id est, Haud dif-  
ficle est Athenienses Athenis laudare. Dictū est autem  
tem propter encomia, orationesque panegyricas, que  
Athenis ex more exhibebantur ijs, qui fortiter oppre-  
tissent in bello: in quibus quia plurima dicebantur in  
laudem populi Atheniensis, pronis auribus audiebātur,  
propterea quod suis quisque laudibus fauet.

**Horatius** Cura esse quod audis.

Conuenit in diuites, qui ita demum felices fuerint,  
si id studeant esse quod audiunt ab adulatoribus. Car-  
men Hora. Tu recte uiuis, si curas esse quod audis.

**Aristophanes.** Ficūm cupit. Συκοῦ & τε.

Id est, Ficūm petit. In eum dicebatur, qui cōmodita-  
tis alicuius gratia blandiebatur. Athenienses agricultis  
blādiri solebant, ut ab illis ficos præcoquos acciperet.

De fera comedisti. Αγίδ βεβρωκες.

Id est, De fera comedisti. Dicebatur olim oscitanti.  
Nam uulgo creditum, carnem ferinam comesam, crea-  
bras oscitationes excitare. Venustius erit, si cōmode  
transferatur ad supinos, oscitabundos, et negligētes.

**Fabius.** Demulcere caput,

Pro blandiri, sumptū ab adulantium gestu. Hiero.  
ad Augustin. Prætermitto salutationis officia, quibus  
meum demulces caput.

Blandius alloqui.

In eū, qui blandius et honorificētius cōpellat aliquem  
gentilitijs etiā prænominibus additis. ut M. T. Cice.

**Aristop.** Cauda blandiri. κέρκω στείνειν .i.

Cauda blādiri, dicūtur, quæ spe cōmodi, cui pia adulātur.  
Præstat

Praestat habere acerbos.

Tullius.

M. Tullius in dialogo de amicitia. Scitum est enim illud proverbum Catonis. Multo melius de quibusdā acerbos inimicos mereri, quam eos amicos qui dulces uideantur. Evidē ut praeclarā esse sententiā fatior, ita proverbiū esse negauerī. Tamē a scribendū putāimus, ne qs indiligentia pretermisso existimaret.

Benignior pellace vulpe.

Ὥ πλεῖορ ἵλα ωρές οὐ μόλις ἀλώπεκος.

Id est, pellace quanto est blandior uulpecula. De eo, qui commodi sui causa, simulat benevolentiam.

Letale mulsum. Θωάσιμορ μελίκρατορ. Diogenes

Id est, Letale mulsum. Breuiter quicquid ita iucundum est, ut idem sit pernitosum. Legimus et mellitum uenenum apud Plinium.

Χρησόλογος. Christologus.

Paulus

Christologi dicebantur, qui probe loquuntur, et im Apostoli<sup>9</sup> probe faciunt. Paulus in epistola ad Roma. huiusmodi blandiloquentiam Χρησόλογοις uocat.

Io pæan. Atheneus sic citat, in τοιχοπ. Horatius

Acclamatio proverbialis, qua consueuimus uti, regnauiter et feliciter peracta. Cui non dissimile uideatur illud Homericū: Macte uirtute. Latini uidentur enim o commutasse, quia Ouid. de arte amandi.

Dicite Io pæan, et Io bis dicite pæan.

Decidit in casses præda petita meos.

Et in triūphis acclamabatur: Io triūphe. Hora. i Odis.

Non semel dicenus Io triumphē.

Polycrates matrem pascit.

Zenodot<sup>9</sup>

Πολυκράτης μητέραν νέμεται.

Id est, Polycrates matrem pascit. Hoc adagium ex historia petunt, narrantes Polycratem Samiorum tyrannum

## A D V L A T I O.

rannum, matres militū, qui in bello interiissent, recente-  
suisse, easq; locupletioribus ciuibus nutriendas tradi-  
disse. Ego puto non incommodo posse usurpari, quo-  
ties aliquis in commendandis amicis est benignior, of-  
ficiosiorq;. Aut ubi quis alieno sumptu de quopiā be-  
nemereri studet, ita ut alijs nummos impendentibus,  
ipse præter officiosa quedā uerba nihil insumat. Qui  
mos quoque hodie principibus manet. Si quidem mi-  
nistros, annis iam ad aulicum usum inutiles, monaste-  
rijs, aut ciuium ditioribus alendos mandant.

Ipse semet canit. Αὐτὸς αὐτοὶ ἀυλαῖ.

Id est, ipse suimet tibicen est, hoc est, ipse cuiusmo-  
di sit, factis ipsis declarat. Adagii in utramlibet par-  
tem poterit applicari, bonam uel malam.

*Aesopus.* Magis ipse Phryx. Μᾶσωπος ο φρύξ.

Id est, Magis ipse Phryx. Evidem coniicio dicta-  
tum, quoties ea magis probarentur, non que ueriora  
sint, sed que adulantiū dicta. Narrant Croesum Ly-  
dorum regem aliquando percunctatum septem illos  
sapientes, cui nam primum felicitatis titulum tribue-  
rent. At cum uarie responderetur, alijs dicentibus,  
feras indomitas sibi uideri felicissimas: quod pro tu-  
enda libertate mortem oppeterent. alijs ciconias quod  
citra legem, suapte natura ius, piumq; seruarent.

Solone uero negante, quenquam appellandum felicem,  
priusquam ex uita decesserit, assistens Phrygius ille  
fabulator Aesopus, Tanto (inquit) rex cæteros ana-  
tecillis, quanto mare præstat fluijs. Id ubi rex aus-  
disset, respondisse fertur. Magis ipse Phryx. Vnde  
cum quis aperte nobis adulatur, succinere licebit:  
Magis ipse Phryx.

*Plato.*

Pulchre dixi. Belle narras.

καλῶς

κολῶς ἔλεξες.

Huc pertinere uidetur ironie illae proverbiales, pas-  
sim in comedijis obviae, Dixti pulchre, Belle narras.  
De re dictu uehementer absurdia. Pla.in Euthyd.

Climacides. κλιμακίδες.

Plutarch.

Id est, Scalulae. Per iocū uocari poterunt, qui se di-  
uitibus ad quiduis obsequijs submittunt, etiā si sordidis-  
simum sit. Sic autē uulgato cō uitio sunt appellatæ mu-  
lierculæ quædā Cypræ, adulatrices apud Syros, q; re-  
gū uxoribus submutteret se se, ut p; eas seu p; scalas cur-  
rū conscenderent. Plu.in li.de discernendo adu.ab ami.

Glossogastores.

Qui linguam habent uenalem, ea loquentes, que uena-  
tri conducunt, Comicorum salibus taxati sunt, dicti q;  
γλωσσογλωσσες, uoce ridiculè ex lingua & uentre  
composita.

## AEQVANIMITAS.

In re mala. animo si bono vtare, adiuuat Plautus.  
Fortiter ferendo uincitur malū, qđ evitari nō potest.

Magistratum gerens, audi & iuste & in Solon.  
iuste. Αρχῷ μέτρε τῇ δικοῖς καθίκεσ.

Id est, Princeps iniqua & aqua pariter audias. Sum-  
ptum aiunt ex Solonis elegijs. Admonet, ut qui in tra-  
ctandis Reip.muneribus uersatur, patientissimis sit au-  
ribus, & quoq; aio, & bene & male audire consuecat,  
neq; facile populi uel laudibus uel cō uitijis à recto di-  
moueat. Neq; uero mirū aut magnū, si principes p-  
mittant, populo quæ uelint dicere, cū ipsis liberum sit  
quæ uelint facere. Præterea de principiū factis, uulgas  
uarie pronūtiare cōsuevit, qđ alius probat, aliis dānat.

Maiore

## AE Q V A L I T A S.

Maiore autē aio oportet esse principē, q̄ ut h̄mōi cāptandas, aut obseruandas existimet.

Iuuenalis. Iactare iugum.

Est incommode ferre seruitutis necessitatē. Trāslatūtum à bubus, nondum assuetis iugo. Iuuenalis:  
Nec iactare iugum, uita didicere magistra.  
Simile illi: Contra stimulum calcitrare.

Plutarch. Ad finem ubi peruerteris, ne velis reuertiri.  
Μὴ ἐπιτρέψεσθί ἐπὶ τὸν ὄρους ἐλθόντα.

Id est, Ne reflectas, ubi ad terminos peruerteris. Finem uita aequo animo feras, ne dixeris illud Verg.  
Onuhi præteritos referat si Iuppiter annos.

## AE Q VALITAS.

Aequa concertatio.

Cum significabimus duos ex aequo paratos ad disceptandum, rixamue.

Plinius. Pari iugo.

Pro eo quod est, pari studio, pariq; conatu. Hie ad Augusti Romæ dicuntur esse quam plurimi, qui posse sint et audeant tecū congregari, et in disputatione sanctorum scripturarum, iugum ex aequo ducere.

Pertinax contentio.

Quoties ostendimus obstinatam ac muliebrem aquilum inter ipsos contentionem, cum neuter altero nullus inferior uideri.

## ALIA ALIIS PLACENT.

Strabo. Felix Corinthus, at ego sum Teneates.

Εὐδαμοῦ γε κόρινθος, ἐγώ Διοῖς τενεάτης.

Id est, Fortunatus Corinthius, at ipse sum Teneates.

Tenea, nucus quidam haud procul à Corintho nemorosus.

sus & amoenus. Porro Corinthiorū opulētia insignis fuit. Tempestiuū fuerit hoc uti , quoties in contētione duorū,nō inficiabimur alterū per se prēstantius, uerū alterum magis arridere placereq; animo nostro:

Quot homines,tot sententiae.

Terētius,

Idem Suus cuiq; mos est. Persius. Mille hoīm spēcies, & rerum discolor usus. Velle suum cuiq; est, nec uoto uiuitur uno. Hora. addit allegoriam:  
Tres mihi conuiue prope dissentire uidentur,  
Poscentes uario multum diuersa palato.  
Huc allusisse uidetur et diuus Paulus Apost.cū admo net, ut ad præcludendā emulationem, sinamus unum quenque in suo sensu abundare. Homerus:  
Nam̄ alijs aliae res arridemq;, placentq;.

Suum cuique pulchrum.

In eos, qui sua qualiacunq; sunt, tamen studio magis quam iudicio placent. Est autē à cōi mortaliū ingenio sumpta , quibus usque adeo insita est illa Elæcuria id est, amor sui, ut neminem tam modestum, tam atten tum, tam oculatū inuenias, quin in proprijs estimandis quadā animi propensione corruptus, cæcutiat atq; hal lucinetur. Ecquē unquā uidimus ī tā barbara nati one natū, cui sua patria non uel optima uideatur? Quis ḡs tam effera, tam horrida lingua, quæ non alias præ sua contemnat? Quæ tam ferina corporis specie, que sibi non appareat formosissima? Aristoteles. 4. moralium. Suo queng; artificem opere impense delectari , nō ali ter, quam rebus quibusdā ex se se prognatis. M. Tul. lib. 5. de fi. Suo enī quisq; studio maxime ducitur. Horatius: Vel mala(inquit)delectent mea me. Indicat Ho ra. quod homines suis malis non solum doleant, uerum etiam delectentur. Plautus in Sticho. Suus (inquit) rex

C regimæ

## ALIBI DIMINUTVM.

*regina placet. Sua cuiq; sponsa sponso. Vergilius:  
Non sum adeo informus, nuper me in littore uidi,  
Cum placidum staret mare uentis &c.*

## ALIBI DIMINUTVM. alibi redditum.

*Athenae<sup>9</sup>. Claudus optime virum agit.*

*Αγίσα χωλός οἴφει.*

*Id est, Optime claudus uirum agit. Dici solitum, ubi  
quispiam suam sortem uel parum egregiam anteponit  
alienae, tametsi præstantiori.*

*Vergilius Non omnia possumus omnes.*

*Home. Haud quaquam poteris sortirier omnia solus.  
Namq; alijs diui bello pollere dederunt.*

*Huic saltandi artem, uoce huic, citharaq; canendi.*

*Rursum alij inseuit sagax in pectora magnus  
Iuppiter ingenium, at multis est utilis ille.*

*Hesiodus Facta iuuennm, consilia mediocrium, vo  
ta senum. Εγρά νέωμ, Βουλαι δὲ μέσωμ,  
Εὐχαι δὲ γορόντωμ.*

*Id est, Vota senum, consulta uirorum, et facta iu  
uente. Nam uiribus ea etas præpollet. In consiliū as  
ciscendos mediocris etatis uiros, propterea quod in  
his non nihil detrito uiriū uigore, ualeat tamen usu rerū  
aucta prudentia. Senes utpote religiosi, solent à supe  
ris optimis precari.*

*Quod alibi diminutum, exæquatur alibi  
In eū, in quo desideratur uirtutis aliquid, sed cuius  
facturam alia quapiā dote cōpenset. Veluti si quē intel  
ligi uelimus parum eloquentē, sed admirabili tamen iu  
dicio, aut q̄ sit indoctus quidē, sed bene nūmatuſ. Aut  
qui ore deformis quidē est, sed pedibus q̄amen acer. -  
Semper*

Semper seni iuuenculam subijce.  
Αεὶ γέροντι νέαν ἐπισάλλει χόφιον.

Diogenia  
nus.

Id est, Semper puellam virginem subijce seni. Admonens, ut proeuctoris etatis uiri, puellam ducant magis, q̄ anum, ne si frig⁹ accesserit frigori, languete Vere, steriles existant nuptiae. Quanquā non inepte trahetur ad alios item usus, quoties significabimus ita rerum coniunctionē temperandā, ut quod alibi diminutū sit, aliunde suppleatur. Videlicet ut seni cōuictor addatur iuuenis, quo senilis etatis tristitia, huius hilarietas moderetur: rursus iuuētutis exultantiā, senilis seueritas temperet. Item ut loquaculus adiungatur plus sa-  
tis taciturno, audaculus timido, pauper diuiti.

Non omnis fert omnia tellus.

Vergilius

Prouerbiū erit, si traducatur ad diuersas ingenij do-  
tes. Theocritus. Illa quidē producit hyems, illa educat  
estas, cū significabimus aliud agendū iuueni, aliud sea-  
ni, alijs atq; alijs temporibus utendum.

## ALIENA A R E.

Nihil ad uersum. Οὐδὲν πρὸς τὴν θεόν. Lucianus.

Id est, Nihil ad carmen. De ijs quæ longe discrepāt ab ijs, quæ proposita sunt.

Nihil ad fides. Οὐδὲν πρὸς τὴν χοεδίων. Lucianus.  
Id est, Nihil ad chordā. In eos, quorū uita uehemēter est inaequalis, quorū uicemores ab oratione discent.

Nihil ad Bacchum. Οὐδὲν πρὸς διούσον. Suidas.  
Id est, Nihil ad Bacchū. Vbi quis carugatur, quæ ad rem præsentē nihil attinem. Suidas refert Epigenem quendā Sicioniū tragœdiā de Baccho conscripsisse, quæ cum indigna deo uideretur, quosdam ē spectatori bus acclamasce, Nihil ad Bacchum.

## ALIENA A R.E.

Rodolph. Mira de lente.

Agricola Quoties res humilis ex pusilla magnificis laudibus attolleretur. Opinor Græcis efferri hunc in modum: δίχα ποιό φεύγεις.

Aristoph. Quid ad farinas. τί πρὸς τὸν λαθότον.

Id est, Quid ad farinas. Id est, quid attinet ad pa-  
randas facultates. Id recte detorquebitur ad artes ste-  
riles, ut poëticen.

Alia Menecles, alia Porcellus loquitur.

Vbi quis multum uerborum effutit, quæ nihil ad rē  
pertineant.

Lucianus. Neq; coelum neq; terram attingit.

Οὐτέ γῆς, οὐτέ οὐρανοῦ ἀπήτου.

Id est, Neq; coelum neq; terram attingit. De re uer-  
bementer absurdā, atq; alienā. Quæq; nulla uicinitate  
pertineat ad id, de quo agitur.

Quid ad Mercurium.

Τί πρὸς τὸν Ἐγειρῶν.

Id est, Quid ad Mercurium. Id est, nihil ad rem.

Nam Mercurius orationis est autor.

Ego tibi de alijs loquor, tu respondes de  
cepis.

Cum aliud respondetur, quam rogaris. Vel contra  
cū inepte respondetur, inepte sciscitanti: confinia sunt  
inter sece cepe ex allia.

Suidas. Falces postulabam. Αὔξες & τοῦτον.

Id est, Falces postulabam. In eos qui respondent id  
quod ad rē non attinet. Videlur hinc natū (Falces pete-  
bam, at hi ligones denegant) quod agricultæ cuiquam à  
uicino falcem commodato petenti, negauerit ille sibi  
ligonem esse domi.

Extra chorū saltare. Εκτὸς χορὸς ἀρχῆς

Id est,

**I**d est, Extra chorū saltare. Dicitur, qui dicit aut facit, à re quā proposuit, alienū aliquid, etenī qui choros agunt, certis limitibus, certisque numeris astriciti mouētur, ut liberum sit quolibet euagari.

Vltra septa transfilire.

Plato.

Τητές τὸν ἐσκομματινά πηδᾶμα.

**I**d est, Septa transfilire. Congruit in eos, qui à proposito digrediuntur.

Extra oleas fertur.

Εκτὸς τὸν ἐλαῖων φέρεται.

**I**d est, Extra oleas fertur. Vbi quis terminos prescriptos transgreditur. Stadia in quibus currendi certamina peragebantur, oleis p̄ seriē positis, utrumq; cespiebatur, quas præterire non licebat. Proinde, q̄ præterisset oleas, extra stadium currere uidebatur.

Incita equum iuxta nissam.

Gregori⁹

Κέντε τὸν πῶλον πόδι τὴν νύσσαν.

Nazari.

**I**d est, Stimula equū iuxta lineā. Dicebatur ubi sermo loquentis aberraret ab eo, qđ esset institutū. Sumptum ab equestri cursu, q̄ inter prescriptas metas ac lineas agebatur, quas transfilire nefas erat.

Haud contra ostium. οὐ κατὰ συρρε. Aristote.

**I**d est, Haud contra ianuam, pro eo quod est, nō pro p̄e ad rem ex apte, ad id de quo agitur.

Nihil ad rem.

In eum qui dixerit absurde quippiam, ex alienum à re proposita.

Meos corymbos necto.

Τοὺς ἐμοὺς κορυμβὰς ταλέντω.

**I**d est, Meos necto cincimnos. Vbi quis responderet quod nihil pertinet ad interrogata,

C.3. Omissa

## ALIENA A R.E.

Suidas.

Omissa hypera, pedem insequeris.  
Αφεῖς τὴν ὑπέρεσσαν, τὸν πόδα διώκει.

Id est, Omissa hypera, pedem sectatur. Conuenit ubi quis omis sit his, quae magis ad rem attinebant, leuicula quepiā curat. Hyperæ nautici funes sunt, quibus autem narum cornua traducuntur. Pedem autem uocant imā clavi partem. Verum hyperarum maximus usus in nauigando est.

De curru delapsus. ΒΈΧΜΑΧΕΩΠΛΩΘ.

Id est, De curru delapsus. In hodiernum quoque, uulgo durat adagiū, in eum, qui oblitus propositi, alio se transfert, aut qui in sententia labascit. Quemadmo<sup>dum</sup> ab asino delapsus.

Seneca.

Me mortuo, terra misceatur incendio.

Eadē sententia hodie uulgo durat inter mortales, mihi inquit morienti, mundus uniuersus moritur: qua signifīcat nihil sua referre, qd posteris accidat, uel boni uel mali, cum ipsi tollantur ē uita, nequaquam sensuri.

Plautus.

Mihi istic nec seritur, nec metitur.

Id est, Ista res nihil ad me pertinet, ut quae neque meo fiunt periculo, neq; emolumento. Metaphora no<sup>t</sup>issima est. Etenim qui sementem facit, is suo impendio suoq; periculo facit: qui metit, cōpendium accipit, & in tuto est.

Non luctu, sed remedio opus in malis.

In malis, non lamentis, sed auxilijs utendum. Ad id conueniet illud ex Iliados:

Quippe nihil miserī fletus, lamentaq; prosunt.

Galenus.

Omni pedi eundem calceum inducere.

Loquitur de quibusdā medicis imperitus, q nō habita ratione morborū, eadē remedia admouēt oībus, cum diuersa mala, diuersam curationem desiderent.

ALIE

## ALIENA CURANTIS.

Bellum Cononi cuiæ fuerit.

Πόλεις μὲν κώνωνι μελήσει.

Id est, Curabit prælia Conon. Proinde cōueniet ad hunc modū respondere curanti negotiū, quod ad se nihil attinet. Conon dux Atheniensium fuit multū in belli negotijs exercitatus, primum nauali prælio superatus, a Lysandro Lacedæmoniorum duce, redintegratis copijs eundem terrestri prælio uicit, & Athenarū libertatem restituit.

In alieno choro pedem ponere.

Plutarch.

Ἐπὶ ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδας τίθεσθαι.

Id est, In alieno choro pedem ponere. Est sese miscere negotijs alienis, & aliorū sibi uendicare partes.

Ne depugnes in alieno negotio.

Vbi significabimus nos nolle nosmet admiscere liti alienæ, quæ nihil ad nos pertineat, sed permisuros, ut ipsi inter sese suo decerent periculo.

Quæ supra nos, nihil ad nos.

Socrates.

Ταῦτα εἰς θύμας, οὐδὲ μη πρός θύμας.

Id est, Quæ supra nos, nihil ad nos. Dictum Socratis torqueri potest in illos, qui de negotijs principiis, aut Theologie mysterijs temerè loquuntur.

Vertere licebit & in contrarium. Quæ infra nos, nihil ad nos.

Vtere curru, dc a finis nihil laborans.

Quibus plaustrum est domi, nihil necesse habent de portandis oneribus, a finis aliunde conducere.

Stultior Moricho. Μωρόπτερος εῖ μορύχος. Suidas.

Id ē, Stultior es Morycho. Mihi uidetur peculiariter obnoxij adagiōi, q̄ domesticorū negotiorū negligētes,

C.4. foris

## ALIIS SAPERE.

foris agunt aliena curantes. Suidas indicat huius nominis poëtam quempiam fuisse tragicum, cuius uita non caruit luxus ac mollicie nota.

## ALIIS SAPERE.

Alijs prospiciens, non sibi.

Si libebit in quempiam iocari, qui alijs sua mala prædixerit, suum ipsius malum non præuidens.

**Terctius.** Facile, cum valemus, recta consilia ægrotis damus.

In admonendo sapimus omnes: uerum ubi peccamus ipſi, non uidemus propria. Omnes ægrotantibus recte præcipiunt quid fugiendum, quid agendum, et obiurgant nonnunquam, quod salutis causa non obtemperet bene monentibus. Ipsiſ posteaquā in morbum incidunt, non succurrunt illa præclara monita, sed alijs itē monitoribus et obiurgatoribus est opus. Porro cupiditas omnis, animi morbus est, quo uelut excæcatus, aut non perspicit, aut si perspicit, sequi non potest ea, quæ sunt ad salutem necessaria.

**Eustachi⁹** Quarta luna nati. Ερ τετράδι γεγενθῶσσι.  
Id est, Quarta luna nati. Dicuntur, qui parū feliciter nati sunt. Propterea q. Hercules hac luna natus feratur, cuius oīs uita uoluptatū oīm expers, ac laborū plena fuit. Dici potest et in eos, qui laboribus sibi neu tiquam frugiferis fatigantur.

## ALIE NO PERICVLO.

**Apuleius.** De alieno ludis corio.

Prouerbio dicuntur, qui securius agunt, sed alieno periculo, ut apud Plautum. De meo tergo degitur corium. i. res meo fit periculo.

Non est

Non est meum negotium, multum valeat; Diogenes  
οὐκ ἔστι μόρτον γάσμα, πολλὰ χαιρέτω, νυν.

Id est, Multum valeat, haud est meum negotium.  
Quoties negabimus nos laborare de re, qua nihil ad  
nos pertineat.

Alienam metis messem.

Ἄλλοτρη οὖν & μᾶς θέρος.

Aristo-  
phanes.

Id est, Alienam metis messem. Duplex est usus huius  
ad agri, primum in hos, qui negotium non suum parum di-  
ligenter curant. Fit autem hominum more, ut in suopte  
quisque negotio, longe sit attentior, quam in alieno. Po-  
test et eo referri quod aliquoties fit, ut electis eis, qui  
sementem fecerunt, alij in eorum loco succedant, citraque  
laborem, alienis fruantur sudoribus. Verg. idem ferme:  
En quis conseruimus agros.

Innocuus alium aspiciā. meū habentē malū. Aristote.

Hoc est ex aliorū malis, ipse rebus meis consulā. Fe-  
liciter sapit, qui alieno periculo sapit.

## A M I C I T I A.

Amicicia stabiliū. Felicitas temperantium.

Aristot hanc sententiā uelut ē medio sumptā refert.

Amicitiam esse stabiliū, et felicitate eorum qui sua for-  
te cōtentī sunt. Amicitia uirtute, non pecunijs aut for-  
ma concilianda est. Etenim si rebus caducis reconcilie-  
tur, caduca sit et ipsa neceſſe est. Nihil autem in re-  
bus humanis stabile, praeter unam uirtutem, que sola  
fortune ludibrijs obnoxia non est.

Ama tāquā osurus, oderis tāquā amaturus. Bias.

Δι λόγου ὠρθόποδος οὐσίας οὐτα, μισθύσθε ωστόδο  
Οὐλήσοντα.

Id est, sic amandum tanquam sis osurus, sic oportet  
C. S. odisse,

## A M I C I T I A.

odisse, tanquā sis amaturus. Cic. Hoc quidē praeceptū, cuiuscumq; est ad tollendā amicitiā ualeat. Illud potius præcipiendū fuit, ut cā diligētiā adhiberemus in amicijs parandis, ut nequādo amare incoepimus eum, quē aliquando odiſſe possemus. Minus ille Publianus. Ita amicū habeas, posse ut fieri inimicū putas. Seneca Ita crede amico, ne sit inimico opus.

Teretius.

Amantium irx.

Τῷρεῦτυχοῶτῷρογγοῖ.

Id est, Amantiū irx. Vbi, qui non ex animo indignā tur inuicem, aut de iracundia neutiquā duratura. Minus. Discordia, fit carior concordia.

Porphiri.

Mores amici noueris, non oderis.

Eum nos inter Grecas sententias repertū restituis-  
mus. Est enim huiusmodi, Φίλος πρόως γίνωσκε,  
μισήσθη δὲ μή. Admonet in amicorū moribus, quædā  
uitia dis̄simulanda sic ut intelligantur quidā, sed tamē  
tolerentur. Atq; id præcepti locū habebit in leuiori-  
bus morbis, nō in his quæ ad famā pertinent amicorū.

Hermola. Nouos parans amicos, ne obliuiscere ueterū  
νέφες φίλας τοιῶμ, λῶσε, τὸν ταλαιῶμ μὴ  
ἐπιλανθάνε.

Id est, Nouos parans amicos, optimè, ueterum ne  
obliuiscere. Torqueri potest ex admutata studia, ad  
quæ conuenit nonnunquam respicere, etiā posteaquam  
diuersæ te addixeris disciplinae.

Non potes Tethydem simul & Gala-  
team amare.

Id est, Non potes idem diuersa sequi, uelut literas,  
ex pecuniam, uoluptatem ex gloriam, munidum ex  
Christum. Nam Galate & fluvio male conuenit cū ma-  
rinis fluctibus.

Vnus Deus & plures amici.

Εἷς θεὸς καὶ πολλοί φίλοι.

Id est, Vnus Deus, et plures amici: Proverbiū monet, quam plurimos esse parados amicos, quod hi secundum Deum plurimum opitulari possint. Opinor à uulso sumptu, non ex autoribus.

Nec nulli sis amicus, nec multis.

Hesiodus

Μή δέ τολύ εγενοργήσῃς τοιόντος κολέας.

Id est, Nec multis, at nec nulli dicaris amicus. Citra ullius amici consuetudinem uiuere, ferimū, atq; iniucundū esse uidetur. Rursum nec uehemēter amare possumus simul multos, nec pluribus morem gerere.

Ne cuiuis dexteram inieceris.

Plutarch.

Μή τωντις μεράλλημενος.

Id est, Ne cuiuis porrigas dexterā, hoc est. Ne tecum quilibet in familiaritatem admittas, sed deligas quem diligas.

Amicorum omnia communia.

Pythagoras

Ταῦθι φίλοις κοινά.

Id est, Amicorum communia omnia. Aulus Gellius testatur Pythagoram non solū huius sententiae parentem fuisse, uerum etiam huiusmodi quandā uitę, ac facultatū communionē induxisse, qualem Christus inter omnes Christianos esse uult. Nā quicunq; ab illo in cohortem illā disciplinarū recepti fuissent, quod quisq; pecuniae familiæq; habebant in medium dabant. Quod re atq; uerbo Romano appellatur cœnobium, nimirū à uitę fortunarum q; societate.

De manu in manum.

Ciceron.

Ciceron. Totū deniq; hominē tibi trado de manu, ut diūt, in manum tuam istam ex uictoria ex fide præstā tem. Traduntur et qui commendantur.

Amicitia

## AMICITIA.

**Pythagoras.** Amicitia æqualitas, amicus alter ipse.

τὸν φίλον μετόπιτας εἶναι.

Id est, Amicitia æqualitatem esse, et eandem animam, et amicū alterū ipsum. Neq; quicquā nō cōmune ubi fortunarū æqualitas, neq; dissentio ubi idem animus, neq; diuortium, ubi coaumentatio duorū in unum.

**Teretius** Amicus amico.

Quadrabit in eos, qui nullum officiam refugunt, modo gratum faciant amicis.

**Plutarch.** Amicus magis necessarius quam ignis et aqua

Quemadmodum enim citra ignem et aquam, non constat hominum uita, ita nec sine consuetudine, atq; opera familiarium.

**Zenodotus.** Naæra & Charmione.

Νάερα καὶ χαρμιόνη.

Id est, Naæra et Charmione. De fidis amicis dici solitū scripsit Zenodotus, quiq; nō dubitarēt uel mortis esse comites amicis. Naæra et Charmiœ duæ erat Cleopatrae reginae pedissequæ, quæ spontaneā Cleopatrae morte sunt imitatæ, ac fæmiuiæ repertæ sunt, dñe iā mortuæ, coronā capite delapsam reponentes.

**Plutarch.** Qui circa salem & fabam.

Περὶ ἀλκηνή κύστεων.

Id est, iuxta salem et fabam. In eos dicebatur, qui se simularent scire, quod nescirent. Siquidē diuini responsuri, fabam et salem apponebant.

**Origenes.** Salem & mensam ne prætereas.

Αλακὴ τράπεζαν μὴ παθένειν.

Id est, Salem et mensam ne prætereas. i. ne negligas amiculorū cōsuetudines, aut ne uiolens amicitie iras. Nam his rebus olim conciliabantur amici.

**Suidas.** Int̄pestiuæ benevolentia, nihil a simulacre dif-

tate differt.

Ακάρος ἔωντι οὐδεμὲν ξθρᾶς δίαφέρει.

Id est, Par odio importuna benevolentia. Quadribit in eos, qui dum officiosi studente esse non habita tē poris ratione, nocem. Aut molesti sunt sedulitate. Voluti qui non apto tempore obiurgant amicum, aut qui immodicis & intempestiis laudibus conciliant homi ni inuidiam. Aut pecunia suppeditant adolescenti, quae sit deterior. Fertur & alter huic consimilis. Cum noctet amicus, nihil ab hoste discrepat. Horat. Nil moror officium, quod, me grauat. Alibi. Sedulitas autem, quae stulte diligit, urget.

Nō sunt amici, amici qui degūt procul. *Athenaeus*

Τηλάς οἵλαι νοιόντες οὐκ εἰσὶ μόνοι.

Id est, Haud sunt amici, amici qui degunt procul. Præterea uulgo fit, ut simul atq; è conspectu necessaria riorum sciumti sumus, nescio quomodo obrepatur oblio uio quædam familiarium, ut id iā omnibus in ore sit, qui semotus sit ab oculis, eundē ab aī quoq; semotū esse. Patentur & Hebreorum prouerbia, potius esse, amicum habere uicinum, quam fratrem qui procul absit. Terentianus itē Chremes, in propinqua amicitiae parte ponit, uicinitatem.

Multas amicitias silentium diremit.

*Aristote.*

Πολλὰς οὐλίας ἀπερσησία διέλυσερ.

Id est, Multas amicitias silentium diremit. Admet adagiū assiduo convictu, ac frequentibus alloquijs, necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Silentium enim hic non simpliciter silentiū significat, sed illud silentiū, cū quis nō appellat, ac salutat amicū.

Abiit & taurus in syluam.

*Theocritus.*

Ἐβεκῆ ταῦρος & πῦλος.

Id est,

## A M I C I T I A.

**I**d est, Abiit et taurus in syluam. Pastorale prouer-  
biū allegoria subturpicula significans diuortiū, ac  
neglectū ueteris amicæ. Tam et si licebit in usum ue-  
recundiorē trahere. Si per iocum accōmodabitur in  
eos, qui pristinos amicos negligere uidentur, et à fa-  
miliarium, congerronumq; grege dissescere. Aut in  
illos etiam, qui à solitis desciscunt studijs, diuersumq;  
uite sequuntur institutum.

**Plautus.**

Vbi amici, ibi opes.  
Plautus in cruento. Verū est uerbū, quod memorā-  
tur. Vbi amici, ibidē opes. Sensus est, potiores esse ami-  
cos, quam pecuniā, et ad uitæ præsidium, plus habere  
momēti amicos citra pecuniā, quam absq; amicis opes.  
Vnde apud Scythas (autore Luciano) is habebatur di-  
tissimus, q certissimos et optimos amicos posideret.

**Aul. Gel.**

Visque ad aras amicus.

Mέχρι τοῦ θωματούσιος.

**I**d est, usq; ad aram sum amicus. Admonet prouer-  
biū, nonnunquā quo consulamus amicorū cōmodis,  
corūq; uoluntati morē geramus, sas uideri paululū à  
recto deflectere. Verū eatenus, ne propter hominem  
amicum, numinis reverentiam uiolemus.

Amicorum est admonere mutuum.

Hanc licet usurpare, si quando dicemus amici munus  
esse, ut amicū si quid erret liberius admoneat.

**Plutarch.**

Animo ægrotanti, medicus est oratio.

Ψυχῆς νοοθετητὸν πατέρα λόγοι.

**I**d est, Animo ægrotō medicus est oratio. Huc allu-  
sit Hora. Sunt uerba et uoces, quibus hunc lenire dō-  
lore possis, et magnam morbi depellere partem.

Fidus amicus.

Fidus amicus non est post habendus germano. Quā  
doquidem

doquidem is non inferior uel fratre putandus.

In ære meo est.

Cicero.

Quem nobis officijs obstrictū significamus, ita ut iam totus, certoq; noster sit, cum in ære nostro dici-  
mus esse. Nam antiquitus omnis pecunia ærea erat, au-  
ri usum nondū reperto inferiendis nomismatis.

ΑΜΙΚΙΤΙΑ ΕΓΩΣ.

Aristo =

Id est, utrīq; florens amor, olim dicebatur, quo= phanes.  
ties uterq; pariter esset in columis, ac mutuo respon-  
deret amore. Nam dimidiati dicimur, quoties amicus  
distrahitur, uelut altera pars nostri.

Syncretismus. ΣΥΓΚΡΗΤΙΣΜΟΣ.

Plutarch.

Cretico proverbio dicebatur quoties fieret, ut qui  
modo uidebatur hostes acerrimi, repete in summā cō-  
cordiā redigeretur. Id quod frequenter euenire solet,  
maxime si qn̄ malū aliquod inciderit utrīq; cōmune.

Conciliant homines mala.

Aristote.

Ξωάγδ τοὺς ἀντρώπους κακά.

Id est, Conciliant hoīes mala. Sententia proverbialis  
qua declarat, qd uulgo fit, ex hostibus nōnūq; amicos  
fieri, propter malū aliquod incidēs utrisq; cōmune.

Cum amico non cercandum emulatione.

Cū amico et benemerito nō est suscipiendū certas  
men, ne quid obscuretur amicitia propter emulatio-  
nem huiusmodi comitem contentionum.

Queruli in amicitia.

Qui queruli sunt in amicos, non sunt ad amicitiam  
idonei. Coniuere ad amicorū uitia. hēc res et iungit,  
iunctos et seruat amicos. theogonie.

Lingua amicus. ΑΓΓΛΩΤΙΚΟΣ ΕΓΩΣ.

Id est, Lingua amicus, qui uerbis ostendit, non re-  
prestat beneficium.

Felicitas

## A M I C I T I A.

Felicitas multos habet amicos.  
Εὐτυχίας πολύ οὐλός.

Id est, Felicitas multos habet amicos. Notior est sententia, quām ut requirat interpretem.

Felicitas multi cognati.

Id hodie uulgo dicūt, locupletū plurios esse cognatos  
Amicus certus in re incerta cernitur.

Tullius. Quo significatum est, amici fidem in rebus aduersis explicari.

Ollae amicitia. χύτης φίλος.

Plutarch. Id est olla amicitia. In amicos istos uulgares quadrabit, quos patina, non benevolentia conciliat.

Viri infortunati procul amici.

Aristides. Αὐτὸς κακως πράσσεντος, ἐκποδώμη φίλοι.

Id est, Viri siti in malis amici sunt procul. Notat mores amicorum uulgariū, qui hirundinū ritu pro ratione temporū aduolant, ac deuolāt: aduolant ubi res secundae, deuolant ingruēte tempestate.

Plutarch. Plures adorant solē orientē, quā occidente.

Πλείος προσκαρδσι τῷ μὲν λιόρ ἀνατέλλοντα  
καὶ σώντα.

Id est, Plures adorant solem orientē, quām occidentem. Iuueni magis adhæretur, quām seni.

Ad felicem inflectere parietem.

Τέος τὸν τὸν πράττοντα τοῦχον γέπερ.

Id est, infelicem parietem uergere. Aristophanes interpres translatū existimat ab ijs, qui nauis uehunc tur, qui si quando nauis alterum latus fluctu deprimatur, protinus in alterum transcurrunt, quod altius extat ab undis.

Horatius. Nudæ gratiae.

Admonet ut nihil inter amicos fictum, aut fucatum sit.  
Sapientes

Sapientes tyranni, sapientum congressu. Plato.

Σοφοὶ τύραννοι τὸν σοφῶν σωδσία.

Id est, Commertio sapientium princeps sapit.

Amicitias immortales esse oportet.

Tullius.

Verum eo rediere mores mortalium, ut simultates  
sint immortales, amicitiae plusquam uitreæ.

## A M O R.

Caunius amor. Καύνιος ἔρως.

Diogenia

De foedo amore dicebatur, Biblis Caunum fratrem  
impotenter adamauit, à quo cū esset repulsa, sibimet  
necem consciuit.

Liberorum amantior quam Gello.

Ἐλλώ τῷδε οὐδὲ λοτερεῖ.

Id est, Puerorū amans Gello. Dici solitū uel in eos,  
qui morte præmatura perissent, uel in eos qui mira  
quidē charitate filios prosequerentur, sed eosdem in=  
dulgentia delitijsq; corrumpent. Aliunt Gello uir=

ginē quampiā fuisse, qu.e puella adhuc uita decesserit.

Celtum habent veneris. τὸν κυπεῖδον κεσόν Homerus

Habere dicuntur. Iuno concubitura cum suo Iove,  
Venērem adit, atq; ab ea cingulum gratiarū eō amo=

rum conciliatorem commodato petit. Qui nouis mo=

dis, quemlibet in amorē suū pelliciunt.

Diogenia

Ex aspectu nascitur amor.

nus.

Ἐκ τοῦ εἰσοστᾶπ γῆγεντάς ἀνθεώποις ἐφᾶμ.

Id est, Amor ex uidendo nascitur mortalibus. Sena=

rius proverbalis, admonens, oculos amorem potissi=

mum conciliare. Non enim amatur incognitū, ex cōui

ctu oritur amor mutuus. Et oculi præcipue sunt ad

amandū illices. In his enim peculiaris animi sedes. Et

in his aliunt Poëte Cupidinem excubantem sua iacula

D mittere

A N C E P S.

mittere. Vergi. Ut uidi, ut perij, ut me malus abstulit  
error. Vritq; uidendo foemina. Iuue. prodigi loco re-  
fert, de cœco amante, qui nunquam usq; flagrabat amo-  
re puellæ. Legimus philosophos quosdā, et inter hos  
Democritū, sibimet oculos ademiss̄, tanquam omniū  
malarum cupiditatum autores.

Adamantis tenerè.

In eum, qui tencrē diligit qnempiā, ncladamat ma-  
gis, ita ut non patiatur, uel leuisimis incōmodis à quo,  
quam affici. Non inscītē torseris illud ex eodem libro.  
Non secus atq; genitrix, Muscam arcet puerο somno  
officiosa cubanti.

Paruus semper tuus pullus.

ΜΙΚΡΟΣ ὁ τοσ πωλός.

Id est, Paruus semper tuus pullus. Cōueniet in eos,  
qui tametsi natu grandiores, tñ uerborum delitijs af-  
fectant uideri iuuenculi.

Diogenes Aureæ compedes.

Χρυσοῖς ωέδαι. Id est, Aureæ compedes.

Dicitur seruitus splendida et amabilis, qualis est  
aulicorum uita. Seneca. Stulti est, inquit, compedes su-  
as, quamuis aureas amare.

Plutarch. E Creta raptus.

Apparet furtuum amorem, his uerbis olim signifi-  
catum fuisse, quod aliquoties illinc uirgines à negotiis  
toribus adueherentur.

Plutarch. Musicam docet amor.

Μουσικὴ ἐρως δ' οὐδέποτε.

Id est, Musicē docet amor, et si fuerit indoctus pri-  
us. Sensus est, Amorē ad industriam excitare animū.

Pindarus. Iyngē trahor. Κύρη ἔλκουμαι κτος.

Id est, Iyngē trahor animo. Qui uchementi et im-  
potenti

potenti desiderio trahuntur ad aliquid, Iynget trahi dicuntur, Iyngen aiunt fuisse filiam Echus, alijs Pithus, quæ quin amatoris uenenis incitasset louē in amorem Iūs, à Iunone irata, uersa est in auem.

## A N C E P S E T D V B I V S. Strabo.

Necessarium malum.

Ἄνεγκαστον κακόν.

De ijs quos neq; reiçere possis, quod quibusdam in rebus opus sit eorū opera, neq; commode ferre, quod uiri simi improbi. Hybræas orator in oratōe quadā de quodā tyrāno sic locutus est. Malū es, inquit, ciuitatis necessariū. Nam nec tecū uiuere possumus, nec sine te. Torqueri poterit et in uxores cū quibus incommode uiuitur, sed absq; his resp. omnino cōsistere nō potest.

Neque cum malis, neque sine malis.  
Nec simul cum pestibus, nec rursus absq; pestibus.

Polypi caput.

Πολύποδος κεφαλὴ. Id est, Polypi caput.

In hominē uariū, et in quo pariter et uitia, quædam et uirtutes inuenias. Proinde poëticē Polypi caput uocant, in qua sicut sunt permulta cognitum iucunda tum frugifera, ita sunt nonnulla nisi caueas per silentia.

Gaudium dolori iunctum.

Cum pariter accidit quod et gaudeamus et doleamus, quod genus si cui parentes opulentī uita deceſſe rint partim excruciat morte suorum, partim gaudet hæreditatis obuentu.

Plus aloes quam mellis habet.

Verum uerbum est profectio quod aiunt, nihil quicquam tam prospere diuinitus hominibus datum, quin

Aristo =  
phanes.  
Plutarch.

D. 2.      et la-

A N C E P S.

et tamen admixtum sit aliquid difficultatis. Euripe.  
Bona sperare non licet malis, sed est mixtura quedam.

**Lucianus** Quid primum aut ultimum.

Ti πρῶτον οὐ τί τε σατον.

Id est, Quid primum aut ultimum. Quoties aut rerum copia tantā significamus, ut hæsitamus unde potissimum exordiamur, aut cū perplexi dubitamus quid primum agere debeamus.

**Publius.** Etiam capillus unus.

Etiam capillus unus habet umbrā suam, id est, quantumvis pusillum commodum iuuat, quantumlibet exiguum delictum nocet.

Ad utrumvis paratus.

Hominē ad utraq; fortunā instructum, ludicris pariter et serijs accommodatū, aut qui norit cum bonis pariter, ac malis conuiuere. Notabimus hoc carmine quod est in Iliados. H. Noui equidem clypeū dextra, lcuāq; mouere.

**Zenodot.** Vtrōq; nutans sententia.

Δισχωλοι γνῶμοι.

Id est, Vtrōq; claudicantes sententiæ. Conueniet itaq; in hominem lubricæ fidei, et incertarum partium.

Volens nolente animo.

Βικῶμας ἔκοντι σεδυμῷ.

Id est, Volens inuito sane animo. Nonnunquam de ambigente, animiq; incerto dicitur. Tu uoluntate coetus es tua. Terentius in And.

**Euriped.** Nolens volens.

Ad hanc pertinet formam quod prædiximus.

Vnica filia duos parare generos.

Vbi quis idem beneficium duobus simul pollicetur, aut pro eodem officio, quod alteri præstiterit, a duabus grā

*bus gratiam reposcit.*

Inter pueros senex. Εν παισι μᾶς γέρων.

Id est, Inter senes puer. Conueniet in hominem grā diusculum, maiorem quam ut puer uideri posset, minorem, quam ut uir.

Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam.

Η κείνορ, ἡ κολοκάντων.

Id est, Aut florem, aut cucurbitam. Id perinde ualeat quasi dicas, aut morte, aut uitam, aut lucrum, aut damnum. Incertū autem utrū mox euaneat, an flos cucurbitam sit pariturus.

Aut Plato Philonissat, aut Philo Platonissat. Hierony. de illus.

Per allegoriam torqueri poterit ad quosuis inter se sese uehementer similes.

Aut oportet tragœdias agere omnes, Archela⁹ aut insanie.

Ἵχεν τραγῳδίην τάντας ή μελανγχολίην.

Id est, Aut furere oportet, aut agere tragœdias. Dici solitum de iis qui semper quasi stupori frigentib⁹ & nec gaudere possunt ex animo, nec dolere. Porro tragœdia uehemētissimis constat affectibus, ita ut tragedias agere uideatur esse quiddā insanie simillimū.

Oportet testudinis carnes, aut edere, aut Atheneus non edere.

Ηδ' χελώνις κρέας φαγεῖ ή μὴ φαγεῖ.

Id est, Testudinis carnem aut edas, aut non edas. Ad dñe testudinis carnem si modice edatur, uentris tormenta facere, rursum si copiose, lenire. In eos, qui negotium suscep̄tū frigide ducunt, neq; explicantes, neque relinquentes. Non abhorret ab eo, quod est in Apocalypsi. Utinam calidus effeſt aut frigidus.

D.3. Aut mora-

# A N C E P S.

**Aut mortuus est, aut docet literas.**

*Significabant olim cuiquam omnino male esse, tamet si parū liqueret quæ rerū ageret. Is hac occasione uenit in nulgi sermonem. Nam Athenienses parū feliciter aliquando pugnauerunt aduersus siculos, permul tis occisis atq; captis, qui fuga relapsi redierant Athenas, rogati quid hic aut ille ficeret, respondebant. Aut perijst, aut docet literas, nam captui, sicutolorum filios literas docere coacti sunt.*

**athenaeus** *Aut quinque bibe, aut treis, aut ne quatuor.*  
ἢ τέτε πίνειν. ἢ τρίοι, οὐ τέτταρες.

*Id est, Aut quinq; bibe, aut tria, aut ne quatuor. Prescribit modum diluendi uini. Hæc autem temperatura maxime placebat antiquis, ut quinq; uini cyathis, duo adderentur aquæ, aut duobus unus.*

**Zenodot.** *Excubias agere in Naupacto.*  
Φρεγησοι δὲ νοευπάκτω.

*Id est, Excubare Naupacti. Achium capta Naupacto Pausaniā excubijs, custodiæq; præfectū interfecerūt. Vnde res in iocū uulgi uidetur abijisse aduersos eos, qui pereūt ignavia sua. Aut quimunus odiosum ac plenum discriminis administrant. Naupactus autē Aetolian ciuitas, quā tum Philippus obtinebat, a compingendis nauibus dicta.*

**Horatius** *Quocunque pedes ferent.*

*Quadrabit ubi nihil certum spectatur, ad quod nostri dirigantur conatus. Hora in Odis. ire pedes quo cunq; serunt, quo cunq; per undas.*

**theoginis** *In triuio sum.*

*Ἐπ τριόδῳ εἰ μὲν λογισμῷ.*

*Id est, In triuio sum consiliij. In eos qui dubitant, quiq; incerti sunt animi hæsitantes, quid potissimum eligant.*

eligant. Nam uia pro ratione consiliij frequenter apud Græcos autores reperies. Plato libro de legibus septimo, uetans ne siqua res admiranda, atq; inusitata occurrerit, protinus ad eam amplectenda accurramus, sed perinde quasi ad triuū aliquod uenerimus, ignari uiae, consistamus, neq; ante pergamus, quam peruestigatum sit, quo quæq; ducat uia.

### Ancipitis consiliij.

Ad significandum hominem perplexum, et ancipitis sententiae.

### Ancipitis animi.

Animū ancipite et incerti cōsiliij, indicatur hoc uersu  
Sic senior uersans animo, disquirit. utrōq; Nutans.

### Hasta caduceum.

Suidas.

Δόρυ κηρύχδον.

Id est, Hasta caduceum. Dici solitum quoties alius simul et minaretur, et ad concordiam inuitaret. Itaque cum Athenienses ab Eumolpo oppugnarentur, ad Taranagran iter instituerunt, hac specie, ut dux caduceū præferret, iuuentus armata à tergo consequeretur, ut simul et pacem petere uiderentur, et ad bellum nubilo segnius parati, si quis lacerferet.

### Vtrunque.

Dici potest de re quapiam ad diuersum usum accomodabili.

### Delphicus gladius.

Aristote.

Δελφικὸν ξίφος. Id est, Delphicus gladius.

De re dicebatur, ad diuersos usus accommodabili. Nam delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, ut eodem simul et sacras mactarent victimas, et nocentes afficerent supplicio. Licebit et in serium sensum accommodare prouerbium, ut si quis eruditio[n]e,

D.4. Delphicū

# A N C E P S.

**Delphicum** appelleth **gladium**, quod in omni etate, omni uitæ conditione sit usui. Nam literæ iuuenibus Laus do= sunt necessarie, senibus iucude, pauperibus opes sup= etrine. peditant, opulentis adiungunt ornamentum, in rebus aduersis solatio sunt, in secudis gloriæ, claro natis ge= nere splendorë augent, obscuro genere natis, clarita= tis initium conciliant.

Iisdem e literis Comœdia, ac Tragœ= dia componitur.

Conuenit in eos, qui eadem de re norūt diuersa fin= gere. Aut qui eadē opera, diuersa possunt.

Qui nocere potest, & idem prodeſſe.

In medicos imperitos, qui non raro uenenū pro re= medio ministrant. Pharmaco mista, salubria multa, at noxia multa. Idem quadrabit in hominem ex bonis ex= malis instructum artibus, qui uel iuuare poſſit ſi ue= lit, uel ledere.

Aristo =  
phanes.

Nauis aut galerus.

Πλοῖον ἢ καβῆ.

Id est, Nauis aut galerus. De re ancipiti dicitur. Nec inueniſte dicetur in eos, qui cultu moribusq; di= uersam personam præferunt. Veluti si quis cultu monachum, moribus ex lingua Lenonem ageret. Sum= ptum ab hoc triremium genere, quas hodie uulgo di= Plutarch. cunt galeas.

Tertium caput. Τρίτη κεφαλή.

Id est, Tertium caput. In onerum baiulos dictum, philochos, qui non humeris modo, uerū ex capite gestant onera= rus.

Triceps Mercurius.

Τρικέφαλος ἔρμης.

i. Triceps Mercurius, Dictū uidetur in ambiguo, ancipitesq; aut in uchemeter astutos. Ad hunc modū fingebat

finiebatur antiquitus Mercurius, uel q; plurimam uim.  
habeat oratio, uel q; idem deus index uiae, proinde in  
singulis capitibus inscriptionem habebat, quo duceret  
hec uia, quo rursum illa.

Psecas aut ros. Τεκτὸς ἡ σπόσθιον.

Diogenia.

Id est, Psecas aut ros. In crebrius expuentes di-  
stibabatur. Τεκτὸς enim aspersio illa, ac uelut irroba-  
tio uocatur, quoties minutissimis guttulis irrigamur,  
ut pluvia rori simillima. Vocantur enim psecades an-  
cille, quae delicatarum matronarum capillos medicato  
fuso conspurgunt.

## APERTE ET CRASSE.

Præmansum in os inserere.

Tullius.

Marcus Tullius in oratore suo. Pro eo, quod est  
rem in docendo nimis enucleatè, nimisq; frustulatum  
tradere. Quod facere quidam assolem, qui uelut in-  
genijs auditorum diffidant, ita nihil omittunt, incul-  
cantes etiam minutissimas nugas. Sumpta est figura  
a nutribibus, quæ pueris adhuc edentulis cibum præ-  
mansum in os inserunt.

Crassa Minerua. Pingui Minerua.

Columella

Minerua artibus atque ingenijs præsidet. Dicitur  
Pinguiore Minerua fieri, quod inconditius, simpli-  
ciusq; quasi indoctius fit, non autem exquisita arte, nec  
exactissima cura.

Crassiore musa.

Quinti-

Libet propter quosdam imperitiores etiam Cras- lianus.  
siore (ut uocant) musa, dubitationem huius utilitatis  
eximere. Inuenitur aliquoties apud scriptores non in-  
doneos Pinguiore formula, pro eo quod est, planius,  
atq; intelligibilius.

## APPROBANDI.

Plinius.

Premere pollicem. Conuertere pollicem.  
Antiquitus in pollice fauoris erat, studijq; signifi-  
catio. Qui faueret, pollicem premebat: qui minus faue-  
ret, pollicem coruertebat. Plinius. Pollices cum faue-  
mus, premere etiam proverbio iubemur. Iuue. Cōuer-  
so pollice uulgi, Quemlibet occidunt populariter. Ho-  
ratius utroq; pollice dixit, pro summo fauore.  
Consentire suis studijs, qui crediderit te,  
Fautor utroq; tuum laudabit pollice ludum.

Aristotel.

Album calculū addere. Et similes figure.

Λευκὸν τῷ Φορῷ προσθένται.

Id est, Album calculum addere, pro approbare sub-  
inde legimus apud doctos. Inde sumptum, quod anti-  
quitus missis in urnam calculis, ita ferebantur a iudici-  
bus sententiae, ut albis absoluerent, nigris damnarent.  
Qui si forte fuissent æquales, tamen liberabatur reus.

Ouidius Metamorph.

Mos erat antiquis, niueis atrisq; lapillis:  
His damnare reos, illis absoluere culpa.

Et Plato, & Plinius, Lucianus, & Aristides &c.

Horatius

Creta notare. Carbone notare.

Creta notare, pro eo, quod est approbare, & Car-  
bone notare, quod est damnare. Propterea quod Py-  
thagoras aiebat id, quod esset colore candido, ad boni  
naturam pertinere. quod atro, mali. Vnde et felicia  
alba dicimus: infames nigros. Horat. Sani, an creta,  
an carbone notandi. Persius.

Quæq; sequenda forent. & que uitanda uicißim.  
Illa prius creta, mox h.ec carbone notasti.

Aul.Gell.

Pedibus in sententiam discedere.

Non est uiri prudētis, quicquid uxori libuerit, pro-  
tinus in illius sententiam pedibus discedere. Aut par-  
est, ut

est, ut affectus in rationis sententia pedibus discedat: non contra. Ego uero in tuam sententiam manibus pedibusq; ac toto corpore discedo. Quin etiam subscribere sententiae, subscribere iudicio, subscribere uolutati, suffragari, refragari, atque id genus alie metasphorae. quoties longulè trahuntur ab oratione simplifici, in proverbij speciem paulatim abeunt.

Momo satisfacere, ex similia.

Hesiodus

Τῷ μῶμῷ ἀρέσκειν.

Id est, Momo satisfacere. Hesiodus Momi cuiusdam meminit, quem ait nocte matre, somno patre progenitum. Huic deo mos est, ipsum quidem nihil operis adere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, ex si quid est omissum, aut perperam factum, id summa libertate carpere. Nam Momos Graece reprobensionem sonat. Ergo proverbij speciem habent omnes id genus formulæ. Haud dubitem tecum uel Momo iudice decertare. Inculpatior est eius uiritia, quam ut uel Monus ipse possit carpere. Hæc uel Momo ipsi satisfaciant.

Omnē tulit punctū. Omniū calculis. Horatius.  
Legimus pro eo, quod, oīm sententia ex cōprobatione  
Hora. Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Vno ore.

Teretius.

Vno ore, pro summo consensu, paſsim apud autores obuium est. ut Teren. Vno ore oēs, omnia bona dicere.

Ne Iuppiter quidem omnibus placet. Theognis

Οὐδὲ γῆς οὐ τεύχος, οὐδὲ ψυχή τάξας ἀνδρὸς οὐτε πέπειχων.

Id est, Neq; Iuppiter ipse, siue pluat, siue non, unicuique placet. Hodie uulgo dicunt, Neminem inueniri, qui omnibus placeat, atq; oībus satisfaciat.

Scriuum

## ARROGANTIA.

Aristop. Seruum haud ueho. Δέλος οὐκ ἔγω.

Id est, Seruum ego haud ueho, nisi qui prius pro carnis  
bus certauerit, Certamine in nauali. Id est, nō admitto  
seruum nisi multis magnisq; spectatū experimentis.

Plato. Si tibi amicum, nec mihi inimicum.

Hoc est, Si tibi res placet, mihi non displacebit. Vfuis  
erit, quoties alienæ obsequimur uoluntati.

## ARROGANTIA, Iactantiaq;.

Sine ut incolumis redeat.

Sic et hodie dicimus ijs, qui uerbis et conuitijs ser-  
ociunt. Eia, sine hominem uiuere.

Tullius. Arcem ex cloaca facere.

Qui rem, hominēue nihil laudibus magnificis attol-  
lunt, dicuntur arcem ex cloaca facere.

Seneca. Gallus in suo sterquilinio plurimū potest  
In alieno timidiores sumus omnes, in suo quisq; res-  
gno ferotior est et animosior.

Iuuinalis. Tollere cristas.

Translatum ab auibus cristatis, in quibus crista ere  
ctiores alacritatis, atq; animorum indicia sunt.

Plinius. Attollere superciliū, ponere supercilium.

In his pars aī, istis negamus et annuimus. Hæc ma-  
xime indicat fastus. Superbia aliubi cōceptaculum, sed  
hic sedē habet, in corde nascitur, hic subit, hic pendet.

Aristop. Nauphracton tueri. Ναυφράκτον ελέπδη

Nauphracton Græcè, classis est ad bellum instructa.  
Solent autem in triremibus magna quædam inesse fo-  
ramina, oculorum instar, per quæ remos inserunt.  
Vnde uelut enigmaticè dictum, Classis more intueris.  
De his qui latis ac prægrandibus, aut toruis, et mina-  
culis oculis quempiam aspicerent.

Tollere

Tollere cornua.

Ouidius.

Pro eo, quod est, aio effterri. Translatū à pecoribus  
que cornibus minantur. Oui. Tunc paup cornua sumit

Arrogantia non ferenda.

In eos, qui intolleranda sunt arrogantia.

Tuo te pede metire.

Monet adagium, ne quis se dilatet ultra cōditionem Horatius  
suam, néue seipsum ex assētatorū laudibus aut uulgi  
opinione, aut fortunæ fauore, uerum proprijs ac ueris  
dotibus, animi q; uirtutibus aestimet.

Vltra perā sapere. Υπὲρ τὴν πίεσα φρονῖτε Lucianus.

Id est, Vltra peram esse sollicitum. Quadrabit uel  
in pauperem, uel in philosophū, sed præcipue in Chri-  
stianum, quem Iesu uetat cogitare de crastino. Lucia.  
Oportet enim philosophum paucis contentum ac fru-  
galem esse, neq; quicquam ultra peram querere.

Videberis, me videns, plane Martem vi Aristoph.

dere. Βλέπετε γαρ ἀνίκητος δόξης μὲν ἔγειρον.

Id est, Martem uidere me, videberis palam. De his,  
qui se strenue pollicebātur opitulaturos, ac Martem  
quendam acturos.

Hamaxixa. Αμαξία.

Aristoph.

Prouerbiali uerbo dicebantur ampla, magnificaq;. Perinde sonat quasi latine dicas, plaustralia.i. tanta, ut  
iustum plaustri onus uideri possint.

Sophocles. Laudiceni.

Plinius.

Qui ad ostentationem dicebant, aut recitabant uul-  
gato conuictio, Sophocles & Laudiceni dicebantur.  
Adagium natum apparet atate Plinij minoris. Nam  
in epistola quadam, adolescentium quorundam ridicu-  
lam in agendis causis arrogantiā ex ambitionem ta-  
xans, sic ait. At hercle, ante memoriam meam (ita ma-  
iores

## ARROGANTIA.

iores natu solent dicere ) ne nobilissimis quidem adolescentibus locus erat , nisi aliquo consulari producente. Tanta ueneratione pulcherrimum munus colebatur. Nunc refractis pudoris & reuerentiae claustris, omnia patent omnibus: nec inducuntur, sed irrumuntur. Sequuntur auditores actoribus similes conducti ex redempti municipes. Conuenit a conductis & redemptis, in media basilica, ubi tam palam sportule quam in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede, transiit. Inde iam non inurbanè, σοφοκλεῖς ἀπό του σοφους καλεισθαι uocantur. Utroq; uerbo narrantur, qui facundi dici malebant & uideri, quam esse.

Eustathi⁹ Phaniæ ianua. Φανίς Δύσα.

Eustathius in Odyssee ostendit dictum de ijs, qui simulant sece cogestas opes habere, que nusquam sunt. Dictum a Phania quodam, qui falsam de se prebuerit opinionem; quasi multam diuitiarum uim domi construetam, ac reconditam haberet. Diximus alibi de Phaniæ ianua, si idem sit, docti uiderint.

Suidas. Sybaritæ per plateas.

Συβαρίτου διὰ τὸ λαχεῖς.

Contra fastuosius ingrediëtes per viam, se sequebantur ostentantes. Sumptum a fastu luxuq; Sybaritarum. Venustius erit, si paulo longius detorqueatur. ueluti si de hoīe insolentius se gerente, aut arrogatiū de sequente. Est enim Sybaris oppidū uicinū Crotoni.

Aristop. Cicadis pleni. Τέτηγων ἀνάμεσοι.

Id est, Cicadis operti. In gloriosos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis, ac iam desitis utentes. Antiquitus enī Atticis mos erat, capillorū cincinnis aureis cicadas addere, hoc indicio significantes αὐτόχθονας esse se, id est, indigenas, quemadmodum et cicadas, non alia

*non aliunde commigrant, sicut pleraque alia.*

*Ex Academia venis. Ακαδημίηνθερήκεις. Athene⁹.*

*Id est, Ex Academia uenis. De seuero et compo-*  
*sito seu docto. Sumptū à Platonis schola. Quim Athe-*  
*neus libro duodecimo significat dictum in nitidos, et*  
*cultu insigni, q; his Plato delectaretur mundicys.*

*Athene⁹.*

*Ingredi lunonium.*

*Dictum appetet in fastuosum, ac lentum quorum-*  
*dam incessum, quem notat Horatius: Ut si lunonis sa-*  
*era ferret.*

*Summis vnguibus ingredi.*

*Aristop.*

*Ἐπὶ ἀκρωτὸν χωρὶς.*

*Id est. Summis unguis. In eos, qui audius auscul-*  
*tant. Nam iſi solent semet in summos pedes erigere.*  
*Summis ingrediens pedum unguibus. in fastuosos*

*Cœlum territat.*

*Vergilius*

*Verg. in Aeneid. Et cœlum territat armis. Conue-*  
*nit in minaces et feroce. Thrasonesq; magniloquos.*  
*Sumpta uidetur à bello Giganteo et c.*

*Ex uno multa facere.*

*Plato.*

*Ἐξ ἕνες τολλᾶ τοιειδεῖ.*

*In eos, qui rem quampiā minutim secabant. Quadra-*  
*bit in eos, qui idem alijs atq; alijs modis uariant, ut non*  
*iam unum, sed plura uideantur. Narratur apud Ti-*  
*tum Liuium non illepidâ fabula de caupone quodā, qui*  
*suis unius carnes tam uario coctas apparatu propone-*  
*bat, ut dux Romanus admiratus, cogitaret, unde nam*  
*media bruma suppeteret tanta uenatus copia. Tum ar-*  
*ridens caupo, confessus est, eas omnes ciborum species,*  
*ex uno sue domestico confectas fuisse. Neq; secus isti fa-*  
*ciunt, inquit, qui commemorandi uarijs et horrendis*  
*noibus uos territant. Cum haec omnia una gens sit.*

*Cœlum*

## ARROGANTIA.

Tullius. Cœlum digito attingere.

Dicuntur, qui longe supra mortalium conditionem ac dijs proximū esse uidetur. Cognatū illi. In cœlo esse Hora. Quod si me lyricis uatibus inseris, Sublimi feria sydera uertice.

Suidas. Iouis sandalium. Τὸ διὸς σάνδαλον.

Id est, Iouis crepida. Per ironiam dicebatur in eū, qui magni quippiā uideri uellet, propter principis alii cuius familiaritatē. Veluti si quis insolens sit ac ferox, quod regius sit coquus, aut imperatoris satelles, aut pontificius tonsor.

Imperitus subligaculo indutus, omnibus id ostentat.

In eum, qui propter insolentiam, etiam ineptissimis rebus effertur.

Diogenia. Fastuosus Maximus. κόμης μάζιμος. In eū dicebatur, q̄ sibi plus satis arrogasset i sapientia.

Zenodo. Tanquā Argiuū clypeum abstulerit, ita gloriatur. ος τὴν ἄργειαν αἰδίον καθάπλωμα σεμνῶς ετοιει.

Id est, Superbit, tanquā Argiuū clypeū detraxit. In fastuosos, et magnificetius sese gerentes dicebatur. A iunct apud Argiuos sacrum quendam esse clypeum clavis affixum, ut facile detrahi non possit.

Zenodo. Homo bombylius. βούκεντας ἀνθρώπος.

Id est, Bombylius homō. Dicitur uerbosus, multiq̄ strepitus, ceterū inutilis. Bōbylius Græcis, apis genus à sonitu appellatum, ad mellifictum inutile.

Persius. De pulmone reuellere.

Pro eo, quod est, stulta et arrogantē opinione aīo exi mere. Persi'. Dū ueteres auias tibi de pulmone reuello Tumorem, animiq̄ fastum, in pulmone collocant.

Ipse dixit.

Ipse dixit. Autōς ἔφα.

Pythagorē.

Quoties tantam cuiuspiam autoritatem significamus,  
ut ea uel citra rationem, ad quiduis credendum sufficiat. Illud admonendum uidetur in hac parœmia, perinde ualere, quasi dicas, Dominus dixit, ut, Pythagoras ab Aegyptiorum uatibus uideatur didicisse figurā hanc, prophetis familiarem.

Auro loquēte, nihil pollet quæuis oratio  
Suadere siquidem nouit, et loquens nihil. Proverbiū indicat, munera ubique longe plurimum ualere.

Vulgaris iocuſ ait, timnulas orationes præcipuam habere uim ad persuadendum, pecuniam indicareſ.

Ne mihi Suffenus essem.

Nemīhi ipsi blandirer, ac stulte meipsum admirarer. Suffenus erat poëta longè ineptissimus, in aliorū uitia dicax, ad sua cœcus. Suffeni simillimū Meuiū facit Horatius, suis ignoscētē uitij, aliena mordacissime inseſtantem. Egomet mi ignosco Meuius, inquit.

Pennas nido maiores extendere. Horat. in  
Pro eo, quod est, Rem, fortunamq; quam mediocrem epist.  
aut tenuem à maioribus acceperis, auctiorem reddere.  
Quod quidē si uirtute fiat, summa laus est: tantum ab  
est, ut uito dandum existimem, ut quantum generi de-  
mus, uirtutibus addas.

Ne sutor vltra crepidam.

Plinius.

Id est, Ne quis de his iudicare conetur, que sint  
ab ipsius professione aliena. Quod quidem adagium  
natum est ab Apelle, nobilissimo pictore. De quo Plinius  
scribit in hunc modum. Idem perfecta opera pro-  
ponebat in pergula transiuntibus, atque post ipsam  
tabulam latens, uitia quæ notabant, auscultabat, uul-  
gum diligentiorem iudicem, quam se preferens.

E Feruntq;

## ARROGANTIA.

Feruntq; à fatore reprehensum, quod in crepidis una  
intus pauciores fecisset ansas. Eodem postero die su-  
perbè emendationem pristinę admonitionis cauillante  
circa crus, indignatum prospexit, Denuntiantem, ne  
supra crepidam futor iudicaret. Plin. De artificio non  
recte iudicare quenquā, nisi et ipsum artificē. Aristoteles.  
Earum rerum unumquę iudicem esse idonū,  
quarum sit cruditus. Idem Aristotele. Cæcum disputare  
de coloribus. Quintil. Fabius dixit felices futuras ar-  
tes, si soli artifices de ijs iudicarent.

Ouidius.

Cænei hasta.

Cæneus è puella uersus est in uirum, annuente Neptu-  
no, cui illud etiā donatum est, ne saucius ullis uulneri-  
bus fieri, ferrōue occumbere posset. Ferunt hunc cer-  
tasse cū A polline. præterea morē huic fuisse, ut qui ad  
se uenirent, iuberet per suam hastam iurare.

Gigantum arrogautia. γίγαντων ἀπόβολον  
Vbi quis uiribus suis fretus, temere, nulloq; cōsilio res  
non tentandas moliretur. Hora. in Odis. Vis consilij ex-  
pers mole ruit sua. Vim temperatam dij quoq; proues-  
hunt in maius. Homerus demonstrat in omni negotio  
nimio plus habere momenti rationē, consiliumq;, quam  
corporis uires.

Zenodot⁹

Magis sibi placēt, quā Peleus in machæra.

Μέρε φεονε μᾶλλον ἢ πλεύς ἐπὶ τῷ μαχαιρῃ  
In eum cōpetit, qui præter modū re quapiā in soles est,  
ac tumet. Aiunt autē hūc gladiū à Vulcano fabrefactū,  
à dijs dono datū fuisse Peleo uirtutis illius ac prudens-  
tie symbolum. Quo quidem ille utens et in prælijs et  
uenatibus, consequbatur quicquid optabat.

Aesopus.

Αὐτὸς δοθό, αὐτὸς τόδημα, id est,

Hic Rhodus, hic saltus.

vulgo

Vulgo iactatum de ijs, qui sese de negotijs iactarente in solentius, cuius fides nō extaret. Sumptum ex Apolo-  
go, qui fertur inter Aesopicos. Adolescenti cuidam iac-  
tanti sese, quod cum Rhodi esset, admirabiles fecisset  
saltus. &c. Conueniet igitur, ubi quis iubetur re p̄-  
stare, quod alibi se fecisse iactat.

Atticus in portum. Αἴτιος εἰς τημένα.  
In eos dicebatur, qui illic uirtutem ostentare solent,  
ubi tutum est, atque ubi nihil opus. Anautis Atticis  
sumptum, qui portum ingressuri, ostentandi sui gra-  
tia magnifice sese grecabant, in ipsa re non perinde  
strenui.

Calliphanes. Καλλίφανος.

Athene?

Calliphanes, ridicula quædam huius nominis ambitio,  
proverbiali ioco fecit locum. Aliunt enim huic fuisse  
poëtæ morem, ut diuersorū carminū et orationū ini-  
itia conscriberet ad tres aut quatuor uersus, eaq; pro-  
nunciaret, ostentaretq; quo commentum ignorantibus,  
multiscius et eruditus uideretur.

Bullatae nugæ.

Persius.

Ventosa atq; inania bullæ dicuntur. Persius. Bullatis ut  
mihi nugis pagina turgescat. Horatius, nugæ canoræ  
noscuit in arte poëtica:

Quām uersus imopus rerum, nugeq; canoræ.

Vino vendibili suspēsa hedera nihil opus.  
Id est, Vera uirtus non eget alienis præconijs. Aut res  
præclare per se placente, necq; desyderant exoticam co-  
mendationem. Plautus. Inuendibili merci oportet ul-  
tro emptorem adducere, proba merx facile empto-  
rem reperit.

Horatius:

Vbi largius aequo

Laudat, uenales qui uult extrudere merces

E.2. Selliſſe.

## ASPERITAS.

Suidas.

Sellissare. Σελλίσαμεν.

Prouerbiali ioco dicebatur glorioſi, fastuq; præturgio-  
di. Suidas admonet sumptū à moribus Selli cuiuspiam,  
q; cum re eſſet perquā tenui, tamen affectabat haberī  
diues. Torqueri potest in eos, q; ſe doctrinæ iactant ac  
uenditant opinione, cum à literis ſint alieni.

Plato.

Diuinum excipio sermonem.

Θεοὶ μὲν ἔχουσι λόγον.

Quoties, opinor glorioſius aliquid dictum eſſet, omis-  
nis gratia deos excipiebant, qui nihil non poſſunt, &  
quibus nemo praescribit. Home. Diui tamen omnia poſ-  
ſunt. Accommodari potest ad ſummos principes, ues-  
luti pontificem, aut cardinales, aut monachos.

## ASPERITAS. Morositas.

Inexorabilis.

In exoratu difficultē ac prefraſtū, ſuoq; relinquendum  
ingenio, uel in eum, cuius operam nihil moramur.

Horatius

Ferreus. Aheneus.

Ferrea atq; ahenea dicuntur, que ſolida firmaq; ſigni-  
ficamus. Verg. Non mihi ſi centum lingue ſint, oraq;  
centum, Ferrea uox. Hora. Hic murus aheneus eſto.  
Nam in artibus dura dicuntur, que parū ſunt artificio-  
ſa. Contra mollia, que ſumma arte perfecta.

Plutarch.

Versatilis Artemon.

Ο τῷ φύσει τῷ ἀρτέμορῳ.

Aiunt dici ſolitū de his, quorū gratia uehemēter decer-  
tatur. Nā Artemonē adolescentē fuiffe quempiā, certā  
tim addamatū à mulieribus, ob inſignem formam, quem  
ſuſpicor ob id dictum προφέτοι, uel quod circunfer-  
retur in ore omnium uersans.

Perſius.

Cornea fibra.

Perſius.

Persius. Neq; enim nūhi cornea fibra. Nam cornea &  
duriſima ſunt, & ſenſu carent. Vnde qui carent huma-  
ni affectibus, robur, adamantē, ſilicem, ferrum, cor-  
nu in pectore geſtare dicuntur.

Scythaſum oratio. Σκυθῶν ἔπη σιγ.

Lucianus.

Greci quicquid agreste, quicquid barbarum, ac ſæuum  
intelligi uellent, id Scythicū appellarent. Quidā inde  
natūm existimant, quod Scytha Dario regi nihil aliud  
reſponderint, quam κλαίειν, id eſt, ut ploraret. Que  
quidem etiam ipsa uox in prouerbiū abijt, ut plorare  
ubeamus, quos contemnimus.

Pandeletias ſentētias. πανδελετίας γνώμος.  
Id eſt, Pandeletiā ſententiam, appellat in deterioribus  
Cratinus, ut citant, morofam ac moleſta. A Pandeleto  
quopiam fycophanta, ex eorum genere, qui quo queſtū  
faciant, dicas impingunt grandes, ut ait Phormio Te-  
rentianus, & ſimiſi studio ferunt ſuffragia.

Thymbra viſtitans. Θυμβροφάγος.

i. Thymbra uititātes adagio dicebātur, uel qui tutius  
ac liberius uitā agerent, uel qui morib⁹ effeſt parum  
blandis, uel qui hilariter citraq; ſollicitudinē paruo co-  
tenti uiuerent, quod thymbra herbe genus fit.

Scabroſior Leberide. Κεντρόνος λεβητίος ſuidas.

Id eſt, Asperior leberide. De uehementer asperis &  
insuauibus. Nam leberis Gracis dicitur exuuium illud  
uel ſerpentū, uel pifcium exuentū ſeneclam. Id autem  
asperriū eſſe conſtat, nimirum ob ſumma ſiccitatēm.

Totus Echiuus asper. Απός εχίους τραχύς Aristop.  
In morofos & in iucūdis morib⁹ quadrat. Echmus pi-  
ſcis, & utē Erinacius undiq; spinis obſeptus, ut nusquam  
impune poſſis attingere. Eſt et hoīm hmōi genus; cum  
quibus nulla ratione poſſis agere citra litem.

E.3. Duras

## A S P E R I T A S.

Durus alloquij.

*Id est, Immobilis alloquio. Ductum à cera quæ tractando mollescit. Competet igitur in hominem inexorabilem.*

Plinius.

Echino asperior.

*In hominem intractabilem, & insuauibus moribus dictum. Metaphora sumpta ab animante, cuius duplex est genus, terrestre, spinis obsitum, & maritimū, pinata undique testudine ac spinis obductum, quibus se pedum uice uoluit, authore Plinio.*

Strabo.

Corinthus & collibus surgit, & vallibus deprivitur.

*Id adagiū, ubi nam posuit esse usui, non satis video, nisi si quis detorqueat ad hoīem intractabilem aspero inge-  
nio. Strabo scribit, Corinthios opibus, & artibus egre-  
gijs præcelluisse, cæterū regionem illorū non admodū  
fuisse feracē, & inæqualis esset, & aspera, ac petrica.*

Etiam quercus bacchatur.

Kai δενς μοιρας εγνέτο.

*Id est, Etiam quercus Mænas facta est. De ijs, qui uix deliriūtur ab Orphei fabula, quercus sua cithara de mul-  
cente. Mænades sunt mulieres afflatæ Baccho.*

Agamēnonis hostia. Αγαμένονος θυσία.  
*Id est, Agamemnonis uictima. Quondam in duros ac persuasu difficiles dicebatur. Inde natum, q. Agamemnone rem diuinā in Troia facturo, bos effugerit, uixq. toto negotio comprehensus, reductus est.*

Matiolæchus. Μαχλολοχός.

*Vulgato conutio dicebatur liguritor, & in minimis etiam rebus exquisitus. Proinde quadrat in eos, q. per fraudem minimis è rebus sectantur compendium. Merula ait matiolæchus esse cibi genus.*

Ne moue

Ne moue festucam. μὴ κάρφον κίνα.  
vbi quis omnis strepitus impatiens est. Quosdam ui-  
deas usque adeo morosos, ut quicquid agas offendatur,  
etiam si stipulam duntaxat moucas.

A lasso rixa queritur.

Seneca.

Apparet dictum in quosdam morosiores, et ad rixan-  
dum procliuiores, non quod offendatur, sed quod alio-  
qui animo male affecti sunt, ut sunt difficiles ac submo-  
rosi, quibus fortuna aduersa est.

Difficilis vir.

Home. Forsan et innocuum culpet uir saeuus et acer.  
Hunc Homeri uersiculum olim in Demosthenē uulgo  
iactatum fuisse, multorum autorum testimonijs constat. pro  
pterea q̄ accepta pecunia non unquam et malos defende-  
ret, et oppugnaret bonos. Eundem ad Verronē torsit  
M. Tullius lib. epist. ad Atticum. xiiij.

In durum & implacabilem.  
In hoīem impēdio rigidū et implacabiliē torqbiture et c.

κερασβόλῳ.

Plutarch.

Plutarchus docet hoīes prefraſtos et asperis moribus  
& intractabiles κερασβόλους uocari solitos et c.

## ASSIDVITAS.

Minutula pluuiia imbre parit.

Φειδές ὀμέρον γεννῶσι.

i. Minutæ guttule imbrē pariētes. Quoties res initio  
pusilla, crescit in maius. Quare in minutis uigilandū,  
ne paulatim incidamus in maxima incōmoda. Admo-  
nente Plauto. Maiora perdes, parua n̄ seruaueris.

Assidua stilla saxum excauat.

Πάντες οὐδὲ λεχθόσαι κοιλαύνει πέτραν.

Id est, stillicidiū perpetuū saxum excauat. Admonet

E. 4. nihil

## ASSIDVITAS.

nihil esse tam durum, quod non emolliat: nihil tam arduum, quod non efficiat assiduitas. Plinius tradit inueniri silices, fornicarum pedibus attritas, idque grauiissimum exemplum esse putat, quantum uim habeat assiduitas. Menander. Vixit enim assiduitate fiunt qualibet negotia.

**Zenodotus** Bis septem plagis Polypus contusus.

Δις ἐπὶ τὰ πληγαῖς πτλύποις πιλούμενοι  
Id est, Plagis adactus Polypus quatuordecim. Dicuntur so-  
litū, ubi quis multo tandem malo fit emendacion. Quædam  
modum accedit indomititis adolescentibus, qui plurimo-  
rum experientia malorum tandem cicurantur. Conuenient  
in eos, qui duriore ingenio prædicti, non nisi grandibus  
supplicijs corriguntur. A iuncto Polypū pescem captū diu,  
multumq; tundi, cadiq; solere quo mutior fiat, et ad  
esum accommodacion. Autor Zenodotus.

Dicendo dicere discunt.

Ἐκ τῷ λέγειν δὲ λέγειν προσέχετε.

Id est, Dicendo consequimur, ut dicamus. Nempe ad  
cuiusvis rei peritiam, quam potissimum usus suppeditat,  
optimus omni rerū magister. Prominde proverbiales oēs  
erunt id genus, Fabricando fabricam disces, Canendo  
musicam, scribendo disces scribere.

**Plautus.** Latum vnguē, ac similes hyperbole pro  
uerbiales.

Transuersum digitum aut unguem discedere, frequen-  
ter est apud Ciceronem, pro eo quod est, q; minimo spa-  
cio. Fit autem festiuor metaphorā, quoties his uerbis,  
perfectā imitationē ac plenū undequaque consensum si-  
gnificamus, ut Ab hac regula nūhi nō licet transuersum  
ut aiunt, unguem discedere. Plaut. si tu hercle ex ista  
hoc loco digitū transuersum, aut unguem latū excisse  
ris. Cice. Digitum non discedebant. Idem in epistola.  
Pedicem

Pedem adhuc è villa egressi nō sumus, ita magnos et  
afsiduos umbras habebamus. Hiero. Et apostolice uo-  
luntatis sequētes uestigia, ne puncto quidē (ut dicitur)  
atq; ungue transuerso, ab illius sententijs recedamus.  
Metaphora partim sumpta uidetur ab ijs, qui tabulā,  
aut saxū, aut simile quippiam digitis latis metiuntur,  
quoties exquisitæ rei modus spectatur. Nam reliqua  
cubitum metiri solemus, minima mensurarum latus digi-  
tus est. Partim à iugerum mensoribus, qui stadijs, pas-  
sibus, et ut minima mensura pedibus, soli spatiū meti-  
untur. Vulgo etiam nunc dicunt, culmum latum, simili  
figura pro eo, quod est, ne tantillum quidem.

Velut umbra sequi.

Plautus.

Velut umbra sequi dicitur, qui nusquam deest. Plau.  
Decretū est mihi quasi umbra quoquo ibis, tute per-  
sequi. Vnde asseclas individuas, umbras vocamus.

Ne altero quidem pede.

Lucianus

Μὴ τὸ μέτρον πόδα.

Id est, Ne alterum quidem pedem discedere. Lu-  
cia. Qui ex Aethiopia nunquā uel alterū promouerit  
pedem. Annumerandum illis, Latum unguem. &c.

Saxum volutum non obducitur musco.

Λίθος καὶ οὐδὲ μεταλλεύματα οὐ φύκουσι πρό-

Id est. Musco lapis uolutus haud obducitur. Qui nō  
potest eodem loco consistere, raro fit, ut ditescat. Id  
totidē penè uerbis hodie dicunt. Simile illud Fab. Pla-  
ta quæ sapientia transfertur, non coalescit.

Multis ictibus deincitur quercus.

Diogenia  
nus.

Πολλοῖς πληγαῖς δέψεις αὐτάπει.

Id est, Multis rigida quercus domatur ictibus. De  
re factu quidē ardua, que tamen a fida industria per-  
vincuntur. Quemadmodum unicus ictus, nihil adferre

E.S. momenti

## ATTENTIO.

momenti uidetur, ad deiciendam molem querenti roboris, uerum ea crebris iictibus facile prosternitur.

**Periäder** Exercitatio pōt ola, μελέτη τῶν τοιωτῶν.

Id est, Cura omnia potest. significat autē nihil esse tam arduū, quod diligētia, curaq; nō efficiatur. Verg. in Geor. Labor omnia uincit improbus, et duris urgens in rebus ægestas. Proverbialis sentētia apud Graecos. Dij bona laboribus uendūt. Hora. Prerupit Achæronta Herculeus labor. Sophocl. Citra laborem nil bene est. Sene. li. de ira. Atq; nihil est, inquit, tā difficile, et arduum, quod non humana mens uincat, et in familiaritatē perducat, assidua meditatio. Nulliq; sunt tam feri, suiq; iuris affectus, ut non disciplina perdo-mentur. Quodcūq; imperauit animus obtinuit. ex c.

**Philostratus.** Ne genu quidem flexo. οὐδὲ γόνατά τε.

Dictum est autem, eo quod est, ne tantillum quidē. Etenim si iā incipit ad quietem componere se, pri- mū genu flectit. Itaq; perinde ualat, quasi dicas, citra respirationem, sive omni intermissione.

## ATTENTIO, & contra.

**Plantus.** Purgatis auribus.

Pro attentis auribus et vacuis. Plau. Purgatis amo- bo damus tibi operam auribus. Horatius in Epistolis. Est mihi purgatam crebro qui personet aurē. Persi. Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto. Nam sordes in auribus collectæ auditum hebetant, exemptæ redi- dunt acriorem.

**Teretius.** Νοῦν τὸν ἔρων. Id est. Mens peregrina.

Mentem peregrinam habere dicuntur cogitabun- di, nec satis ob id attenti, ad ea que coram aguntur.

Præsens abeat.

Præsens

**Praesens peregrinatur.** In eum dicendum, qui non  
nimaduertit ea quae dicuntur, cogitatione alijs in re-  
bus occupata. Vnde quos iubemus attentos esse, ijs sic  
loqui solemus. Hic estote, ex hoc agite, ex adeste ani-  
mis. Hodie uulgo dicunt. Non est domi, sed foris. Te-  
renius in Eunu. Cum isto milite praesens, absens ut sies  
.i. corpore quidem praesens, ceterum animo semota.  
Contra qui amant absentes praesentes sunt. Vergilius.  
Absens absentem, auditq; uidetq;.

**Auribus arectis.**

Vergilius

Quadrat in illos, qui sitienter ex audie auscultant,  
que dicuntur, aut expectat quid dicendum sit. Metar-  
phora sumpta ab animantibus, quoru plerisq; mos est,  
si quando quid eminus audierint, aures surrigere. Pli-  
nius. Tradit hoc esse peculiare ceruis, ut cum aures sub-  
rexerint, nihil sit illis auritius, rursum ubi dimiserint  
nihil surdius. Teren. Arrige aures.

**Erecti.**

Accommodū erit, ubi significabimus aliquem toto  
pectore attentum ad rem quampiam.

**Ausculta & perpende.**

Quoties significabimus nos aliquid dicturos quod  
ad rem pertineat, quodq; ratu ac certum futurum sit.

**Consulendum & consilijs parendum.**

Cum admonebimus quempiam, ut uicissim ex rectu  
consiliu alijs det, ex ab alijs accipiat, aut ut ex secum  
rem diligenter perpendat, ex alienam sententiam au-  
ribus attentis audiat.

**Cera auribus obdis.** Κηρόμ τοῦ, ὡςὶ μὲν αλφοῖς  
Id est, Ceram auribus oblinis. Qui recusant audire  
uel aqua, uel inqua. Natum ab Ulyssis cera, qua suas  
ex solitorum aures obturat.

AVDA

# AUDACIA.

Tullius. Fortes fortuna adiuuat.

Propterea quod id genus hominibus fortuna quasi  
faucat, infensa ijs, qui nihil audent experiri, sed ueluti  
cochlea perpetuo latente intra testas.

Animus praesens.

Animi praesentia utilis ubiq; propterea quod timidi-  
tas, uel à conscientia uel ab animi paruitate uideatur  
proficiisci. Home. Omnibus in rebus potior uir fortis  
et audax. Sit licet hospes, et è lōginqvis uenerit oris.

Homerus. Animus Heptaboeus.

Θυμὸς ἐπτρεβός.

De magno fortio; et invicto dictum. Epithetum  
sumptū à clypeo Aiacis, quem Homerus Græcè Hep-  
tabœon appellat, quod septem boū tergoribus esset  
obductus, atq; ob id est impenetrabilis. Ouidius. Domi-  
nus clypei septemplicis Ajax.

Aqua præterfluit. ρῶψ πορρῆδ.

Id est. Perfluit aqua. Zenodot. et Suidas admonent  
dici solitum de eo, qui nihil negotijs recusaret, et quid  
libet quod mandatum esset, effecturu sese polliceretur,  
quippe usq; adeo promptus, ad quiduis suscipiendū, ut  
nec nauim per fluentem ingredi grauaretur.

Aristophanes. Αρέτη. Id est. Martis pullus.

Martis pullum uocant, ad bella magnopere pro-  
pensum. Aristophanes sentit de gallo, qui quod om-  
nium uiri sit pugnacissimus, bellacissimusq; unde et  
crista et calcaribus armatus est, Marti sacer est. Vel  
quod is olim fuerit adolescens Marti in delitijs habi-  
tus, qui consuerit in delitijs obseruare Marte cū ve-  
nere cubante, ne quis Deorum interueniret. Deinde cū  
illo dormiente, sol aduenisset, Mars qui turpiter esset  
deprehensus, iratus, Gallum adolescentē in aue com-  
mutauit

mutauit. Manentibus etiam dum pristinæ naturæ uerstigijs. Lucianus.

**Alter Hercules.** Οὐτος ἄλλος ἡρόεις. Aristote.  
Id est, hic alter Hercules. De uiro præstrēnuo, ac laborum tolerantiissimo. Laertius in uitis Philosophorū ostendit, & Cleantem philosophū alterum Herculem uulgo dictū fuisse, quod esset omniū laborū patientissimus, adeo ut noctu haurienda ē puto aqua, uictū diurnū pararet, & nihilo tamen segnior, egregiā operā interdiu nauaret philosophiæ. Nomen hoc Herculis uideatur uulgari sermone, ad omnes uiros egregie fortis transforri solere, non aliter, quam Catonis ad graues & sapientes. Sic & Achilles appellabantur, insigne fortitudine duces.

**Non abiicit animum.**

De eo, qui ne in afflictissimis quidem rebus spē aut consilium abiicit.

**Ne quid moueare verborum strepitū.**

Qui monebit aliquem, ne sœuis uerbis, ac minis deterratur, quo minus experiatur. Verg. Quin rigido ferro, magis obuius ito, nec unquam, Te sœuis dictis deterreat ille, minisq.

**In discrimine appetet qui vir.**

De re periculosa difficultas, & eiusmodi quæ uirū cordatum ac strēnum requirat. Diome. Illic qui uir ineris, qui strēnus ipsa docet res.

**Non cedendum malis.**

Si quando admonebis, non oportere cedere uel aduersarijs, uel insultibus aduersæ fortunæ, aut non esse certandū cum fugitiis, non inscite detorseris illud.

Ne feriat iaculum ceruicem, aut terga, sed ipsum

Aut uentrem, aut pectus feriat aduersa sagitta.

Qui cum

## AUXILIUM INFIRMVM.

Qui cum contempiuvitæ inuadunt.

In eos qui gladiatorio (sicut ait Terentius) animo quempiam impetunt, ut aut perdant aut percant.

Improbitas muscæ.

In improbam, ex subinde redeuntem etiam si tursa piter repellatur. Ex Iliados. Atque illi muscæ uim inter præcordia misit. Quæ quamuis de pelle uiri sit sepe repulsa. Assultat morsura tamen.

## AUXILIUM INFIRMVM.

Per fluuum traducere.

Διαεθέργη τῷ μετοχεύομενῳ.

Id est, Transmittere per flumen. Dicebatur qui difficultatem explicabant rei, quā ineruditiores aut invalidiores explicare non poterant. Plato. Ego uos quæ admodū modo feci, susceptos, ultra fluuiū transferā.

Athene<sup>a</sup>. Sacer manipulus.

ἱερὸς λόχος.

Id est, Sacer manipulus olim dicebatur quemadmodum dicimus sacram ancoram iaciendam, aut rem ad triarios redisse. Vsus erit, si quis dicat rē Christianā hodie à monachis uelut à sacro manipulo pēdere.

Hesychi. Coriaceum auxilium.

Σκυτίνη ἐπικήρυξις.

Id est, Coriaceum siue pelliceum auxiliū apud Atticos infirmum ex imbecille dicebatur.

Aristophanes. Ficulnum auxilium.

Σικίνη ἐπικήρυξις.

Id est. Ficulnum auxilium, pro invalido atq; mutili. Aristophana nobis qui erat opitulatio.

Beneficium

# BENEFICIVM COR- RVPTVM.

Perdidisti vinum infusa aqua.

Απώλεσας τὸν οἶνον επιχέας ὑδωρ.



Erba sunt Polyphemū. sic enim increpat Ulyssēm uimum aqua temperantē.  
Antiquitus merum bibebant, non sine noxa, donec Staphilius Sirreni filius ostēdisset, uimum aqua diluere.

Capra Scyria. Αἴγαρκησια.

Conuenit in eos, qui beneficium maleficio corrumpunt, aut qui uirtutes, adūctis uitijs contaminant, atque obscurant, quiue recte instituta, nō recte finiunt. Veluti Capra Scyria, mulctrum quod lacte impleuerat, ipsa rursus euertit, atq; hoc modo beneficiū, quod dederat, eadem perdidit. Alij putane dici in eos, unde plurimum emolumenti capitur, propterea quod eius regionis capræ, maximā lactis uim reddere dicantur. Seneca.

Panis lapidosus.

Seneca libro de benefic. 2. Panis lapidosus, sic enim Fabius uerrucosus, appellabat beneficium. Ab homine duro asperè datum, quem esurienti necessarium sit accipere, durum & acerbū esse, ita quidam cunctatione, toruitate uultus, asperitate orationis, ostentatio ne molesta corrum pat beneficiū, ut nemo sit acceptus, qui posset eo carere.

BIBACIT AS.

Athenē.

Nec elephantus ebiberet.

Οὐδὲ μέλέφεις επιποιοι.

Id est, Ne elephantus quidem ebiberet. De poculo prægrandi, quū elephatus proboscide immensam aquarum uim quam libet, hauriat.

Cothonis

## BONAE FORTVNAE.

Athenaeus Cothonissare. Κωθωνίζειρ σιue κωθωνίζειλ. Dicebantur, qui largius biberent, ex potationem largiorem κωθωνισμόρ appellabant. Cothon autē pōculi genus est.

atheneus Calicum remiges. Κυλίκωρ ἐρέται.

Id est, Calicum remiges dicti sunt, qui assidue per potarent, uimum pro remo ducentes.

atheneus Kuoxθιζειρ.

Dicebantur, qui poculis indulgebant, quasi dicas cyathissare. Mihi uidetur potius in eos cōuenire, qui parce bibūt, nec sextarios hauriūt, sed cyathis subinde repetitis, tamen inebriantur.

atheneus Argenteus puteus. φρέας αρψυροῦ,

Id est, Argenteus puteus Atheneus lib. 11. indicat olim ingens poculū dici solitum puteum argenteum, nam cyathi pusilli erant.

## • BONAE FORTVNAE, Copiae, Felicitatis, aut Ominis.

ov οὐσαχυρο. A sinus in paleas.

Subaudiendum incidit. Dici solitum, ubi cupiā fortuna luitior preter spem obtigerit, aut nactus forte fuerit aliquis, quo uel precipue gaudeat, ueluti si quē ostreorū audiū uideas affatim uescenē illis, nō importunè dixeris. A sinus in paleas. Iucundius fiet si longius transferas, puta, si quis cupienter legat poētam, quo peculiariter delectetur. Cōueniet ex in hūc usum ubi quis inficitia rē contaminat, ueluti, si barbarus ex illiteratus, bonū authorē malis cōmentarijs inquinat.

In voti compotem.

Vbi quis affectus est, quod affectabat, captabit, ueluti si quis sacerdotij spe munus principi mitteret, eōq; sae

eoq; sacerdotio, fauore principis potiretur. Quadribit ex illud Homeri. Attigit, e;q; manu non irrita mis sa sagitta est.

Nunc illa aduenit Datidis cantilena. *Suidas.*

*Nῦ τὸτὲ ἔκεινον καὶ τὸ δάκτιον μέλον.*

Id est, Nunc id quod aiunt, Datidis adest cantio. Diccebatur ubi quid lætū ac festiuū accidisset. Datis quispiam erat Persarum Satrapes excellens in rei bellicæ gloria. Is græcè hōqui conatus consuevit dicere. Delector, gaudeo, lætor. Ea cū sepius ac malè græcè proununtiaret, res in uulgi iocum abiit.

procridis telum. *Πρόκριδον & κόντιχ.* *Ouidius.*

Id est, Procridis iacula. De ijs qui ueluti certis telis, quicquid animo destinat, sequuntur, sumptū. Notissima fabula uel Ouidio narratore. De Cephalo, qui certo iaculo emiso Procridem uxorē interemit, ratus fera esse. Huic diuersum est illud Horatianum. Non semper feriet, quodcunq; minabitur arcus, id est, non semper series, quod cupis.

Albæ gallinæ filius.

*Iuuinalis*

Feliciter natum, albæ gallinæ filium dicimus, Iuuue. Qui tu gallinæ filius albæ. Vel quod leta atq; auspica ta Latini alba uocant. Huic diuersum illud apud Iuuenia. Nati infelicibus ouis.

Aut piscem olet, aut florem.

*Ambroſi.*

Aut piscem olet, aut timallū. Dictum in eū qui bene oleret, quod timallus piscis sit odore gratissimus, et eque fragrans eiusdem nominis flos.

Virgula diuiua.

*Cicerο.*

Quoties quidquid optamus, id citra humanā operā quasi diuinitus nobis significamus contingere. Propterea quod antiquitas, quemadmodū in annulis, ita ex in

## BONAE FORTVNAE.

uirgis ferēdis existimauit aliquā fatalē, ac ceu magicā  
incēsse uirtutē. Cice.li.offi.1. Quod si nobis oīa quæ ad  
uictū, cultūq; pertinēt, uirgula(ut aiūt) diuina suppos-  
titarentur. Etia in literis Hebraeorū Moyses in æden-  
dis prodigijs uirga utitur. Fortassis huc pertinet:  
quod regibus etiā uirga tribuebatur, quam sceptrum  
uocat. Eodē respicit quod alibi referimus. Laureum  
porto baculum.

**Lucianus.** Γύγης ἀνοίξτις οὐρανοῖς. i. Gygis anulus.

Quadrat uel in hoīis inconstatib⁹ moribus, uel in  
fortunatos, quæcluti uirgula diuina, quicqd optant, id  
suo arbitrio consequūtur. Huius adagij mentionē facit  
Lucia. in Votis, ubi quispiā optat sibi q̄ plures anulos  
eiusmodi quales habebat Gyges, aliū, quo ditesceret,  
aliū, quo gratus & amabilis redderetur, aliū, per quē  
liceret uolare, quocunq; lubitū esset. Nā priscorū sup-  
sticio plurimū tribuit anulorum efficacie. Plin.lib.de  
rep.2. Gyges quidā Lydi pater, pastor quispiam erat  
mercenarius, eius regis, qui per id tēporis imperabat  
Lydorū populo. Cū aut̄ esset aliquā scuißima tēpestis  
coorta, imbrium maxima uis accidit, fulgura deniq;  
terræ etiā quassatio, ita ut in ea regione, in qua tū Gy-  
ges forte pascet armēta, terra ingēti hiatu se se didi-  
ceret. Quod cū ille animaduertisset solus, nā ceteri  
pastores territi diffugerāt, in hiatu de scēdit, atq; ibi,  
tū alia quædā dictu mira cōspexit, tū equū quædā mē-  
tem aeneū, ac cauū. In erat feneſtra in equi latere per  
eā uidit in eius alio cadaver hoīis maius humana ſpe-  
cie. Huic nihil aderat uestium, aut gestaminū, præ-  
ter anulū aureū digito impositū. Eum ubi sustulisset,  
egressus ē ſpecu paucis post diebus, ad pastorū cœtū  
redijt, in quo legatus de peculiōrū rationib⁹ adre-  
gem in menses ſingulos referendis, creādus erat. Hic  
cū apud

cum apud alios assedisset, animaduertit, ut si quando forte gemmam anulo inclusam introrsum uerteret, repente fieret, ut à nemine conspiceretur, ac perinde quasi non adesset, ita de eo reliqui fabularētur. Quod quidem factum admiratus rursum anulipalam extrorsum conuertit, rursumq; pastoribus conspicuus esse coepit. Eius rei cum ille & diligentius, & saepius fecisset periculū, iamq; sat exploratū haberet hanc inesse uim anulo, ut uersa ad se gemma inconspicuus esset, uersa ad alios conspicuus, effecit, ut pastorū nomine legatus ad regē mitteretur. Profectus ex uxore regiā stupravit, & de rege trucidando, cum ea consilium iniyt. Deniq; confecto illo, ipse, regina in matroniū ducta, è pastore repente factus est rex. Id anūlī fatalis beneficio.

Orci galea. αἰδη Καύν.

Zenodot<sup>9</sup>  
Dictitari solitum in eos, qui semet arte quapiam occultarent. Plutoni erat galea, quam qui gestaret, is quoscunq; uoluisset uidebat, ipse nemini conspicuus. Plato lib. de Repub. 10. Dicens semper honesta propter se sequi oportere, etiam si quis Gygis anulum, uel Plutonis habeat galeam.

Secundo æstu.

Kατὰ γοῦν προχώφεμ.

Id est, secundo æstu procedere. Sumpta metaphora a nautis, quibus facilior cursus, cum flumen aut etiā maris æstus secundus est.

Bonis auibus. Malis auibus.

Cum rem feliciter, aut secus cedere significamus. Ab augurū obseruatiōe sumptū. Hora. in Odis. Mala soluta nauis exit alite, Ferens olentem Meuium. Et rursum. Mala ducis aui domum. Ad hanc formam

Lucianus  
in 10.

F.2. referens

Horatius

## BONAE FORTVNAE.

referenda sunt, et illa. Fausto omine, bene ominata, bonis auspicijs, inauspicato, felicibus augurijs, atq; id genus alia, quæ ab augurum arte sumpta, in communem sermonem abierunt.

Homerus      Omnia ex sententia cedunt,

In magnopere fortunatos, quibus et recte et secus instituta feliciter cedunt. Home. Spicula cuncta horum feriunt, seu torserit illa. Ignauus, seu uir fortis, quia Iupiter ipse Dirigit.

Horatius      Secundis ventis.

Secundis uentis nauigare dicitur, cui res ex sententia succedunt. Non agimur tumidis uelis aquilonem secundo. Non tamen aduersis etatem ducimus austris.

Δατύλιον οὐκέτε. Id est. Datyli dies.

Vbi res feliciter successerunt. A Datylo quodam, qui apud Athenienses summos est honores consecutus.

Cicero.      Dñs hominibusq; plaudentibus.

Pro eo quod est feliciter atq; auspicato. Apud Poetas penè solemne. Deum atq; hominum fidem. Dñs atque hominibus inuisus.

Semper feliciter cadunt Iouis taxilli.

Ἄεὶ γέ τε πίστως μηδέποτε κύροι.

Id est, semper cadunt feliciter tali Iouis. Dici solitus in eos, quibus res oes, perpetuo quodam fortune favore ex aī sententia cederent. Apparet translatum à talorum iactu, ubi fortassis antiquitus obseruatū est. Iouis talos feliciores esse. Nam mos erat iactibus alearū, omnis causa, Deorū aut hoīm noīa p̄fari. Vnde et Veneris id estus inter felices numeratur. Sunt q; putat quadrare in eos, q; factis suis dignas poenas dependerint, quasi Ioue non sinente culpā multā. Mihi uidetur non absurde dici posse, et in uiros fortunatos, ac præpotētes, quorū etiam p̄d

etiam parum rectis factis, applauditur, ut Quam facile semper res cadunt potentiū. Euri. Sunt cuncta diis proclivia Tum illud. Homero frequens: Cœlestes omnia possunt.

Sapiens sua bona secum fert.

Οσοφός ἐμ αὐτῷ ποιέει τὴν οὐσίαν.  
Id est, sapiens opes sibi secum habet semper suas. A Biatis nifallor Apophthegmate natum, quod rogatus, cur nihil exportaret rerum suarum ex incendio patriæ. Ego uero, inquit, oia mea bona mecum porto. Significans ea quae uerè nostra sunt, intra nos esse, uelut eruditioem ac uirtutem, ut rursum, quae uerè mala sunt nostra, non licet effugere, quantumlibet commutetur locus.

Contingit & malis venatio.

Suidas.

Δέδοται μὴ κακοῖσι πρᾶγμα.

Id est, Contingit et ignavis est uenatu preda, ubi quid feliciter obtigit immerenti, quodque fortunæ magis, quam illius industria sit acceptum ferendum.

Iecit Achilles duas tesseras, & quatuor.

Suidas.

Βέβληκ ἀχιλλεύς δύο κυβων καὶ τέσσαρα.

Id est, Duas Achilles, quatuorque tesseras, iecit. Hunc uersum Suidas ex Euripede citat. Quid aut sibi uelit adagiū, nullus explicat. Nisi quod coiectare licet dictum fuisse, de ipsis, qui in omni re uincerent, propter ea, quod is tesserarum iactius felix esset.

Tranquillo quilibet gubernator est.

Sene. in epis. Alioqui gubernatoris arte adeo non immepdit tempestas, ut ostendat. Tranquillo enim, ut aiunt, qui libet gubernator est. Agit autem illic fortunam aduersam, ac rerum difficultatem, non solum non obesse sapienti, uerum etiam uirtutem in his maxime proferre scire, quod rebus secundis ac pacatis latebat. Non magnus est administrare rem publicam, cum omnia pace constant.

F.3.

Effugi

## BONAE FORTVNAE.

Zenodot. **Effugi malum, inueni bonum.**

Ἐφυγορικόμ, εὑρομένομ.

Id est, Euasi mala, sum nactus meliora. Dici solitu-  
si quando fortuna laetior cuipiam contigisset. Natum  
aiunt à ceremonijs nuptialibus. Nā Athenis mos erat  
ut in nuptijs puer quifpiā induceretur, undiq; spineis  
frendibus, & quernis glandibus opertus, coronatusq;  
cunas gestans panibus impletas. Dicebat aut̄ hec Gr̄  
cē. Euasi mala, sum nactus meliora.

Plautus. **Inueni, non quod pueri in faba.**

Strophilus seruus in Aul. Plauti. aulā auri plenam,  
à sene defossam, furto sustulerat, eāq; rē gestiens mo-  
dicare hero. Reperi, inquit. Et rogatus quid reperi-  
set, nō quod pueri clamitāt, inq̄t, in faba se reperiisse,  
Proverbiali nimirū figura, magnū quiddam reperiisse  
se significās. Est enī midas uermiculus quidā, q̄ far-  
bis innascitur, hūc si qñ nacti sint pueri, gestium atq̄  
exclamat, pernide quasi magnum quiddam inuenient.

Sardi venales. Σαρδίωνιών.

De negotio infinita prolixitatis, atq; inexplicabili.  
Idq; hinc esse ortū tradūt quod Tiberius Sc̄pronius  
Gracchus, cū altero consulatu Sardinia domuissest, tan-  
tum ex ea captiuorū adduxit, ut longa uenditione, res  
in pronerbiū abierit.

Locupletum redditus.

In locupletes, quibus aliis ex alio succedit redditus.

Bonorū mare. ἀγαθῶμ, δάλανσα.

Dicitur & diuersam in partē. Itē de magnis & uebe-  
mēter cumulatis cōmoditatib⁹. Velqd ipsum mare mi-  
nistret innumerabiles opes rerū, puta pisciū gēmarūq;

Zenodot. Thassus bonorum. Θάσος ἀγαθῶμ.

Natū adagiū à loci fertilitate. Nā Thassus insula est  
iuxta

iuxta Thraciā, ut Zenod. refert. Callistratus orator, demigrans Athenis, persuadere conatus est. Athenen sibus, ut regionē quae ex aduerso erat incolerent, multa splendida de eius feracitate iactitans, et quod auri uenas haberet, et q̄ glebā optimā. Deniq; in summa, inq̄t. Thassus bonorū est. Hinc in vulgi sermonē abijs se. Thassus bonorū, de ijs qui splendida pollicetur.

• Bonorum aceruus. • Αγαθῶρσωρος. Cicero.

De opibus ingentibus, unde et frequenter extratas dapes, extractas opes, et cumulatas opes pro copiosis legimus, tanquam aceruatim congestas, neq; pōdere, neq; numero, sed ipso cumulo infusas. Hac atq; id genus alia, tū fium uenustiora, si paulo longius a simplici sensu detorqueantur. Veluti si quis dicat in alijs oratoribus, alias atq; alias eminere dicēdi uirtutes. In M. Tullio uno, Oim bonorū aceruū esse. Resipiunt buius adagij naturā, illa Cicerōi familiaria, cumulare officijs, cumulatiſſime satisfacere, cumulus meritorū.

Horna messis.

Plautus.

Plau. in Mustel. Hornā messem proverbiali figura dixit, pro maximo emolumento, quasi dicas, tantū lucri, quantum eo anno sit prouenturum in agris.

Bonorum Myrmecia.

Αγαθῶρ μυρμηκία.

De immensis opibus. Num Myrmecia grece significat cauerna, aut agmen formicarum. Antiquitus formicarum coetus opulentia portendit. Quemadmodū testatur Cicero libro de Diuinatione. 1. Midæ inquiēs, illi Phrygio cum puer esset, dormienti formicæ in os, tritici grana congesserunt. Ditiſſimum fore prædictū est. Quod euénit. Huic affinia sunt, Examen uirtutū, Examen cruditionis. Plausta bonorum. &c.

F.4.

Dathus

## BONAE FORTVNAE.

Suidas.

Dathus bonorum. Δάθος ἀγαθῶν.

In eandē sententiā dici cōsueuit. Est autē Dathus Thessalonici Colonia, iuxta Strymonē, cū alioquin opulēta ac florens, tū qđ habet etiā auri uenas, ut hinc in prout biū abierit. Dathus bonorū, de cōferta rerū opulētia.

Suidas.

Gargara bonorum.

Innumerabile hominū, rerū ue uit, Prisci gargara dicebant, facta nī fallor uoce, à strepitu, quē facit hominū congregatorū multitudo, aut rerū effusarū copia. Vnde εγγονίω uerbum quod significat per strepo præ multitudine.

Bona terræ. τὰ τῆς γῆς ἀγαθά.

De bonis immensis, et omnigenis, quasi dicas, quicquid terra proligavit, omnium rerum parens.

Homerus

Ingens rerum multitudo.

Cum admirandam hominum, aut rerū, seu malorum multitudinē indicare uolemus, cōueniet illud Homere. Quot frondes, et quot sunt uerno tempore flores, Utq; globatarum muscarū examina multa.

Bonorum glomi. Αγαθῶν ἀγαθίδες.

De opib⁹ extuctis, et affati cumulatis. Supta metapora à glomere textorio, cui fila sunt obuoluta, aut certe ligno illo textorio, cui filorū maxia uise est obuoluta

Lucianus

Copiæ cornu. Αμαλθείας κέρας.

Cum affatim oīa superesse significamus, copie cornu dicimus. Translatū à peruetusta fabula, quæ uariè narratur apud autores. Quidā ad hūc modū narrat. Rhea Iouē enixa, metu patris infantē in Creta occuluit, nutritiendū à duabus nymphis Adrastea et Ida Melissei filiabus. Enutricauerunt illū, capræ cuiusdā lacte; cui nomen fuerit Amalthea. Eam caprā Iupiter iā adulatus in sydera retulit, uocaturquè capra cœlestis.

Huius

Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, uide=  
licet officij præmium, hanc adiiciens facultatē, ut quic=  
quid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppullo= laret. Plinius scribit, Græcos aliquot hanc inscriptionem nimis arrogantem suis commentarijs imposuisse, tanquam nihil in eis non contineretur, & quiduis inde peti, atq; accipi posset.

Lac gallinaceum. Ορνήσων γάλα.

Eustathii

Eundem habet sensum. Dicitur enim in opulentos, &  
quibus quiduis rerum suppeditat. Aut de ratis in= uento, atque ob id preciosis, ut sit hyperbole signifi= cans nihil omnino deesse.

Extis pluit. Αλασίμητα.

Id est, Lucanicis pluit. Sermo prouerbialis de prodi= giosa rerum copia. Qui iocus etiā hodie durat apud  
idiotas. Siquidem ἀλασίς Græcis exti genus est, ex quo frustulatim conciso farta conficiuntur.

Αἰγαὶ τὴν οὐρανικὴν ἐπιτέλεσσαν ἐδέσθιστο.

id est, Capram coelestem orientem cona Plutarch.  
spexerunt.

Hoc dici solitum in eos, quibus oīa feliciter, &q; animi sententia succederent: propterea quod antiquitus opinione uulgi comprobatum est, qui caprā illam Iouis altri cem, & ob id in syderū relata numerū, conspexissent,  
quicquid uotis conciperent, eius cōpotes futuros.

Bonæ fortunæ. Αγαθὸς δοξιμονθ.

Aristop.

Id est, Boni genij uel bone fortuna, subaudi, nomine.

Sermo est bene ominantis in re quaquam aggrediunda.

Quemadmodum & illud Persianum: Hoc bene fit.

Itaq; festiuus erit, cum ad iocum trahetur, de eo, qui rem incepit leuem quidem illam, sed perinde labo= trans quasi esset maxima. Veluti si sordidus quispiam

F.5. tandem

## BONAE FORTVNAE.

Suidas. Dathus bonorum. Δάθος ἀγαθῶμα.

In eandē sententiā dici cōsueuit. Est autē Dathus Thēsiorū Colonia, iuxta Strymonē, cū alioquin opulēta ac florens, tū qđ habet etiā auri uenas, ut hinc in prouerbiū abierit. Dathus bonorū, de cōferta rerū opulētia.

Suidas. Gargara bonorum.

Innumerabile hominū, rerū ue uit, Prisci gargara dicebant, facta ni fallor uoce, à strepitu, quē facit hominū congregatorū multitudo, aut rerū effusarū cōpia. Vnde εγγράφω uerbum quod significat per strepo præ multitudine.

Bona terræ. τὰ τῆς, γῆς ἀσθέα.

De bonis immensis, et omnigenis, quasi dicas, quicquid terra proligat, omnium rerum parens.

Homerus. Ingens rerum multitudo.

Cum admirandam hominū, aut rerū, seu malorum multitudinē indicare uolemus, cōueniet illud Homere. Quot frondes, et quot sunt uerno tempore flores, Vtq; globatarum muscarū examina multa.

Bonorum glomi. Αγαθῶμα ἀγαθίδες.

De opib⁹ extuctis, et affatī cumulatis, sūpta metaphora à glomere textorio, cui fila sūne obuoluta, aut, certe ligno illo textorio, cui filorū maxia uis est obuoluta

Lucianus. Copiæ cornu. Αμαλθείας κέρας.

Cum affatim oīa superesse significamus, copie cornu dicimus. Translatū à peruetusta fabula, quæ uariè narratur apud autores. Quidā ad hūc modū narrāt. Rhea Iouē enixa, metu patris infantē in Creta occuluit, nū triendū à duabus nymphis Adrastea et Ida Melissae filiabus. Enutricauerunt illū, capræ cuiusdā lacte, cui nomen fuerit Amalthea. Eam caprā Iupiter iā adulatus in sydera retulit, uocaturquē capra cœlestis.

Huius

Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, uide=  
lacet officij præmium, hanc adiçiens facultatē, ut quic=  
quid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppul=  
laret. Plinius scribit, Græcos aliquot hanc inscriptio=  
nem nimis arrogantem suis commentarijs imposuisse,  
tanquam nihil in eis non contimeretur, & quiduis inde  
peti, atq; accipi posſit.

Lac gallinaceum. Ορνήδωμα γάλα. Eustathij

Eundem habet sensum. Dicitur enim in opulentos, &  
quibus quiduis rerum suppeditat. Aut de raris in=  
uentu, atque ob id preciosis, ut sit hyperbole signifi=  
cans nihil omnino deesse.

Extis pluit. Αλοχίπυε.

Id est, Lucanicis pluit. Sermo proverbialis de prodi=  
giosa rerum copia. Qui iocus etiā hodie durat apud  
idiotas. Siquidem ἀλοχῆς Græcis exti genus est, ex quo  
frustulatim conciso farta conficiuntur.

Αἰγα τὴν οὐρανικῶν ἐπιτέλωσον ἐδεάσαντο.

id est, Capram coelestem orientem con= Plutarch.  
spexerunt.

Hoc dici solitum in eos, quibus oīa feliciter, &q; animi  
sententia succederent: propterea quod antiquitus opio  
nione uulgi comprobatum est, qui caprā illam Iouis alti  
cem, & ob id in syderū relata numerū, conspexissent,  
quicquid uotis conciperent, eius cōpotes futuros.

Bonæ fortunæ. Αγαθὴ δοξιμονο.

Id est, Boni genij uel bona fortunæ, subaudi, nomine.

Sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediunda.

Quemadmodum & illud Persianum: Hoc bene fit.

Itaq; festiuus erit, cum ad iocum trahetur, de eo, qui  
rem incepit leuem quidem illam, sed perinde labo=

rans quasi esset maxima. Veluti si sordidus quispiam

F.5. tandem

## BONAE FORTVNAE.

tandem uini cadum relineret , aut caseum diu seruatū aliquando proponeret . Erat autem mos apud ueteres , ut propinantes aut bibituri , Deum quempiam , aut hominem omnis causa præfarētur , cumq; gignendi casu proferebant . Hora . Da luna , propere nouæ : Da noctis media : Da puer auguris .

**Theocrit.**      **Oculus dexter mihi salit.**

Αλλετοι οφθαλμός μου ο Δεξιός .

Id est , Salit mihi oculus dexter . Vbi spes est uisuros nos lætum quippiam , & uchementer exoptandum . Hodieq; per iocum aiunt , sibi dextram timuisse aurē . Significantes , alicubi sermonem de se absentibus factū cum laude . Idq; Plinius testatur uulgo quandoq; cres- ditum fuisse , ut qui laudaretur absens , ei dextra timi- ret auris : qui uituperaretur , sinistra .

Bona spes ostensa .

Cum bona quepiam spes affulget alicunde perficien- di , quod proposuimus .

Deus vnde cunque iuuat , si modo pro- pitius .

Deus ubiq; præsens est , si fauacat : neq; refert , ubi gen- tium agas illo propitio .

Lux affulxit .

Vbi melior rerum spes ostendi coepit . Porro lumen fausti omnis apud ueteres fuisse , testis est M. Varro libro de lingua Latina .

**Zenodo.**      **Noctua volat .** λαύξ ἵπταται .

Nam priscis Atheniensibus noctu.e uolatus uictoris si gnū ac symbolū existimabatur . Propterea q; auis hec Minervæ sacra crederetur , quæ quidē est etiā male cō- sulta Atheniēsū bñ fortunare . Inde rebus felicib⁹ atq; ex aī sentētia succedētibus , dici cōsucuit : Noctua uolat Laureum

Laureū baculū gesto. Δαφνίνν φορῶ θεοτυπίαν Suidas.

Id est, Laureum porto baculum. Suidas tradit ita sole  
re loqui eos, qui essent ab aliquibus insidijs appetiti, fe-  
liciterq; periculum effugissent. Propterea q; Laurus  
credita est aduersus uenena remedium habere.

Midas in Tessarais consultor optimus. Suidas.

Μίδας δὲ τὸν πενθεότατόν.

Id est, Midas qui in tessarais consultor optimus. Pro-  
uerbium à Tessararum ludo natum. Et est enī Midas  
iactus uocabulum. Accommodari poterit adagium ad  
rem, quæ forte fortuna bene cadit.

Boues messis tempus expectantes.

Βόες ἀμυτόρες εὐθηροῦντες.

Id est, Boues messem obseruantes. Dici solitum, ubi  
quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret  
At quod boues messis tempore maiore laborant fruc-  
tū, propter quod inter trituram pascuntur interim,  
Et pabulum largius apponitur. Contra, cum uere aut  
hyeme proscindunt aruum, hoc molestior est arādi la-  
bor, quod nullo presente fructu leniatur.

Bos apud aceruum. Βός ἐπὶ σωρῷ.

Id est, Bos in aceruo. De splendide ampliterq; uiuentib-  
us, quiq; in ubere rerū affluētia, prolixius faciūt sum-  
ptū. Aut quemadmodū ait Suidas, de ijs, qui in media  
rerū copia cōstituti, nō sinuntur presentibus bonis frui  
Translatū arbitratur a bubus triturā exercētibus, q=bus  
q; os obligatū habeant, nō licet uesci tritico, qd ex-  
cutiunt, ut simile sit illi: Tantalus inter undas sitiens.

Bos ad præsepe, Βός ἐπὶ φάτνῃ.

In cemeritos dici consuevit, quiq; iam ob ætate otio uitus.  
taeq; molliori indulgent. Effertur et ad hūc modū: Bos  
in stabulo. Congruit in eos, qui nullis honestis negotijs  
exercen-

## BONAE FORTVNAE.

exercentur, sed turpi otio atq; abdomini scriuunt.

Faultus exitus.

Cum significabimus rem, quam instituimus bene cessu  
ram, cum Deo quopiam auspice.

**Homerus** Quæ diuinitus contingunt.

Qui dicit quippiā non cuius cōtingere, quisquis optat  
sed diuinitus dari, uelut ingeniu, formā, uires, usurpa  
re poterit illud Home. Non quisquis uoleat, illa ferat.

**Homerus** Autoritas diuinitus,

Diuinitus contingit, ut idem homo nunc magnificat,  
nunc despiciatur. Ex Odyssēe. Est proclue Dcis, am  
plus quos claudit olympus, Reddere uel despectū ho  
minem, aut adiungere honorem.

Felicitas a Deo.

Felicitas datur deūm homini munere.

**Plato.**

Primum recte valere. proxima forma.  
tertio loco diuinitæ. Plato hæc lib. 2. de legibus  
λέγεται γαρ, ὡς ἄριστην γιώνειν, δέ τε  
ροπ δὲ κάλλος, τρίτην δὲ τἀλοῦτος.

Id est, Aliunt enim optimum, ac potissimum esse bonā  
ualetudinem, proximum formam, tertium diuinitas.  
Alius quidam dicit. Recte ualere, et sapere duo uite  
bona. Iuue. Ut sit mens sana in corpore sano.

**Tullius.**

Deum esse. Deum facere.

Hyperbole sunt prouerbiales de singulari laude di  
gnis. Tullius in oratoris sui libro secundo. In quo tu  
michi deus esse uideris, id est, singularis ac summis.  
Inde natum, quod prisci mortales, si quem ob egrer  
gias, ac minime uulgares uirtutes suscipiebant, eum  
deum ac Dijs genitū aiebant. Diuus Hieronymus ad  
Augustinum scribens, per ironiam torfit in quosdam,  
non contentos communī homī iudicio, sed noua quæda  
desyde-

## BREVILOQVENTIA. 47

desiderantes, deos illos appellans. Contra, insigni im  
probitate uiros, beluas appellamus.

In cœlo esse.

Tullius.

Pro eo, quod est, supra modum fortunatum esse ac  
gloriosum.

Quæuis terra patria. πᾶσα γῆ πατρίς. Zenodo.  
Admonet adagium, uirum sapientem ac bonum, ubi cuncti  
gentium uixerit, felicem esse. Vnde et Socrates inter-  
rogatus, Cuiatis esset, mundanum se esse respondit.  
Aristophanes: Illic enim patria est, ubi tibi sit bene.  
Solum omne patria prospere quicunque agit.

## BREVILOQVENTIA.

Grata breuitas.

Quædam mole placent ac magnitudine. Sunt quæ ob  
id grata sunt, q̄ minuta, ueluti gemmae quedam ac scul-  
pturæ. Idem usu uenit in epistolis ac libris, qui non ra-  
ro ipsa breuitate reddūtur cōmendatores, præsertim  
apud fastidiosos et occupatos. Sunt in delicijs et pu-  
miliones, nō ob aliud, q̄ insignē corporis paruitatem.

Laconismus. Λοκωνισμόν ueluti prouer-  
bio breviloquentiam uocant. Pro eo, quod est, paucis  
et cōpendio dicere. et λοκωνίζειν, est affectare bre-  
viloquentiam. Inde forte dictum, quòd Lacedæmonij  
factis magis, quam eloquētia præcelluerunt, siue quòd  
in Apophthegmati precipue ualuerunt. Horum au-  
tem præcipua gratia, ut pauciſsimis uerbis plurimum  
sententiae complectantur.

Tribus bolis.

Plautus.

Plautus in Circulione. Si uis tribus bolis, uelim chla-  
mydem. Tribus bolis, dixit pro compendio, quasi tri-  
bus uerbis. Nam bolū Terentius accipere uidetur pro  
eo, quod

## C A E C V T I E N T I A.

eo, quod Græci uocant Σλωμόρ. Quod autem contis  
nuo deuoratur, tribus bolis edi dicitur.

**Varro.** Pauciloquus, sed eruditus.

In eū, q̄ pauca quidē, sed tamen auditu digna loquitur  
Minore finire pomœrio, et his similia.

Proverbij rationem sapienti huiusmodi ferme metapho  
rae: Finire pomœrio, Praestituere metam, Circumscri  
bere cancellis, et si quæ sunt similes,

**Plautus.** Numero dicis.

Plautus in Cassina, Numero dicis, dixit pro eo, qđ est,  
facile et compendio, Festus exponit pro cito, ac cele  
riter. Idem Numero mihi uenit in mentem.

**Plinius.** Vno fasce complecti.

Plinius, Pro eo quod est, Eadem opera et coniunctim  
agere, nō separatim. Translatū est ab ijs, qui res mul  
tas simul colligant, quo cōmodius gestari queant.

**Hierony.** Tribus verbis.

Tribus uerbis pro pauciſsimis dicere. Diuus Hiero  
nymus in Dialogo Luciferianu et Orthodoxi. Tribus  
(ut aiunt) uerbis, rem istam grandem dissoluisti.  
Et consimili figura, Sexcenta dicimus, pro multis.  
Proinde sexcentas mihi scribito.

## C A E C V T I E N T I A.

**Plautus.**

Lolio vicitant.



OLIO uicitare dicuntur lusciosi et  
cæcutientes. Plautus. Mirum est lolio  
uicitare te tam uili tritico.

Lolium autem Plinius inter frugum  
pestes commemorat, unā cum carduis  
et tribulis.

KPOVHOI

Κεονικοὶ λῆμαι, id est, Saturniæ lemae.

In cæcutientes et stupidos dicitur, præsertim in eos, qui etatis uitio desipiscunt. Est enim lema humor in oculis concretus, unde lippitudo nascitur. Porro Saturniæ dicuntur quasi seniles, ac ueteres: propterea quod Saturnus podagrus ac senex a poëtis singitur, et tēporum Deus. Prisca et antiqua Græci nonnunquam stultū vocant, et nugas et deliramenta. Aristophanes in Vespis. Et tragedos ait se redditū Saturnos mente Idem in Nebulis. Et quomodo o stulte, et Saturnalia olens, ac lunaris.

Cucurbitas lippis. κολοκύντος λημᾶ. Socrates.

Id est, Lippire cucurbitas, ad superiorē adagijs formā pertinet. Verba sunt Socratis ostendentis nubes, hoc est, nisi plane nihil uides, et tantas habes in oculis lemas, quante sunt cucurbitæ.

Ollis lippire. χύτρας λημᾶ.

Lucianus.

Prouerbialis hyperbole proximæ simillima. Lucianus Aduersus ineruditum, et multos coementem libros, in Ollis lippientes. Lachrymas indicans ollis æquales.

Hoc adagium utrumq; quoties ad animū refertur, fit eleganter et iucundius, ueluti si quis hominem crassi iudicij, ac uchementer cæcutientis et turpiter erratis dicat lippire non lemisi, sed ollis.

Hypsea cæcior.

Horatius.

Satis apparet parœniam ab Hypsea muliere quapiam infami, notæq; cæcitatis esse profectam. Hora. Ne corporis optima Lyncei Contemplans oculis Hypsea cæcior, illa Quæ mala sunt, spectes.

Tiresia cæcior.

Iuuenalîs.

A notissima fabula sumptū. Iuue. Nec surdum, nec Tiresia quenquam esse deorum. Tiresia prouerbiali figura proce

## C O E C V T I E N T I A.

procæco dixit. Quemadmodū Horatius pro paupere  
Irum. Intererit multū diues ne loquatur, an Irus.

Suidas. Talpa cæcior. Τυφλότερος ἀνθρώπος.  
Id est, Cæcior talpa. De ijs, qui supra modū cæciūt, aut qui minime iudicant. Nam iucundior fiet metaphora, si quidem ad animum transferatur. Plinius scribit talpæ uisum deesse, oculorū tamen inesse effigiem, si quis prætextam detrahat membranam.

Aristop. Τυφλότερος λεβηρίδος. i. Cæcior leberide.  
Est autem leberis (quemadmodum ostendimus ex aliibi) pellis illa sicca, quam serpentes, cicadæ, et siquid aliud animantis genus, exuunt, quoties sibi iuuentam renouant. In hac enim apparent effigies duntaxat oculorum, ac membranula quedam tenuissima, qua serpens oculi præteguntur. Aiunt autem leberidem proprie significare membranam extremā, qua foetus uaccarū obtegitur, in qua ex ipsa uestigia duntaxat oculorum apparent. Adagiū trifariā refertur: Cæcior leberide, Nudior leberide, Iuuenilior leberide.

Aristop. In canis podicem inspicere.  
Aristophanes interpres admonet uulgo dici solere in cæcumentes. Has profecto nugas pigeret adscribere, ni propositū esset operi suscepto per oīa satisfacere.

Lactatius Cimmeriæ tenebræ.  
Multam obscuritatem aut animi caliginem, Cimmerias tenebras appellant. Lactantius libro quarto institutionum diuinarum. O cæcum pectus, o mentem Cimmerijs, ut aiūt, tenebris atrociorē. Et hanc uelut emulatus dixus Hieronymus, ut Lactantiana admirator eloquentiæ, Rogo, inquit, quæ tāta est cæcitas et Cimmerijs, sicut aiunt, tenebris obuoluta. Natum ad agium à Cimmeriæ regionis prodigiosa obscuritate.  
Strabo.

Strabo. siquidē illos igneus Haud unquā irradiat Phœbus, nox atra sed illis Ingruit aſſidue.

Αλκησ κοπή, id eit, Cæca speculatio. Suidas.  
Suidas proverbialem dictionē admonet, quoties aut cōniuent, quibus datum est negotiū, aut ipſi nihil uident, quibus obſeruandi partes ſunt delegatæ.

Cæcus cæco dux. Horatius.

Adagium Euangelicis quoq; literis celebratum, quo lu-  
bentius etiam ref ero. Vti licebit, quoties indoctus in-  
doctum docere, inconsultus imprudenti consiliū dare  
conabitur. Hora. Cæcus iter oſtendit.

Nec cæcum ducem, nec amentem con-  
ſultorem.

Subaudiendū adhibeas. Disce, ſed à doctis. Consiliū pe-  
te, ſed à cōſultis. Hora. Cæcus uti ſi monſtret iter.

Palpari in tenebras. Τιλαρεφρόν τῷ σκότῳ  
Id eft manu tentare in tenebris. Dicuntur, qui rem ob-  
ſcuris uelſtigant coniecturis.

Εκ δυοῖς τριῶς ελέπεται. E duobus tria vides  
In eos, qui uel etate, uel ebrietate, uel alio quopiā ocu-  
lorum uitio cæciunt. Vergilius. Et ſolem geminum  
et duplices ſe oſtendere Theb. 11. Iuuenalis. Et gemi-  
nis conſurgere mensa lucernis. Aut ubi quis aliud pro  
alio uidet, fallentibus oculis. Venustius fiet, ſi ad an-  
mū iudicium deflectatur.

Puluerem oculis offundere.

Hieronymy.

Puluerem ob oculos offundere dicitur, qui de indu-  
ſtria rem obscurat, et aduersario iudicium eripit.

Traductum uidetur à militia. Sape fit enim ut hostis  
data opera puluerem citat in hostem. Utitur hoc Hiero-  
nymy. in epiftolis. M. Tullius gloriatur ſe in actione  
quadam iudicibus tenebras offundiſſe.

G

Nox

## C A L V M N I A.

Diogenia. ΝΥΞ ὑγρα. Nox humida.

De malis imminentibus dici solitu. Quemadmodū de letiore fortuna dicimus exoriri lucem.

Aristop.

## S C A L V M N I A.

Συκοφάντου, id est, Sycophanta.

Sycophantæ cognomē, uulgo probri loco tribuebatur. Cōuitum prouerbiale in caluniatores, et quānnis pusilla de causa litem mouentes. Inde natū arbitrantur, q. olim apud Atticos fici essent i precio, multarēturq; ij, qui eas furto tollerent: hos, qui obseruabant, aut defercabant, Sycophantæ uocari cœpti ludierij causa. Festus Pom. ostendit apud Athenienses pœna capitis cōstitutam ijs, qui ficos furto tollerent.

Demosth. Τραγικὸς θεοκρίνης. i. Tragicus Theocrines  
Theocrines primū Tragoediarū actor fuit, deinde cāluniator et Sycophāta. Vsus est hoc prouerbio D. Hiero. (ni fallor) i epist. ad Furiā de uiduitate. Vbicūq; uidet Christianū, statī illud de triuio dicebāt, Tragic⁹ Theocrimes. Hoc cōuitij iaciebāt i Christianū, q. sancti moniae simulator magnificis uerbis aliorū uitā crimi-

Plautus. Albo rete aliena captant bona. (naretur.  
Rete Plautus accipit pro calumnia quadruplatorū & parasitorū. Albū dixit, alludēs ad codicillos, & dicās, syngraphasq;, quibus lis intenditur, peragiturq;. Nec omnino displicet, ut ad albū prætoris, quo leges & litium formulæ proponebantur, respexerit. Nam leges etiā Solon, Aranearum textis similes esse dixit.

Aristop. Nō inest remediū aduersus sycophātæ morsum. Αλλ' οὐκ ἀνέσι συκοφάντα δῆσμον. Id est, Aduersus aut̄ Sycophantæ morsum nō inest, sub audiēdū φάρμακον. i. remediū. Dictū est in calumniā, cuius morsus non solum pernicioſissimus, uerum etiā incuitabi

inevitabilis, quod clancularius plerumq;.

**Argiuia calumnia.** Αργεῖα φορδ.

Diogenia.

Id est, Argiuia insectatio. De calūniosis et delatoribus dici solitū. Nā Argiuos olim notauit antiquitas, tanquā Sycophantas, ex litū auidos. Testis est & Diogenia.

Βολίτω σύκλω, id est, Boliti poenam.

Boliti poenam dicūt, ubi quis de re friuola, nihilq; ple-  
titur. Bolitus autem Græcis significat stercus bubulū.  
Porro Solon legē tulit, quæ poenam minabatur etiā ijs  
qui bubulum stercus furto sustulissent.

Χύδησ σύκλω διφείλη. i. Cydi poenā debet.  
Χύδη prima producta, gloriā significat, χύδης αζειρ,  
pro eo quod est cōuitiari. Proinde cū quis ob rem fri-  
uolam, ueluti uerbū aliquod temere dictū, deferretur,  
uexareturq;. Nam antiquitus multa dicebatur ijs, q  
petulantius in quempiam aliquid dixissent.

**Chius.** Χίους αποπτετῷμ.

Aristop.

i. Chi<sup>o</sup> cacās. Aristophanis iterpres idicat proverbio  
lactatū i eos, q cōtaminarēt, cōspurcarenq; ciuitatem.

Πατακιών συκοφαντικών, id est,

Patacone calumniosior.

Ab euentu natum. Nam Patacion quispiam infamis ca-  
lumniator, cui cū mos esset bonis uiris calumnia struc-  
re, atq; hoc tam feco qu'estu parare rē, tandem depre-  
hensus, conuictusq; poenam dedit capite.

**Crater litium.** Κρατή κορκῶμ. i. Cratera max Aristoph.  
lorum. De re permolesta, siue de hoīe litium autore.

Εἰκῆ τοι διφειλη. Frustra Herculi.

Subaudi calumnia struxeris. De his dici cōsueuit, q sic  
oīa sua negotia gerūt, ut nemo queat aut audeat calū-  
nari. Nam Herculi mos erat res alienas ui abducere,  
non dolo. Conueniet aut in uehementer laudatum,

G.2. probatumq;

## CARPENTIS SEIPSVM.

probatum, aut in præpotentem, quem insimulare tutū nō sit. Plutarchus perinde scribit esse, quasi si quis Herculem insimulet ignaviae. Nihil enim minus in Herculem quadrat, q̄ hoc criminis. Sunt qui putent cōgrue-  
re, cū aliquis oīa facit impune, nec à quoquā accusatur.  
**Quemadmodū Hercules aliena consuevit abigere.**

Σχεμιακὸς τρόπος. Samiū mores.

Quadrabit in eos, qui suos quosdam habent mores, à  
cæterorum moribus disſidentes.

Abydus, Abydenus.

Abydenorum mores in proverbiū abierunt. Nā Aby-  
deni dicti sunt Sycophātae, seu molles et effeminati.

## CARPENTIS seipsum.

**Aristidis.** Domesticum thesaurum calumniari.

τὸν οἴκοι Δυστεγὸν διαβάλλει.

Id est, Domesticum thesaurum calumniaris. Id est, sua  
ipsius carpere, lacerareq;. Simillimum illi Horatiano:  
Vineta propria cædere. Nullus autē sanæ mentis, que  
domi recōdita habet, traducit, ac reprehendit, sed suis  
quisq; fauet, aliena inuidet.

**Horatius** Propria vineta cædere,

Vt uineta egomet cædā mea, id est, ut à meipso incipiā  
Translatū uideri pōt uel ab amputantibus uincā, uel  
ab ijs, qui per iniuriam nouellas uites lēdunt.

**Homerus** Quo transgressus?

Pythagoras solitus est admonere adolescentes, ut quo-  
ties domum ingredierentur, hunc uersiculū suo cū aio  
uersarēt. Lapsus ubi, qd feci, aut officij qd omisſū est?

## CAVSA INDEFENSA.

Heteromolia causa. ητερομολία δίκη.

Dicitur apud Gr̄cos, quæ ab altera dūntaxat agitur  
parte

## C E D E N D V M M U L T I T V . 52

parte, nullo præsentे qui contradicat. Vsurpabitur nō  
incleganter, ubi quis damnat absentem, ueluti cum de-  
functorum libros carpimus.

Deserta causa. Εγένετο δίκη.

Lucianus.

Cum nemo repugnat. Translatum à iudicijs, ubi non-  
nunq; altera pars cedēs, tradit causam aduersario. Itaq;  
deserta causa uincere, est uincere nullo cōtra pugnāte

Ne de lite pronunties. τις ἀπὸ δίκηων κρίνεται Phocylid.

Id est, De lite qui nam iudices. Admonet autem nō te  
mere pronuntiandū de quopiā, nisi re ultro citroq; di-  
ligenter cognita. Aristoph. Sapiēs fuit is quisq; dixit.  
Prīus ac partē audieris utramq; ne iudicem agas.

Οὐκ ἔργον τρυγόσῃ. Id est, Haud im- Aristop.  
pune vindemian facies.

In eum competit, q nullo seruante impune decerpunt  
uuas. Solent enī uitibus et pomarijs adhiberi custodes,  
Præsertim autumnō, cū iam maturi foetus furē inuitat

## C E D E N D V M multitudini.

Μήδε προκλῆς προσέδει δύο. Id est, Plato.

Ne Hercules quidem aduersus duos.

Hoc est, Nemo usque adeo viribus excellit, ut unus plu-  
ribus par esse possit. Neq; indecorum est cedere mul-  
titudini. Erit autem suauior metaphorā, si significa-  
bimus neminem, quantumvis eruditum, aduersus duos  
in disputando sufficere, aut eundem hominem pluribus  
negotijs sustinendis, non esse simul parē, aut nō posse  
resisti precibus duorum rem eandē petentium. Home.  
Difficile ac durum est, unum compescere multos.

Cedendum multitudini.

Homerus

Qui suadet non esse pugnandum uni cum multis, ad  
ducet illud Home. Acceret mox ipse sibi crudelia fa-  
ta, si

G.3.

## CVM AVXILIO.

ta. Si multis pugnare uelit. Idem. Cum pluribus ar-  
dua res est Depugnare uiris.

Diogenes Extra publicam viam ne deflectas.

Lacrt. Loquendum ut plures, sapiendum ut pauci. Ita sunt  
quedam, in quibus cū uulgo cōuenire, dexteritatis est.  
Τῶι πλεόνωι φίλοι νηται, id est,  
Plurium calculus vincit.

Quoties in consilio ceditur multitudini. Liuius: Pars  
inquit, maior, meliorem uincit. Plinius in epistolis que-  
ritur, numerari sententias, non expendi.

Zenodo. Vnus vir, nullus vir. Eīs ἀνὴρ, cū τις εἴς ἀνὴρ  
Id est, vir quidem unus, nullus est. Sensus est, nihil  
egregium præstari posse ab uno homine, omnium au-  
xilio destituto. Euripedes. Num solitarie manus in-  
ualida pugna est.

## CVM AVXILIO.

Citra auxilium.

Plato. Αδελφοὶ δύο εἰς πρεσβύτερον, Frater viro adsit.  
De fido auxilio dici solitū, propte rea q. in rebus peri-  
culosis, uix unquam frater solet fratri decesse.

Homerus Sine ope diuina nihil valemus.

Manca est omnis mortaliū industria, omnisq; conatus,  
nisi fauor aspiret diuimus. Homerus. Mortalis diuū  
auxilium desyderat omnis.

Μή μάχουρας αἱρεῖ θύλυ, id est,

Ne gladium tollas mulier.

Ne suscipias negotij molē, cū neque as auxiliari. Viros  
rum enī est. Potest et in hunc trahi sensum, ne spem  
ostēdas, quā præstare nō possis. Ne mineris, aut ne laces-  
tas imimicū, cum laceſtitum non queas profligare.

Plutarch. Οὐκ ἔγειθε θησέος, i. Nō absq; Theseo.  
Cum si

Cum significamus rem alieno auxilio confici. Aut cū significamus rerum oīm communitatē ac societatē. Nam Zenodotus scribit, Thescum permultis uiris fortissimis, in certaminibus auxilio fuisse, tamen ex plurisq; certaminibus retulisse primum. Proinde quos facimus aliquod alieno nomine celebratur, alterius tamen opera potissimū peractum. Veluti si quis librū suo nomine publicet, in quo sit doctoris alicuius adiutus opera, concinne notabitur hoc adagio.

Duobus pariter euntibus.

Homerus

*Σύντε δέ τις ἐξ οπλίων.  
Id est, si duo coniuncti ueniant. Locus est apud Homerum Iliados n. Vbi Diomedes iturus exploratum quid agant Troiani, comitem postulabat. Id enim forte, tum iucundius, tum tutius. Atqui solus est unus: Quamvis perspiciat, tamen est mens segnior illi, et Consilium tenue.*

Nihil profuerit bulbū.

Athene<sup>9.</sup>

*Οὐδέποτε δύοισι τοι λαζάροις, αὐτοὶ μὲν γένγης εἶχεν,  
Neruis carentem iuuerit Bulbus nihil. Marcialis.*

Nil aliud bulbis, quam satur esse potes.

Bulbus autem ad irritādām Venerem ualeat. Licebit ad uerecundiōrem usum trahere. Nil prodesse studiū nū uis ad sit ingenij.

Tradunt operas mutuas.

Terētius.

Translatū uidetur ab agricolis uicinis, q̄ mutuā inter sece operā cōmodare solēt. Ab artificib⁹ etiā, q̄ mutua nonnunquā utuntur opa, maxime fabri ærarij.

Alieno auxilio potentes.

Qui alienis præsidij s̄ freti, facinus aliquod egregium faciūt. Ut de Teucro fratre Aiacis. Nā is sub fraterno latitans clypeo, sagittas mittit in Troianos.

G.4. Alieno fe

## CVM AVXILIO.

### Alieno ferox præsidio.

Si queras innuere, q, ferox sit quispiā, et improba moliatur, id eum nō facere domesticis uiribus frustum: uerum alicuius potentioris fultum præsidio, qui clanculū illi suppeditat et animum et opem.

**Diogenia.** Titanas imploras. τιτανος καιλεις.

Id est, Titanas inuocas. Vbi quis suis diffisiis uiribus, alienum implorat auxilium. Sumptū à Gigantū fabula, in qua Iuppiter suo timens olympos, Titanas in auxiliū accersiuit. Lepidior fiet allegoria. Veluti si quis Theologus nō potens se diuinis tueri literis, ad philosophorum rationes sese transferat.

### Ancora domus.

Porro ancorā Græci pro refugio prouerbialiter usurpare solebant. Deniq; quicquid illud est cui innitimus cuiusq; fulcimur fiducia, ancoram uocant. Metaphora à nautis sumpta.

**Teretius.** Columen familie.

Donatus columen dici putat, perinde quasi columnam dicas, cui reliqua domus innitatur. Vnde antiquitus seruos maiores columellas dictos. Ver. In te omnis domus inclinata recumbit.

### Nostro Marte.

Quoties nullius auxilys adiuti, nostropte ingenio, pro prijsq; uiribus rem peragimus. Aut etiam cum nostro periculo res geritur. Plautus etiā meis copijs, pro meo Marte. Sapiunt prouerbium illa: Vario Marte, D<sup>is</sup>bio Marte, iniquo Marte &c.

**Horatius** Sine cortice nabis.

Sine cortice nare dicuntur, qui iam per ætatem non egent custode morum, aut qui eo doctrinae processerunt, ut iam preceptorum opera non habent opus. putat

Putat proverbiū sumptum à iuuenibus, qui cum pri-  
num natare discunt, corticibus aut suberibus uentri  
subligatis natant, deinde exercitatores citra huiusmo-  
di adminicula natare incipiunt. Hora. Simul ac dura-  
terit ætas. Membra, animūq; tuū, nabis sine cortice.

**Qui per se sufficit.**

**Qui negabit sibi opus esse opera aliena.**

Ave pívosos ēi. i. Incaprificatus es,

Suidas.

Suidas putat dici in mollē et infrugiferū. Suntq; refe-  
rat ad eos, qui tueri nō queāt id quod nacti sunt boni.

Multæ manus onus leuius reddunt.

Hesiodus

Hesiodus. Plus potest et plurimum industria, Adfitis  
comites, multorum industria namq; plus pollet, quā  
paucorum.

**Re opitulandum, non verbis.**

Homerus

Cum re opus est nil prosunt uerba, ueluti si q̄s æge-  
at pecuniarījs suppetijs, quorūm attineat huic aures  
explere dictis. Ad id faciet Homericū illud: Verba in  
consilio, ualet in certamine robur.

**Chordæ vice.** οἱ ἀντὶ χορδῶν.

Plutarch.

Id est. Tanquā chordæ loco. Conueniet: ubi quod ali-  
cubi diminutū uidebatur, suppletū aliunde significa-  
bimus. Eunomus respondit. Reginensibus, ne certan-  
dum quidem omnino de Musica, apud quos cicada uo-  
calissimum animal uoce careret. Vtrisq; certantibus,  
cū in Eunomi cithara, una inter canendū chorda fran-  
geretur. Cicada superuolans astitit, ac uocem alioqui  
defuturam, suo cantu suppleuit. Atq; ita uictor decla-  
ratus, statuam Citharœdi posuit, cum Cicada citha-  
re insidente.

**Viuus fueris, uel cepe solum accipiens.** Zenodot.  
Ζωὸς γενήσκη, κρομμυντὸς μόνον λαβόμενος.

G. S. Id est,

## C I T R A L A B O R E M.

Id est, Si cepe tantū sumpseris, iā uixeris. In eos dici solitū, qui ē re quapiam pusilla, magnā opinionē conse quūtur. Apparet natū ab ægroto, qui medico porris gente cepe, revaluerit. Herba alioqui plebeā, nec eam admodum salubrem corpori.

Papyri fructus non postulat magnā spicā.

Dici solitū de ijs, qui dignē suis ipsorum bonis frui nō possent, propterea quod Byblus ob culmos inuadīdos spicā granis onustā ferre non potest. Byblus autē iunci species, quam Latini papyrum appellant.

Iaco.apo. Si Deus voluerit.

De re futura, cuius exitus pendeat à Dei saurore.

Summa vi defendere.

Si quis alterum summa ui tuebitur.

Tanquam heros in clypeo excipere.

Αλλών οὐκέτι τοι διεγένεται σὲ βόλωμον.  
.i. Imo tāq; heros in clypeo te uolo hospitio accipere.  
Dici solitū, ubi quis suis ipsius artibus, aut benefactis  
fretus, de amicis bene mereri conaretur. Inde duciū,  
quod antiquitus heroës, aſidue in armis agētes, uelut  
in clypeo diuersabantur, et si quid opus fuisset ami-  
cis, quod armis præstari poterat, id prompte præsta-  
bant, utpote sola uirtute diuites.

Plinius.

## C I T R A L A B O R E M.

Citra puluerem. Α' κοντὶ.

Id est, Citra puluerē. Græci dicūt contingere, quo  
quis facile, citrāq; negotiū potitur. Translatum uel ab  
Aphē. i. a pulueris cōtattu, quo se ſpergebat in pale-  
strico certamine congressurus, uel certe à puluere,  
quo non indecorē fōrdidari scripsit. Horatius eos q  
certant olympia, quiue bellum gerunt. Inuenitur ὁ  
illud, Citra ſudorem.

Citra

Citra arationem,citraq; sementem. Lucianus

Quæ citra nostrā operā casu nobis eneūt, & cōrāx  
rāc, kōi rāc ἀνίσοrā contingere dicit Græci. Quod  
nidelicet unus iuxta egregiū illū Homerum. Nec ma-  
nibus plantat plantā,nec arat, uerū citra sementē, ci-  
trāq; arādi laborē fruitur omnibus. Natū apparet ada-  
giū à fabula insularū fortunatarū. De quibus Hora. in  
Odis. Reddit ubi Cererē tellus marata quotannis. Et  
imputata floret usq; uinea. Stobæus.

Vltro Deus suppeditat bona.

Αὐτομάτως ὁ θεὸς ανίκοι τὰ ἀράδα.

Id est, Vltro Deus subiicit bona. Quoties res citra  
nostram operam feliciter cadunt.

## CLAMOSVS.

Septem conuiuum, nouem conuitum. Gellius.

Elegans uel ob ipsam προσονομεσίαν sententia.  
Quæ significatū est, in cōnuiū paucos adhibēdos esse  
alioqui fortè tumultuosum, atq; insuaue. Extabant an-  
tiquitus leges, que prescriberet, simul & moderatū  
conuiuarū numerū, & sumptus modicos. Mar. Tere-  
tius Varro apud Gel. Censet conuiuas, intra gratiarū  
& musarum numerum oportere consistere, ne aut  
plures, aut pauciores tribus.

Clamosior lauro ardente.

Μείζονες βοῶς δ' ἄφνης χλώρος καπομύλικς. Diogeni.

Id est, Magis uociferatur, quam laurus uiridis incē-  
sa. Propterea quod laurus adhuc uirens in ignē conic-  
ta, maximos crepitus edit. Vnde et in maleficijs ama-  
torijs incendi consuevit, tanquā amantiū quærimonias  
repræsentans. Daphnis me malus urit, ego hanc in Da-  
phne laurum.

Vsq; ad

C L A M O S V S.

**Plautus.** Vsque ad rauim.

Vsq; ad facietatem, Plautus et quidē lepidius dixit usq; ad rauim, pro eo quod est, improbē, s̄epius clamo se, adeo ut uox etiam toties uociferanti raucescat.

**Festus.** Claudiana tonitrua.

Festus Pompeius scribit ideo uocata Claudiana tonitrua quod Claudio Pulcher instituerit, ut ludis post scenam factis, lapidū coniectus ita fieret, ut uerū tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leues adnōdum et paruos sonitus fieri solitos, cum clavi et lapi des in Labrū æneū cōicerentur. Dici potest in hōies immodece clamosos, et odiose obstreperos.

**Quintilianus.** Apertis tibijs.

Id est, Clariore uoce. Translatum à tibicinibus, qui quædā obturatis tibiarū foraminibus, quasiq; pressiore sono canunt, quædā apertis tibijs, acriore sonitu. Veruſtior erit methaphora, si quis dicatur apertis tibijs inuichi in aliquem, id est, non clanculū obtreccare, sed palam insectari.

**Aristophanes.** Κυκλοβόρες φωνή. i. Cyclobori vox.

Dē clamoris et uehementer obstreperis dicebatur. Cycloborus fluuius quidē Atticæ, ingenti strepitu de fluens, unde ductum prouerbium.

Σαρπεδονίου ονομαστική. i. Sarpedonium littus.

De re turbulentia recte dixeris, siue de uehementer clamoris. Est enim huiusmodi quoddā littus Thraciæ, Neptuno sacrū, quod aſſiduis fluctibus tunditur.

**Homerus** Stentore clamosior.

Iuuena. Ut stentora uincere posſit. Sumptam à fabula Stentoris, cuius meminit Homerus, eiq; ferreā, hoc est inuictam attribuit uocem.

**Homerus** Inclamosos.

Intet

Inter litigandum aut. disputandum uociferationem indicabimus eo adagio, quod de Neptuno scripsit Homerus. Tantum uociferans, quantum nouies, deciesue Mille uiri, clamare solent qui prælia miscent.

**A Ευθύνῳ ἐπιφόρημα . i. Abydena illatio.** Dici solitū ubi quis obstrepet, aut conuiuantibus, aut aliud quippiā agentibus, et tumultu molestiā adfert. Atq[ue] hinc natū esse, quod olim Abydenis mos fuerit, si quē ciuē, aut hospitē acciperent conuiuio, præterea in sacris, ac solennibus epulis, ut post unguentū et coronas, infantes à nutricibus inducerentur, circumferanturq[ue] suauandi. Vagientibus autem et clamantibus pueris, garrientibus item, et obstrepentibus nutriciis, conuiuum tumultuosum et iniucundū reddebatur. Ergo cum amicis aliquot suauiter colloquētibus, interueniet rabula quispiam, et immodece loquax, qui cōfabulationē sua loquacitate fit in amēnā redditurus.

**Absit clamor in colloquio, aut lusu.** **Homerus**  
**Homē. Nunc hilares cœnemus et oīs clamor abesto.**

Columnas rumpere.

Aelianus prodidit in Samo, quondā fuisse animalia uasta magnitudine, Neades uocantur quorū uoce terra rumperetur. Vnde proverbiū in clamosos, et improbe loquaces, ut postes et colūnas dicātur rūpere.

Calamoboas.

Antipater quum nec uellet, nec posset congregari co minus cum Carneade, qui magna uehemētia inuehebat in Stoicos, semet ad scribendum uertit, multosq[ue] libros addidit maledicos et ineptos, in quibus paſsim contradicebat Carneadi. Huic uulgo cognomen adeptus est Καλαχμοβός, quod non lingua sed calamo uocifaretur:

COMMODO

## COMODO magno emptum.

Ambroſi.

Vale charum lumen.

Dici solitū, ubi rei cuiuspiā uohementer grāte fit idē  
ftura. Ambroſius ſuper Luca refert ad huiusmodi faſ-  
bulā. Theotimo cuiipiā, cū graui morbo oculorum la-  
boraret, medici interminati fuerant, ne cū uxore rem  
haberet, ſi faceret, protinus cæcitatem imminere. Ve-  
rum is libidinis impatiens, non potuit ſibi temperare.  
Itaq; cū iam medio Veneris calore ferueret, et in me-  
tem ueniffet medicorum interdictū, dixit. Vale am-  
cum lumen.

## COMODVM interuersum.

Αλλοι μὲν κατείχοιπ, αλλοι δὲ κακούργουται.

Alij quidem ſementem faciunt, alij vero  
metent.

Alij laborant, alij perceperunt emolumētū. Hefl.  
Atq; metunt uentre in propriū, ſudorem alienū.  
Conſimili figura dictum eft à Diocleſiano nondū Cō-  
ſare. Ego apros occido, ſed alter fruitur pulpamento.  
Notatur hic enigma Druyadis ad Diocleſianū. Cō-

Mazan pinsuit a me piftam.

Μάζαρ μεμαχώς τὴν ὑπέρευστη μεματημένο.

Id eft, A me ante piftam mazan iſte pinsuit. De ijs  
dici ſolitū, qui ſibi alienę induſtria laudē uindicat, et  
magnam gloriā alieno labore partā, uerbis in ſe trāſ-  
muuent. Mazacibi genus eft ex lacte et farina, ferme  
panis inſtar confectionum.

## CONATVS.

Cicer. o.

Omnibus neruis.

Id eft, ſumma ui, ſummoq; studio. Nā robur iuxta  
Philosophos in neruis ſitum. Vnde et neruos exten-  
dere, expa-

dere, expedire nervos, et nervosa dicimus, quae uerge  
ta, validaque minime languida.

Omni telorum genere oppugnare.

Pro eo quod est modis omnibus insectari. Cui finiti  
mum est cefum, ac punctum.

.. Manibus pedibusq;.

Teretius.

Extremū conatū significantes, dicimus. Ma. pedib.  
Nam per manus declaratur industria confundi ne  
gotij, per pedes maturandi celeritas.

Pro mea vitili.

Cum pollicebimur nos operā nostram præstituros,  
Pro mea virili dicimus.

Remis, veliscq;.

Cicero.

Inde translatū, quod cum nauis simul et remigio  
et uelo impellitur, summus est nautarum conatus. Ci-  
cero. Tectra enim res est, misera, detestabilis omni con-  
tentione, uelis ut ita dicā, renusq; fugienda.

Anchoras tollere.

Varro.

Pro eo quod est, moliri discessum, quod genus et il-  
lud. Talaria nectere. Oram soluere.

Omni pede standum,

Suidas.

ὅλῳ ποδὶ.

Id est oī pede. Pro eo quod est summa ui, summoq;  
nisi. Quintilia. Ab agricolis profectū esse testatur.

Toto pectore.

Tullius.

Cum sincerū et absolutū amore significamus, toto  
pectore dicimus, et toto animo. Toto pectore, etiam  
ad studium, diligentiamq; referri potest.

Σὺν σῷ. σὺν ἀνθίδι. i. Cum hasta, cū scuto.

Vbi quis omni conatu remaggreditur. Sumpta mes-  
taphora à milite armis omnibus instructo. Home. Ha-  
stāq; et gladio, saxisq; ingentibus instant.

Omnī

C O N A T V S.

**Homerus** Omni certaminis genere.

Veluti si quis dicat, in oī disciplina disputatū acris-  
ter. Item ubi quis ostendit se nullum detrectare cer-  
tamen, sed ad quodvis ingenij experimentū paratum  
esse. Home. Huc age, quandoquidē, grauiter mihi con-  
scita mens est. Qui uolet experiatur, pugnis siue pā-  
lestra. Siue pedū cursu malit, nihil ipse recuso.

**Teretius.** Sursum ac deorsum.

Teren. in Eunu. Sex ego te totos Parmeno hos men-  
ses, quietū reddā, ne sursum deorsum cursites, id est,  
huc atq; illuc. Proinde prouerbiū accōmodabitur, uel  
ad omnia tētantē, uel ad omnia cōfudentē, uel ad dili-  
gentiā, omni ex parte negotiū circunspicientis.

Rem nouam aggredior.

Si quando significabis te rē arduam, ac nouā molitus-  
rum, et alijs adhuc intentatam.

**Aristophanes.** ἄκροις ξεῦθει τοῖς ισίοις. i. Summis vti velis.  
In eos qui maximo conatu admittuntur atq; incūbunt  
aut qui omnem captane occasiōē. A nautis.

**Tibullus.** In magnis & voluisse sat est.

Eam Angelus Politianus non inscīte uertit Grece.  
Αγκεῖ Δὲ σὺ μεγάλωις καὶ Δέ βέλη με μόνον.

Apuleius floridoru.li.4. Maiore scilicet uoluntate  
quā facultate. Eoq; propensius fortasse laudādus est,  
quod oībus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in  
casu est. Conuenit, ubi q̄s maiora uiribus conatus, tāct  
si rei suscep̄e magnitudini non facit satis, tamen hoc  
ipso nomine laudem promeretur, quod rem pulchra-  
rimam tentauerit.

**Horatius.** Miscebis sacra prophanis.

Itē Confundens fasq; nefasq;. Vnde qui nihil habent  
pensi, quiq; nihil non audent, miscent sa.pro.

Marc

Mare cœlo miscere.

Liu*ius*.

Pro eo, quod est omnia perturbare, nihilque non facere. Titus Liu*ius*. Quid est quod cœlum terra, terram cœlo miscant?

Terra, matix.

Theognis

Quoties extremum conatus, studiumque significamus.

Frustratus conatus.

Qui spes frustratus sua, non assequitur id quod ambiebat.

## CONCORDIA.

Concordia fulciuntur opes, etiam exiguae.  
Idem, Coniuncti pollent etiam uchementer inertes.  
Nam quemadmodū ut ait Ouidius. Quae non prosunt singula, multa iuuant. Ita que non ledunt singula, multa nocent.

Homerus

Concordia.

In absoluta concordiam, omnique rerum consensum. Conueniet illud. Haud unquam neque concio nos, neque curia dictis Audiuit pugnare, animo sed semper eodem,  
Et sentire eadem atque eadem decernere uidit.

Mutua defensatio.

Mutua compluriū inter ipsas concordiam significat.

Mutua defensio tutissima.

Qui significabit minus eos laedi posse qui concordes mutuo se se defendunt.

Tradunt operas mutuas.

Ter*tius*.

De adolescentibus qui se uiciissim in peccatis defenseret. Translatū ab agricolis uiciniis, qui mutua inter se operam cōmodare solēt. Aut ab artificibus. &c.

Vt in velabro olearij.

Plautus.

De iis, qui conspirarunt, remque gerunt ex compositione. Velabrum autem, auctore Varrone, locus erat Romæ.

H quo

## CONIECTVRAE.

quo olearij distrahebant oleum. Mos autem erat huic hominum generi, ut inter se de precio conspiraret, quo pluris uenderent.

## CONIECTVRAE.

**Lucianus** Εκ τῶν ὀνύχων τὸ μέρος γινώσκεται.

.i. Leonem ex vnguis extimare.

Est una quipiam coniectura, negotium uniuersum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima coi*cere*. Plutar. Nō Alcei more leonē ex unguibus de pingentes, hoc est, ex re minima, maxima colligentes. Fit aut̄ hoc mathematica ratione, ut ex membro uel minimo, totius corporis modus colligatur.

E fimbria de texto iudico.

Εκ τοῦ κρατεροῦ εἴδη τὸ ὑφάσμα γινώσκεται.

Id est, Ex fimbria textum omne cognosco. Hoc est ex uno aliquo pusillo reliquorum facio coniecturam. Translatum à negotiatoribus, qui inspecta texti marginē, facile de reliquo iudicant.

**Theophr.** De gustu cognosco.

Εκ γευματος γινώσκεται.

Id est, Ex degustatione iudico, hoc est, ex minima experientia. Ductum item à negotiatoribus, qui gula statu dūtaxat uino aut oleo de reliquo mox pronuntiāt.

Aethiopem ex vultu iudico.

Τὸν αἰθιόπατα εκ φύσεως γινώσκεται.

Id est, Aethiopem ex ipso uultu cognosco. Præfert quisq; aliquo signo, cuiusmodi sit moribus. Præfert enim aethiops nigrōre uultus, intortis capillis, labris tumentibus, dentium candore patriam suam. Vestem enim, non faciem mutare potest.

De fructu arborem cognosco.

Εκ τοῦ

Ἐκ τοῦ κερπὸς τὸ δένδρον γενόσκω.

Id est, E fœtu cognosco arborem. E factis hominē iudico. Euangelicis literis extat.

De facie nosse.

M. Tulli.

Est leviter cognitū habere, id si transferatur ad res animi, sicut uenustius.

Χέρκος τὴν ἀλώπεκην μαρτυρεῖ. Id est.

Cauda de vulpe testatur.

In eos, qui pusilla in re cuiusmodi sint, declarant.

Ex fronte perspicere.

Tullius.

Ex fronte perspicere dicimur, quod statim, et uelut ipso protinus occursu percipimus. M. Tull. Non enim solū ex oratione, sed ex uultu, et oculis, et frōte, ut aiunt, meum erga te amorē perspicere potuisse. Id adagium hodie uulgo tritissimum est.

Ex habitu bonum virum præ se fert.

Qui dicet ex ipsa oris figura uideri probū hominem.

Ex stipula cognoscere.

Lucianus

Ἐκ τῆς κοιλάμης γίνωσκειν.

Id est, Ex stipula iudicare. Quoties ē uestigijs quibusdam in senecta reliquis coniecturam facimus, cuiusmodi quis fuerit in adolescentia. Translata metaphorā à segetibus.

E culmo spicam coniūcere.

Eustacius dīscet. E culmo perspicitur spica demissa.

E cauto dignoscitur avis.

Qualis uir, talis oratio. Iactatur uulgo simillimum huic. E plumis aue dignosci, id est, ē cultu, spectari uitam, et ingenium hominis.

Effeminatorum etiam oratio effeminata. Zenodot.

Εὐεστιμὴν διφλοῖσιν καναεύονται λόγοι.

. Inertib⁹ uiris, iners oratio. Ut q̄sq; est ita et loquitur

H. 2.

Βίνος

## CONNECTVRAE.

Εξενός τὰ πάνδογα. i. Ex uno omnia specta.  
Admonet adagium, ex unius euentus experimento,  
reliquorum similium coniecturam oportere facere.

Domi coniecturam facere.

Quod non aliunde petitur, id domi fieri proverbio  
dicitur. Plaut. Hanc ego de me coniecturam facio, hoc  
est, me opte experimento comperio.

Prima facie. Prima fronte.

Sapiunt haec quoq; proverbiū, maxime, cū ad res  
incorporeas referūtur. Prima facie, pria fronte, pro  
eo, quod est primo obtutu, et priusquam pressius, ac  
diligentius consyderes.

Quintilianus. Κοσκίνας μετρεύει. i. Cribro diuinare.

Est coniectura sagaci rē deprehēdere. Aut stulte de  
rebus occultis diuinare. Porro genus hoc diuinandi  
suspenso cribro, in hodiernū usq; tempus durat, apud  
quosdam superstitiones. Apud ueteres uaticinia per  
gebantur Cribro, lauro et tripode.

Signum bonum, aut malum.

Vbi quis de re incognita diuinat incertus.

Stellis signare, obello notare.

Ασποισθημένοι.

Id est. Stellis notare. Dictū de his, qui longā ac des  
sertam viam peragūt, adeo ut necessum habeant, reg  
ionum sitū, stellarū obseruatōe signare. Vnde uidē  
tur ij, qui notulis quibusdā, et cōiecturis arte depre  
hensis, rē alioqui peruestigatu difficile inquirunt, aut  
assequuntur: qui etiā signis quibusdā multo ante colli  
gunt, quid sit euenturum. Postea deflexum est, ut stel  
lis prænotare dicantur, qui quippā uelut animaduer  
tendum insinuant. Cui diuersum est, ueru præno  
tato, quasi ingulare ac dannare.

vna his

Vna hirundo non facit ver.

Aristote.

Μία ξελογίζεται δια τοις.

Id est, Vnica hirundo non facit uer: i. Vnus dies nō sat est ad parandam uirtutem, aut eruditionem.

Omnibus vestigijs inquirere.

Qui summa cura, summaq; diligētia rē praeuestigat.

Qui bene coniūctet hunc vatem.

Tullius.

Admonet adagiu futurorū præscientiā, non ē sortibus, aut augurijs petendam esse, sed à prudentia. Siquidem qui prudētia sit prædictus, is ex præteritorū, præsentiumq; conjecturis, facile prospicet quid sit euētum. Nemo somnia cōiectat melius, quam mente magistra. Qui regitur.

Certum prospicio.

Qui se negabit temerē, malē, secusue de exitu rei cuiuspiam sentire.

Rem acu tetigisti.

Plautus.

Pro eo quod est. Rem ipsam diuinasti, nihil aberrans.

Τυγχάνει τῷ σκοπῷ, i. Scopum attingere. Lucianus

Est uoti compotē fieri, à conjectura rem ipsam asse qui. Aberrare a scopo, atque id genus aliae figuræ omnes proverbiū sapientiū.

Trepitu probabis. πλατάρησθε οὐκ μάσθε.

Id est, Plataga probabis. De ijs qui ridicule explorant alterius in se se animū. Sumptū à uulgari ioco puerilū, quæ imposito pollici, medioq; dígito papaueris folio, palmā illidunt, quod si crepuerit amoris argumentum est, sin minus non amantis indicium.

Qualis vir, talis oratio.

Seneca.

Seneca in Epist. Apud Græcos, inquit, in proverbiū ceſit. Talis hominibus fuit oratio, qualis uita. Persi. Pulsu dignoscere cantus. Quid solidū crepet, et piæ tectoria

H3..

## C O N I E C T V R A E.

tectoria lingue. Idem, Sonat uisiū percussa maligne.  
Respondet uiridi nō cocta fidelia limo. Breuiter om̄e  
uita simulachrum, omnis animi uis, in oratione per-  
inde, ut in speculo representatur, ac uel intima pecto-  
ris, arcanis quibusdam uestigijs deprehenduntur.

Quanquam non dixeris, tamen appa-  
ret e pelle.

Res ipsa redarguit mendacem, et oris habitus. VII  
de illud Cicc. Nisi fingeres, non sic dices.

Vanæ coniecturæ,  
In eos qui de euentu negotijs solent augurari.

Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ futuræ.

Et in pueris elucet indoles futuræ probitatis.

Suidas. Leonē videre, hostium prælia portendit.

Λέοντας ἴδει, οὐσικῶν δηλοῖ μάχας.

Id est, Cernere leones, hostiū pugnā indicat. Trans-  
flatum uel à somniorū coniecturis, uel ab obseruantio-  
bus auguria.

Suidas. Mortuos videns.

Νεκρούς δέωμ, νεκρώσιμος εξει προσμάχωρ.

Id est, Tibi occident res, mortuos si somnies. Re-  
fertur à Suida tanquam uulgo iactatu de diuinatione  
que sumitur ab insomnijs, superstitione omnium vanis-  
simæ, id tum ita dictum quod mors finis sit omnium  
huius uite malorum.

Mortuus per somnum, vacabis curis.

Θανὼ ρ καὶ ὑπνὸς φροντίδωμ ἐστὶ δίχα.

Id est, Curis uacabis mortuus per somnium. Verfa-  
culus uulgo iactatus apud Græcos. Existimabat enim  
eum qui se mori somniaisset, à curis molestijs q; libera-  
tū iri. Quod mors finē doloribus imponere uideatur.

CONSL

## CONSILIVM:

Σύμβολον ἀρχής

.i. Res sacra cōsultor.

Zenodot.

Sensus est adagionis, plurimum utilitatis adferre,  
bene consulente m, aut religiose ac purè dandum consi-  
lium ijs, quibus est opus.

Suadeo. quod ipse facturus essem.

Cum alteri damus consiliū, quo non grauemur ipſi,  
uti in simili causa.

## CONTE MPTVS & vtilitatis.

Tineas pascere.

Translatū à uestibus, aut libris, diu reconditis et inta Horatius  
etis. Hora. Contractus ubi manibus sordescere uulgi,  
Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inertes, Aut fu-  
gies uticā, aut uinctus mütteris Ilerdam.

Homo tressis.

Persius. Tressem Agasonem appellat, contemptissi Persius.  
num homuncinem. Idē. Et centū Græcos curto cen-  
tusse licetur. Id est minimo. Tressem autē dixit, nouē,  
quasi tribus assibus astimandū. Assis autem erat ærei  
numuli genus. Persius. Heu sterilesueri quibus una  
quiritem uertigo facit. Hic Dama est, nō Tressis aga-  
so. Confine Hieronymianū illud. Quis te dupondio  
supputabat.

Κόγχης ἄζι. .i. Concha dignus.

Rēm nullius precij concham dicunt Græci. quēad  
modum Latimi nauci aut floccum.

Ne ligula quidem dignus.

Dicebatur homo nequam et nullius precij.

Τίθυμαλλος λακονικός.

.i. Tithymallus Laconicus.

Suidas.

Milippentes, oculisq; cæcutientibus dicebatur. Ti-

H. 4.

thy mallus

## C O N T E M P T V S.

*thymallus, herbe genus, apud Lacones repertum, singularis acrimonie, quo sub noctem oculos illinebant, ad uisum acuendum.*

**Semper me tales hostes insequantur.**

*Αεὶ τοῖς τοῖς πόλεμοι σώκοις.*

*Id est, Me bella semper insequantur talia. Vbi quosdam libenter odimus, ac simultate eorum contemnimus. Potest accommodari et in eos, qui desciscunt ab amicitia, sed ut inimici nihil queant nocere.*

**Incus maxima, non metuit strepitus.**

*Excolsum animus non commouetur minis, aut fortunae sequentis procellis.*

*Αετὸς οὐ θηρεύει τὰς μῆτρας. Id est.*

**Aquila non capit muscas.**

*Summi uiri negligunt minutula quæpiā. Animus excelsus res humiles despicit. Effertur et citra negationem adagiū. Aquila uenatur muscas, quoties magnis minima sunt curae.*

**Lucianus** *Elephantus non capit murem.*

*Ελέφας μῶν δυχὶς ἀλίσκει.*

*Id est, Elephas non aucupatur mure. Generosus et excelsus animus negligit prædas uiles, ac lucella minuta. Vir egregie doctus, non insectatur minutulos istos literatorum simios. Homo præpotens, non offenditur iniuriolis tenuium.*

*Αετὸς θείων δρῶμος. Id est,*

**Aquila thripas aspiciens.**

*De magnis, qui pusilla negligunt. Est Thrips auncula quæpiam minutissima, quam aquila cum uideat, ut est oculatiſima, haud tamen dignatur persequi, ut poterat prædam unguibus suis parum dignam. Ad hunc quidem modum iuuenio in commentarijs Græcorum, uerum*

verum haud scio an mendose. Nā Tripas reperio uera  
muculi genus esse.

Aέτον κορώνη ἐρεχθεῖ, id est, Aquilam  
cornix prouocat.

Tradunt peculiare cornicibus esse, irritare aquilam.  
Verum illa negligit prouocantē, intelligens nimisrum  
sibi ab illa noceri non posse. Si quando leuiusculus quis-  
pam homuntio, qui neq; prodeesse queat, neq; ledere,  
maximis uiris oblatrat.

Ovō Vētū, id est, Asinus compluitur. Suidas.  
Dictū apparet in eos, qui maledictis nihil oīno cōmo-  
uerentur. Quemadmodū asinus ob cutis duritię, adeo  
plunia nihil offenditur, ut uix etiā fūstem sentiat.

Suscō, deq;. Plautius.  
Apud Plautū atq; alios autores inuenitur, Susq;, deq;  
fero, et Susq;, deq; habeo, pro eo quod est, nihil mea  
refert, nihil labore. Aulus Gellius scribit Susq;, deq;  
ferre idem ualere, quod a quo animo esse. Atq; inter-  
dum negligere et contemnere.

Manum non uerterim. Apuleius.  
Pro eo quod est, nihil omnino labore, mea nihil refert.  
Nihil enim facilius, quam manum uertere.

Quod non est opus, asse charum est. Seneca.  
Hoc est quantumuis paruo emptū, tamen charū, si nec  
opus est eo. Potest ad cōplures accōmodari sentētias.  
Ut si quis dicat artem quampiā minimo negotio posse  
disci, que tamen nihil frugis sit allatura, respōderi pos-  
set, Quod non est opus et c. Sisinius.

Vapula papyria.  
Dici solitum, si quando uolebant significare se neglig-  
gere minas aliquorū. Suspicio esse natum a Papyrio  
prætextato, à quo mater cōminādo plegas, frustra co-  
H.S. nata

## CONTEMPTVS.

nata est, exculpere, quid actum esset in senatu. Quid  
enī facias? diuinandū est ubi nō succurrunt autores.  
Οὐ θεωροῦ ἐπάλου ἀμελεῖ .i.

Aristote. Asinus esuriens fustem neglit.

In eos congruit, qui uentris compendijue gratia, quā  
uis contumeliam perferunt.

Cicero. Pili non facio.

Ne pilo quidem melior, cum minimum quiddā momen  
ti significare. Pili uilitas etiam Grēcis in proverbio  
fuit. Quo durior erit translatio, hoc uenustior. Nam  
pili non facio, præter hyperbolē, nihil pene habet fi  
guræ. At ne pilo quidem doctior. Ne pilo quidem inu  
cundior. Ne pilo quidem honoratior.

Οὐορ μέλει τῇ χειλώνι μῆρη id est,

Suidas. Quam curat testudo muscas.

Testudinem nihil nocere possunt muscae, propter te  
stam, qua munita est.

Nauci non facio. Nauci facio.

Pro eo quod est, nubili facere. Grammatici quidam in  
ter quos Festus Pom. aiunt nauci significare nucis pu  
tamen, aut oleæ nucleum, aut eam membranulam, que  
uisitur in medio nucis iuglandis intersita, denique rei  
cuiusvis putamen.

Flocci non facio, aut flocci facio.

Pro eo quod est, ne tantilli quidē facere. Est autē flo  
cius particula lane, quæ inutilis a uellere diuellitur, at  
que euolat, aut simile quiddam nullius momenti.

Cicero. Ne Teruncium quidem insumpsit.

Est aliquoties apud Ciceronem hyperbole Teruncij,  
quod appetat esse genus minutissimi nummismatis.  
Accipitur pro re uilissima. Varro Teruncium à tri  
bus uncij dictum putat.

Fusstro

**Frusto panis.**

Aul. Gel.

Pro re quantumlibet pusilla, ac uili. videtur hyperbole sumpta, uel à canibus, quos frusto panis imitare solimus, uel à mendicis.

**Nec vno dignus.**

Ne uno quidem dignus, et uno dignus, de uilissimo.

Translata metaphora à iactu talorum.

**Ne nummus quidem plumbeus.**

Plautus.

Nummum plumbeum, hyperbola proverbiali, pro minimo pecuniae ponunt.

**Ne umbram quidem eius nouit.**

Adagiū uidetur ductū ab antiqua pictura, quæ rē dum taxat umbris ruditer representabat. Et nota est specie Platonica, in qua q̄ desidēt, rerū umbris oblectantur.

**Ne allij quidem caput.**

Οὐδὲ σκορός τε φαλλὸς δέσμωκεν.

Aristop.

Id est, Ne allij quidem caput dedit. Conuenet in sor didum, et impendio parcum. Aris. Nemo uel allij caput addit coctis.

**Ne terra quidem iuuit.**

Vergilius

Ne et terra quidem profuit. i. ne minimo quidem.

**Ne guttam quidem.**

Pro minimo. Aris. At tu mihi da pacis unam guttulam.

Plautus.

**Ne ramenta quidem. Ne festuca quidē.**

Ne ramenta quidē ditior, quasi dicas stuppa ditior.

Οὐδὲ μισθόν τοπάσχεις i. Nihil sacri es.

Siquidem Græci quicqnid præclarū, ac uehemeter cōducibile uideri uellent, id sacrū appellabant. Ut Sacra res consiliū, et Sacra ciuitatem dixit Aristidis. Qui proverbi tradunt originē, aiunt Herculem, cōspecta Adonidis imagine, contempſisse his uerbis: Nihil es sa cri. Accommodatur ad quamvis rē defpectui habitam.

Nihil

## CONTEMPTVS.

- Tullius.** Nihil sanum.  
summam morum corruptionem, ex nullum honestire  
spectum, his uerbis Greici significant. οὐδὲν ὑστερεῖ &c.
- Plautus.** Homo trioboli.  
Pro homine nequissimo, planeq; nullius precij.  
μηδέν τοι ὀπολοντίμιον, id est,  
Exiguum oboli premium.
- Suidas.** Conuenit in homines nequam, nihilique. Quāq; nihil ob-  
stat quominus ad rem contemptam transferatur.  
Αθερίζειν.
- Galenus.** Gracis & θεραπευται quod recycitur, ac nihil fit. Trās  
latum à summis ordei spicis, que ceu cuspides habent.
- Diogenia.** Holerum appositiones.  
Αἱ τῶν λαχάνων προσθήκαι.
- Plinius.** Id est, Holerum additamenta. De re nullius momenti,  
Sumptum uidetur uel ab holericibus appositis in mensa,  
uili nimurum cibo: uel austarijs holericum, que nonnulli  
quam emptores sordidi ac tenues requirunt.  
Πολλὰ συγών λάχανα, id est,  
Multa Syrorum olera.  
Dicetur aut in magicae artis peritos, ex herbis malefici  
cis eam exercentes, aut in eos qui rebus uilibus abundan-  
t. Fortassis ex recte dicetur in eos, qui in rebus non  
multe frugis, nimium insument operis, quippe non in  
agris serēdis, sed in hortis colendis occupati, que plus  
adferant uoluptatis quam emolumenti.
- Terentius.** Huius non facio.  
Terentius in Adel. Huius quicquam non faciam. Donda-  
tus admonet esse demonstrantis, aut floccum, aut stipu-  
lam, aut summū digitum, aut huiusmodi quippiam.  
Quatuor obolis non aestimo.  
Τετράρων ὄβολῶν οὐνού οἴει.  
Id est,

*Id est, Quatuor obulorum esse puta. Simile illis. Aſſis te nō facio, et dupūdij nō facio, et terūtij nō facio etc.*

**Tricæ, Apinæ.**

*Marcialis*

*Tricas & apinas uulgo res fuitiles ac nugatorias dicebant. Marcialis. Quæcum lusi iuuenis & puer quondam, Apinasq; nostras. Idem. Sunt apinæ tricæq; & si quid uilius istis. Vnde & tricari simili figura dicebat nugas agere. Adagium ab euentu natum. Nam Tricam & Apinam oppida fuisse quondam Apuliae demonstrat Plinus libro tertio naturalis historiæ. Stephanus ostendit Tricā urbem fuisse Theſſalici, sors titam id nominis à Trica Penei filia. Nonius Marcellus Tricas impedimenta & implicationes interpretatur. Vnde dictum, Extricare, Intricare. Lucilius Tricones appellat, qui nugis hominem remoren̄tur. Et Tricinus questus, pro tardo seu fisco.*

**Nebulæ in pariete.**

*Ausonius*

*Pro re nihil, ſomnijs ſimillima. Nā nebula res est immor, quam ut coloribus exprimi queat.*

**Trium literarum homo.**

*Plautus.*

*Per ironiam dici potest in eum, qui generofus ac ingenuus uideri cupiat. Inde natum, quod olim ingenuum nomen, prænomen, & adnomen in literis aut insignibus suis, tribus litteris notare soleant, ut pro Quinto Valerio Maximo, Q. M. V. Plautus in Aulularia iocum alio detorsit. Nempe in ſeruum furacem. Subiicit enim. Etiam fur trifurcifer.*

**Vitiosa nuce non emam.**

*Plautus.*

*Apud Plautum est. Vitam tuam uitiosa nuce nō emam pro eo qđ est, ne minimo quidē. Et uulgo dicimus, caſſa nuce non emerim, & putamine nucis non emerim.*

**Kai κόσχος οὐ λαχέας, id est,**

*Etiā*

## CONTE MPTVS.

**Etiam Corchorus inter olera.**

**theophras.** Dici solitū in homines nullius precij, qui tamen in numero aliquo studeant haberi. Nam Corchoros oleris genus est uilissimi. Plinius etiam commemorat inter herbas sponte nascentes.

**Euriped.** Inter indoctos etiam Corydus sonat.  
Επ ἀμοντοις κοι κόρυδ Θεέψει.

**Id est,** Inter amusos etiam Corydus sonat. Quadrabit in quosdam, qui apud idiotas audent sese uelut eruditos uenitare, inter doctos alioqui clingues. Corydus uilissimum auiculae genus, minimeq; canorum, strepit tamen utcunq; inter aues mutas.

**Iuuinalis.** **Mandare laqueum.**  
Mandare laqueū dicimur ijs, quos usq; adeo negligi nobis significam<sup>9</sup>, ut si uel suspendāt sese, nihil ad nos atineat. Iuue. de Democrito. Cū fortuna ipse minaci Mandaret laqueum, mediumq; ostenderet unguem.

**Marcialis** **Medium ostendere digitum.**  
Medio item digito ostendo, supremum contemptū significabante. Marcialis. Atq; illi digitum porrigeret mediū. Nam hunc digitū Marcialis impudicū uocat. Ostendit digitū, sed impudicū. Persius. Infamē infami digito, et lustralibus ante saluis, Mandaret laqueū, mediumq; ostenderet unguem. Eodē in carmine duobus adagijs extremum contemptū indicauit: Elegans fieret utrungq; si longius detorqueatur. Ut philo sophicis scriptis laqueū mandes, tu tuo uiueto more. Et Theologorū decretis negociatores mediū ungue ostendunt. i. plane contemnunt, rideantq;

**Horatius.** **Minimo prouocare.**

Est contemptum ad certamen prouocare. Sumptum à gestu

gestu prouocantiū ad pugnam , minimo digito porre-  
cto. Horatius in ser. Crispinus minimo me prouocat  
accipe, si uis, Accipe iā tabulas, detur nobis locus, hos  
ra, Custodes, uideamus uter plus scribere possit.

Ante hac putabam te habere cornua.

Πρὸ τούτῳ σὲ ωὐλω κέρατα ἔχει.  
.i. An hac credebā tibi eē cornua. De ijs, q prius habiti  
fortes ac strēnui, postea cū res uirū postulat, apparēt  
ignauī. Vnde et Comicus cornutā bestiā uocat, hoīem  
paratū se defendere. Deniq; Dialectici cornutum ap-  
pellant syllogismum dilemma, uelut inexpugnable.

Plumbeo iugulare gladio. Tullius.  
Est futili leuiq; argumento conuincere quempiam.

Hoc nouerā priusquā I heognis natus ē Lucilius.  
Quo rē frigidā et ineptā significabante. Apparet sum  
plū à Teognide Tragōdiarū scriptore, quē frigidif-  
sum fuisse testatur suidas, et ni fallor memoria.

Λοκεῖκὸς βός .i. Locrensis bos.  
De re uili, aut de munere leuiculo dici potest. Cum  
aliquando Locrenses publicum sacrum facturi, bouem  
desyderarent, cōposito ex minutis lignis bouis simula-  
chro, Dijs rem diuinam fecerunt.

Καυδέας σκυλί .i. Scarabei vmbrae. Diogenis.  
Dictū est de mani metu, q hoc insectum repente aduo-  
lans, nonnunquā terrere soleat parum attentum.

Βός ὁ μολοτῷρ .i. Bos homolottorum. Zenodot.  
Dicebatur in plurima distractus, ac ueluti dissectus ne-  
gotia. Poterit et ad rem referri. Ut si quis argumen-  
tum nimis minutatim diuidat, ita ut confundere et cō-  
cerpere magis, q diuidere uideatur. Senodotus prodi-  
dit Homolottos populos, dissecto in minimas particu-  
las bove, foedus iungere.

Ego

## CONTE MPTVS.

Suidas. ΕΕδομός βός, id est, Septimus bos.

Olim in stupidos, brutosq; dicebatur. Id hinc ortum esse tradunt, quod antiquitus post sextam lunam bouis imaginem è farina pinsere consuecerint, qui septimā lunam cornibus referrent. Sunt qui malint hinc natū, quod cum apud ueteres sex animaliū genera mactari Dijs soleant, ouis, sus, capra, bos, gallina, anser. Pauperes non habentes uiuum animal quod immolarent, bos uis simulachrum è farina fingere consuecrunt, is quo nā uita sensuq; careret, in stoliditatis abijt prouerbiū.

γενναῖς εἰ τὸ βαρλαυτίου,

Generofus es ex crumena.

In eum iaciebatur, q; propter opulentia generofus bas beri uoluisset, alioquin obscurus et humiliis.

Suidas. Απόχυάς.

Suidas indicat hoc cognominis prouerbiali ioco dici solere in seruos stigmaticos, q; haec avis plumas habeat varijs colorum notis distinctas.

Zenodo. Αλώνητος ἀνθράκων, id est, Sale emptum mancipium.

In barbarū quempiā ac uilem homuncionē olim dicebatur. Nam negotiatores olim in mediterranea sale im portantes, mancipia reportabant à barbaris.

Tullius. De lapide emptus.

In uilissimum et uehementer obscurum hoīem dicebatur. Iulius Pollux Lapidem appellat, unde quondam uendebantur mancipia.

Zenodot. Σικελός σφάτιωτης .i. Siculus miles

In peregrinum ac mercennarium militem. Propterea q; Siculi temporibus Hieronis exoticō milite plerung; uterentur. Conueniet in hoīem, lucri gratia nullū ministerij genus recusantem.

Imi sub

Imi subselliij.

Gellius.

Viros appellat parasitos, qui ita in conuiuiū admittuntur, ut imo sedeat loco. Hora. Et mihi derisor lecti, scurra significas. Lepidius erit, si transferatur lōgius, hoc est ad eos, q̄ inter aulicos proceres, extremo sunt loco aut inter eruditos postremu sunt, quos et infra clasē, et extreme clasē, et infimae notae licebit appellare.

Δόλωμ ωόλης .i. Seruorum ciuitas.

Suidas.

De cœtu cōiectuq; hoīm improborū, furaciū, aut ignobiliiū dici pōt. Est hoc noīe ciuitas quæpiā in Lybia. In hanc si quis seruus lapidem importasset, cōtinuo liber fiebat, etiam si peregrinus fuisset. Est et alia iuxta Thraciam, Græce Poneropolis, id est, improborū ciuitas. In hanc Philippus collegisse dicitur uelut in sentiam, infames, sycophantas, falsos testes, et id genus alios, ad numerum duūm milium etc.

De fece hauriie.

Tullius.

Pro eo, quod est, sordida quæpiam, ac plæbeia, nimisq; humilia persequi. At qui tempus tereret, in commemorandis oratoribus quibusdā obscuris, ac nullius penè nominis. Mutuo sumptum à sordidis istis, q̄ uitum unā cum ipsa fece hauriunt.

Κερπή μύστα .i. Carica musa.

Aristop.

De lugubri aut rustica atq; indocta, seu molesta canticione dici solitum. Propterea, q̄ ut tradit Athenaeus, Cares itidē ut Phœnices, in luctu tibijs uti solent magnitudine palmi, lugubre quiddā et stridulū sonatibus

Asinos nō curro. Φ οὐώρ οὐ μέλει.

Id est, Cæterum asinos nil moror. Congruit in eum, qui domesticis contentus opibus, non querit aliena. Nam cui plastrum est domi, huic non est opus asinis conductitijs.

## CONTE MPTVS.

**Suidas.** Μῆλος ἵρακλης .i. Pomarius Hercules. Per contemptum dicebatur in eum, qui nomen quidem magnificum gereret, ceterum opibus nullis, nullaq; potentia pollens. Narrat Suidas, cum rustici Herculi bouem effent immolaturi, is rupto fune profugisset: nec esset quod sacrificaretur, malum arreptum suppositis quatuor ramis, cruris uice: deinde additis alteris duobus ceu cornibus, bouem utcunque fune imitati. Idq; ridiculū simulachrum, pro uictima sacrificarunt Iulius Pollux aliter narrat.

**Zenodo.** Μῆλομ ἱρακλῆς .i. Malum Hercules. Dici conueniet, ubi quis munuscula quantumvis pusilla boni consulit.

**Cicero.** Munus leuidense.

Cicero uocat munus uile, minimiq; precij. Servius ostendit Leuidensem uestis esse genus uile, raro, tecruiq; textu. M. Tullius orationem suam parum elaboratam atque expolitam, Leuidensem munus appellat. Eleganter accommodabitur ad officium uulgare, non admodum ex animo.

**Eγείνθιος δ' ιόνυσος .i. Cicerinus Bacchus.** De re uechementer contempta. Sumptum à potu ex leguminibus confecto: qui uinum imitatur. Veteres autem diuersis rationibus uinum effingebant, quarum nō nullas commemorat Plinius. De Zitho Aegyptiorum, Celia Hispanorum, Ceruisia Gallorum. Erat id postus genus ex leguminibus coctum, quod inopia uini repertum est in his regionibus, que uitem nō ferunt. Hinc natū uideri potest ex illud: Nihil ad Bacchū, ut id dixerit quispiam gustata ceruisia. Porro cōtemptā fastiditamq; fuisse ceruisiā ijs, q; eatenus assueuerant uino, testatur à Julio Imperatore ex c.

xvij

**XVII** **P**rofessio deoꝝ .i. Ollaris deus.

Dicebatur in hoiem humilem ex contempte sortis.  
Magni Diꝝ, ebore, auro, ex argento sculpebantur. At  
plebei illi ex minutuli, qd genus sum Silenus ex Pri-  
bus, qualibet materia fingeabantur.

Seneca.

Soterichi lecti.

De re uili, priscaq; , et minime ambitiosa ex rudiſ ar-  
tificij. Coniſcere licet Soterichū fabrum fuisse quem-  
piam, cuius opera prisca illam ex rudem simplicitatē  
preſe tulerint. Dignus fanè Seneca uideatur lectione  
ac studio adolescentiū, qui honorē ex colore uete  
ris orationis Soterichi lectis cōpararit, quaſi minima  
ſcilicet gratia, ex relictu iam contemptisq;.

Tà κκείδου ιη̄ βουφωνιώρ .i.

Aristop.

Cecidis & Buphoniorum.

De re magnopere prisca, ex obuetuſtatē iam pridē  
obſoleta defuetaq;. Siquidē Cecides peruetuſtuſ quis-  
piam Dithyramborum poēta fuit, cuius ſcripta iam fi-  
tum olebant. Itē Buphonia festū quoddam erat apud  
Athenienses obuetuſtatē ne glectū iam ac deſitum.  
Si notare uelis Pontifices, Episcopos, et Sacerdotes,  
quod Euangelica precepta de paupertate, de toleran-  
tia iniurijs, de contemptu uitæ, aut priscorum Ponti-  
ſicuſ decretuſ, de symoniacis, de delegendis abſq; cor-  
ruptela episcopis, de ſubmouendis ſcelerosis iam pro  
antiquatis habeant, dicas licebit. Hęc Cecidis ſunt  
et Buphoniorum.

Ficulnus.

Theocrit.

Lignum ficulnum ut fragile, atq; ad oīa ferme inu-  
tile, prouerbijs aliquot locū fecit. Nā ἀνθεὶς οὐκινού  
uirum ficulnum appellant, mollem atq; inutilem.

I.2.

Euklēs

## CONT E M P T V S.

ΣΥΚΙVN ΜΑΧΟΥΣΑΝ .i. Ficulnus gladius:  
De friuola causa dici potest, quaeque minimo negotio quæd  
refelli. Dicitur autem ficulnus gladius sycophanta,  
quod mollis sit et calumniator.

**Plautus.** In foribus vrceum. ΕΠΙΛΘΥΠΟΥΣ ΤΣΥΔΕΙΟΥ.  
Id est, in foribus aqualem. Significat rem contemptam  
ac uilem. Negliguntur enim, quæ passim sunt obvia, quæque  
facile quibuslibet contingunt. Itaque urceum in foribus  
positum nemo studet tollere proclive enim. Verum uniones  
in scriniis recoditos magis expetunt. Sene, Multi apta  
transcunt, condita et abstrusa rimantur. Furem signata  
sollicitant. Vile uidetur quicquid patet etc.

ΣΥΝΟΡΕΦΕΡΜΗΝ .i. Ficum Mercurio.  
De prompto et quibuslibet exposito beneficio dicebat  
tur. Nam antiquitus mos erat, sicubi fucus creptus fuisset,  
cum ueluti Mercurio sacrum suspendere. Liberum  
autem erat tollere ficum marcuriale.

**Hierony.** Merx vltronea putet.

Id est, ingrata sunt, quæ ultro non potentibus offeruntur. Hiero. Tritum, inquit, prouerbiū est, vltroneas  
putere merces. Vnde et nos de industria dicenda reti  
cerimus, ut audius uelis audire, quæ tacita sunt.

**Horatius** Numerus.

Homines nullius bona rei, numerus prouerbio dicuntur,  
etiam idiotis. Hora. Nos numerus sumus, et fruges  
consumere nati. Translatum uideri potest à calculis, ad nihil aliud utilibus, nisi adnumerentur.

**Homerus** Telluris onus. ΤΗΣ ΓΑΡΩΝ.

Id est, Terræ onus. De homine uehementer inutili, qui  
nihil aliud, quam terram suo pondere grauet.

Abominandus scarabeus. ΜΥΟΝ ΚΑΒΩΘΕΡΙΟΝ.  
Id est, Abominanda cantharis. De uiliissimo homine dis  
cebatutus.

cebatur. Cantharides uermiculi sunt loetali ueneno . Quanquā hoc adagio magis cōuenit, ut sit diminutiuū à Cantharo scarabeo, quasi dicas scarabeolus. In sacris quoq; litteris uermis abiit in proverbiū contemptus Ego sum uermis, et non homo.

Minus de istis laboro, quam de ranis pa listribus.

Qua significamus nihil omnino ad nos pertinere ne gocium. Recte dicetur in obtrectatores, quorum ob locutiones dicemus nos fortiter contemnere. Siquidē ranæ tametsi assidue obganniant oblatreniq; prætereuntibus, et odiosam illam cantionem iterent sine fine Ερεκεκεξ κοάζ κοάζ, tamen nemo cōmouetur. Origenes Aegyptiorum ranas dialecticorum et sophista rum garrulitatē interpretatur in decretis pontificys.

Indus Elephantus non curat culicem.

Κώνωπ Θελέφοες ινδός οὐκ ἀλεγύζει.

Id est, Culicem haud curat elephantus Indicus. Diciliū est autem ob singularē duritiam cutis elephantinae, qua fertur etiam iacula excutere.

Δοῦλος αὐξεῖ .i. Cochleare crescit. Chrysip. Dici solitum in pusillos homunciones per ironiā. Nam Cochleare pusillum est et contortum.

Κόννα φυφος .i. Connæ calculus. Aristoph. In hominem aut rem nihil, nulliusq; momenti. Connæ Citharoedus, siue ut quidam volunt, Lyrista, ex eorum numero, qui citra uocem organo canebant.

Sunt qui dicunt Connam fuisse quendam extremæ for tis hominem, qui deuorato patrimonio, pauperrimus fuerit. Aristophanes, Connæ siculum folium, q; eo lusitare sit solitus. Idem. Te quidem Connæ suffragii existimant, hoc est, nihil ducunt.

I.3. Incertum

## CONTEMPTVS.

Inertium chorus. Αγγέντωμ χοφός,

.i. Feriatur chorus. De cœtu lascivientiū dicebatur.  
Ociū enī ad oēm nequitiā impellit, præcipue iuuentis

Μεγαρέσις οὐτε τρίτοι, οὐτε τετάρτοι .i.

Megarenses nec̄ tertij, nec̄ quarti.

Dicebatur olim in homines supra modum ignavos,  
et contemptos, nulloq; honore dignos. Natum adagium ex oraculo quodam et c.

**Diogenia.** Rusticanum oratorem ne contempseris.

Αγροίκος μή καταφεύνε γῆτος.

Id est, Rusticanum ne cōtempseris rhetorē. Admonet  
adagiū, ne quē ob imperitiam, infantiacē fastidiamus.  
Nec̄ spectes à quo, quoue pacto dicatur, sed quid.

**Terētius** E flamma cibum petere.

Hoc est, quiduis cibi causa passurum, facturumq;.

**Strabo.** Myorum postremus. Μυσῶμ ἔχατ.

.i. Myoru extremus. Strabo refert Myoru populū  
usq; adeo cōtemptū fuisse, ut proverbio locū fecerit.  
Summum itaque despctum et infimam humilitatem  
hoc adagio significabimus.

**Diogenia.** Καρκίος τράγος .i. Caricus hircus.

Diogenianus indicat dictitatum de uilibus et cōtem-  
ptis. Carum populus, q; paſsim in bellis mercenariā lo-  
carent operam, ceu uili uita. Plato Caricum hominu-  
cionem dixit, pro uili nihilq;.

Αταδεῖτος Κλωνίδου .i.

**Aristoph.** Indoctior Philonide.

Hic Melitenſis erat prægrandi corpore, ceterum illa-  
sulsus et indoctus.

**Horatius.** Calabri hospitis Xenia.

Itaq; Calabri hospitis xenia et munera recte dixeris  
rusticana lchiaq; quaq; magis onerent accipientem, q;  
iuuentis.

iument, aut quæ donantur contempta. Siquidē Calabri,  
q̄ pyris abundant, consueverunt ea hospitibus affatim  
apponere, deinde saturos, bellariorū uice domū aufer-  
re iubent. Quod si recuses, eadem porcis obiciūtur.

Principatus Scyrius. Αρχὴ τοῦ κυρίου.

Zenodus.

Id est, Imperium Scyrium. De frigido tenuiq; regno.  
Scyrus insula, quam olim coluere Cares, petrifica &  
infrugifera. Adagium eleganter accommodabitur ad  
munus aliquod, unde præter inanē titulū, & molestā  
administrandi curam, nihil emolumenti capitur.

Ciceris emptor.

Horatius.

Hora in ar.po. Ciceris ex nucis emptor. In simile sortis  
hominem, deq; imia plebe quempiam significans.

Cubito emungere. Αγκῶνι ἀπλύνειν μένος Suidas.  
.i. Cubito emungēs. Proverbialis ironia in hoīem for-  
didi questus, & cōditionis abiecte. A falsamentarijs du-  
cta, quibus mos est, uarium mucum cubito abstergere,  
nimurum manibus muria & falsagine oppletis.

XV ωρὶ γῶμ & πότῳ μοχθαλίοις .i.

Canis viuens e magdalia.

Dicit solitū in parasitos & alieno uictitantes cibo. Ma-  
gdaū dicit, quasi furfurē, & manū purgamentū.

Οὐ φροντίζει πολλαῖδην. Nō ē curæ Hippocliди Herodot.  
Hoc adagio significabant se quippiā negligere, neque  
magnopere laborare. Ut autem historiam ab Herodo-  
to pluribus uerbis narratam, in pauca conferam, Hic  
Hippoclides erat Tisandri filius, qui cum multis alijs  
iuuenibus Clisthenis Sicyonij filiam ambiebat. Ve-  
rum cum Clisthenes procos toto anno probaret, &  
Hippoclides in conuiuio indecoram quandam saltatio-  
nem adidisset, sublati in altum pedibus, Pater offens-  
sus in honesto iuuenis lusu, ait: Fili Tisandri a nuptijs

I.4. tua sal

## CONTEMPTVS.

tua saltatione excidisti. Ad illa protinus respōdit Hippo. Haud curat Hippoclydes.

Οὐ μάλα κυνῆς. i. Non admodū misces. Id est, Non multū potes, neq; prodeesse neq; nocere. Pericles dictus est totā Græciam nūscuisse sua eloquētia, q; arbitratu suo uersaret omnia.

Contemnentis inimicum.

Qui negabit se commoueri conuitijs alicuius hominis contempti.

**Martialis** Indignus qui illi matellam porrigit.

De uehementer inæqualibus, ac ne ulla quidē ex parte conferendis. **Martialis.** Dispereā si tu Pyladi præstare matellam Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.

Contemnentis dipterium.

Siquādo significabimus nos scōmate seu cōtumelia leuiter cōmoueri, nec altius in animum dimittere.

**Suidas.** Tanquam Conchylium discerpere.

Ωατροὶ κογχύλιοι διελέμη.

Id est, Tanquam concham dilacerare. De imbecillis viribus longe inferioribus dicebatur.

Τραγυκός βαστλεὺς. i. Tragicus rex.

Dici potest, uel qui nomine duntaxat rex sit, ceterum viribus parum polleat. Nam in Tragœdijs tantisper durat imperium, dum fabula peragitur.

Vterq; ambo. Ο μὴν ἐκάτῳ Θεῷ αἱμόπτερον, οὐδὲ ἀμφόπτερον, οὐδὲ τρίπτερον.

.i. Vterq; ambo, abo neuter. Quadrabit i duos aliquos, quorū alterius nequitā alterius probitas compensat.

**Eudemus** Βατακάρας.

In pinguibus dictū et ipotētibus. Nā Græca uox hinc dicta est. Baras enī pronū significat, et κάρα caput. Conuicit in temulentum et somnolentum.

Pannus

Pannus lacer.

Lucianus

Hominē iā fastiditū & reiectū, γάρ οὐ πολυχιδεῖς appellant Græci. Id est, Pannū undiq; lacerū. Sumpta metaphora a ueste, longo usū detrita, atq; ob id reiecta, cū noua fuerint in precio. Sic quidā amicis utūtetur uti uestibus, dum usui sunt, ac uigente amplectuntur, sed cum inutiles esse desierunt, negligunt.

Quis usus cepis putridi.

Τίς χρεῖα τὸν ὀπλὺν κρωματύς.

Id est, Quis usus putrefacti cepis? De rebus aut etiā hominibus reiçulis, & quorum nullus usquā est usus. Etenum cum cepe sit herba per se uiliissima, simul atq; computruit, nihil abiectius.

Βλάσκος ἀχεισότερος, i. Inutilior Blace. In hominem nihili, nulliusq; bona frugis dicebatur. Sumptum à pisco usq; adeo uili, ut à canibus quoq; fastidiatur. Est autem piscis non dissimilis siluro.

Extritum ingenium.

Παρεξηνλημένοις νοῦς ἔχων.

Id est, Mentem habens euanidā, euanidā perinde sonat, quasi dicas, extibiatam.

Barbam vellere.

Horatius

Quo summum contemptum, ac ludibrium significa mus. Hora. in sermo. Barbam tibi uellunt, lasciuī pueri. Persi. idcirco stolidam præbet tibi uellere barbā.

Nihili cotio est.

Plautus

Dictum uidetur in eos, qui pollicentur in futurū, in Afina. nec exhibent rem presentem. Gellius cocionem dixit, quem ueteres ariolatorem dixerint.

Non pluris quam simias.

Simia ridiculum animal est, & uulgo contemptū. Dion Prudens. Quos ego, inquit, nō pluris facio quā I. 5. ut aici

## CONTAGIO

ut dici solet, simias.

Kαὶ τὸ σκιὰ. i. Fumi umbra.

Pro re qualibet uili. Cum omnis umbra res quæda  
est inanis, tum uero fumi umbram penè dixeris um-  
bram umbra.

Diogenia . ASφεπτὶ ἐκ πύελος..i. Fulgur ex pelui.  
nus.

De minis eorum, qui ladedere non queant.

Horatius      Oppedere, & oppedere contra tonitrua.

Oppedere prouerbialiter, pro reclamare & conté-  
nere reperimus usurpatum. Horatius. Vim tu curris  
Iudeis oppedere.

To δίων γε, Id est. Dionis gry.

Recte dicetur, aut ubi quempiam magno animo cō-  
temnumus, ac ne responso quidē dignū habemus. Aut  
cum rem nubili significamus. Natū ex euentu adagii.  
Dion Alexandrinus natione, præcipuā in Philosophia  
laudem est consecutus. Itaq; cum quidā ex eius concer-  
tatoribus Dionē probris incesseret, fanda atq; infan-  
da in eū euomens, multa interim turba ad coniūtiū, ut  
sic affluente, ipse ne uerbo quidē respondit maledictis,  
uidelicet philosophiæ dogmatū memor. Ceterū ubi iā  
intra ædiū suarū uestibulū esset, (nā cōuiciator eousq;  
erat prosecutus) nihil iracūdiae pre se ferēs, hoc tantū  
respondit, οὐδὲ σε. i. ne gry quidē. Iuuenis aut animo  
impotens, laqueo se præfocauit. Vnde Ada. &c.

## CONTAGIO MORVM

Oscitante uno, deinde oscitat & alter.

Ἐνὸς χαρόντος μετέχητε περ.

Id est, Cum oscitat unus, statim oscitat & alter. Di-  
cendū, quoties exemplo peccati, statim prouocatur ali-  
quis ad

quis ad simile facimus. Fit autem hoc occulta quadam natura ut, si quis uiderit oscitante, cogatur et ipse oscitare. Cuius rei causam etiam reddere conatur Philosophi.

**C**orrumpunt bonos mores colloquia prava. Paulus  
Eodem pertinet ille Menandricus senarius, quemad Corin.  
Diuus Paulus Apostolus, haud quaquā grauatus est  
in prima ad Corin. epistola citare. Mores bonos cōmū-  
stus inficit improbus. Aristo. Malus ipse fies, si malis  
conuixeris. Ioannes Coletus meus, uir pariter eruditus  
et incorruptus, subinde dictitare cōsueuit. Tales  
nos esse, qualia sunt quotidiana colloquia, tales euadere,  
qualia frequenter audimus. Iam uero quod de collo-  
quio dictum est, idem oportet ex de studijs accipere.

Si iuxta claudum habites, subclaudicare Plutarch.  
disces.

Ἐπ χωλῇ πορεομένοις ὑποσκάζει μαθήσῃς.  
Id est, si iuxta claudū habitaris, disces subclaudicare.  
Proverbiū admonet perniciōsam improborū hominū  
consuetudinē, propterea, quod cū corporis, tū maxime  
anū uitia contagio serpunt in uicium. ex c.

## CONTRA.

**C**antherium in fossa.

Linhos.

Rusticū adagiū, sed tamen ē re militari natū. Hoc  
licebit uti quoties q̄s ad id negotiū trahitur, in quo ne  
quaq̄ ualeat. Aut ubi res erit uehemēter impedita, pe-  
riculosaque. Pugnat autem cū illo, qđ alibi dicemus. Equū  
in planitiē. Etenim quemadmodum plurimum ualeat  
equus in planitiē, ita minime ualeat in fossa.

In putoe constrictus.

Plato.

Quadrabit in eo s̄ qui in angustias eas redacti sunt  
ut extricare nullo modo possint.

Nunc meæ

## C O N T R A R I V M

**Teretius.** Nunc meæ in arctum coguntur copia.  
Metaphora sumpta ab exercitu, qui laborat, in quo  
conclusus locc, et undiq; obsidetur ab hostibus, ut dif-  
ficile sit effugere.

**Horatius.** Inuita minerua.

Pro eo, quod est, refragante ingenio, repugnant  
natura, non fauente cælo. Cice. in offi. Inuita, ut aiunt,  
Minerua. Hora. Tu nihil inuita dices, faciesne Miner-  
ua. Seneca dixit, Male respondere coacta ingenia.

## S C O N T R A R I V M Philautix:

Non est beatus, esse qui se nesciat.  
Sensus est, haud esse satis, ut adsit felicitas, ni felici-  
tatem tuam intellexeris. Vergi. O fortunatos nimium  
bona si sua norunt Agricolas.

**Theo =** οὐλος πλοῦ τος. Asilos plutos.

**phrasitus.** Vocabatur cū quis suas dotes ignoraret. Porro felici-  
tatis non minima pars est, ut quisq; sua norit bona.  
Veluti si qua formosa cū sit, putida esset tamen, sibi  
displiceret.

## S C O R R E C T I O D I C T I.

**Homerus** Corrigentis, quod dictum est ab alio.  
Vbi notabimus aliquem tanquam haud ex animi sen-  
tentia locutum, aut ubi quid dictum sit parvum honestum,  
intorquemus uersiculum hunc. Home. Sermonē hoc  
alium potiorem adducere nosti.

Correctio dicti.

Dictum obscenius et bonis uiris reticendum, aut  
absurdum dictu, notabimus hoc uersiculo. Sermonem,  
quem nemo uir unquam promat ab ore, Qui modo co-  
gnorit cordata et sana profari.

CRVDE

## CRVDELITAS.

Maniana imperia.

Liuius.

Recte cōgruit in hos, qui saeuunt in eos, in quos ius  
nacti sunt, & qui nimis rigida iuris obseruatione, hu-  
manitatis & æquitatis obliuiscuntur. Liuius & Vale-  
rius narrant L. Manium, filiū occidisse propter edi-  
cti transgressionem.

Opera Sylosontis ampla regio.

Strabo.

Εντὸς συλλογῶν θεοῦ εὐεργέτεια.

Id est, Per Sylosontem regio facta est amplior. Nam  
Syloson munificentia Darij, mortuo Polycrate, Samio-  
rum adeptus tyrannidē, cum acerbius exercebat im-  
periū, ita ut ferè solent ijs, qui ab humili fortuna rep̄ ē-  
te ad res amplas prouochuntur, & ob hanc causam in-  
sula descrebatur ab incolis.

Phalaridis imperium. Φαλαρίδης οὐρανὸς. Lucianus

Id est, Phalaridis principatus. Recte dicetur in eos,  
qui crudelius exercent imperium, aut potestate sibi  
delegatam. Ortū adagiū à Phalaride Agrigentinorū  
tyranno, quem sua crudelitas nobilitauit.

Ηέρως δέ τε οὐρανὸς δύσκολος μάρτυρς.

i. Omnis herus seruo monosyllabus.

Henis & potentibus, breuissimo tantū uerbulo est  
opus, ut uel annuant, uel rēnuant. Sic uolo, sic iubeo,  
sit pro ratione uoluntas.

Budoro more. Βουδόρεω νόμοι.

Suidas.

Aut ut alibi reperio, Budororū more. Suidas in-  
terpretatur de ijs, qui digni sunt, ut bouis ritu excoriē-  
tur. Budini populi sunt Scythiae, sic appellati, quod à  
bubus uehantur, utpote plaustris adiū uice utentes.

Lemnia manu. Λεμνία χεῖ.

Dictum pro eo quod est, nefaria, impia, crudeli.

Crudelis Bacchus. Οὐκτόνης διόνυσος.

Baccho

## C V R I O S I T A S.

Baccho quondā uiuos homines sacrificari mos erat;  
Vnde in crudeles conuenit, siue quod temulētia fero-  
ces reddit et immites.

Aristo = Non magis parcemus quam lupis.  
phanes. οὐ φεστόμεθα μολλόμη λύκωμ.

Id est, Haud magis parcemus ac lupis. Inde natū,  
quod antiquitus lex ad interficiendos lupos, etiā p̄c-  
mio inuitabant apud Atticos.

Suetonius Lutum sanguine maceratum.

Theodorus Gadareus Tiberij Cæsaris in arte Rho-  
torica præceptor, perspiciens in eo, adhuc adulescēte  
seuitiā quandā cum ingenij stupore cōiunctam, inter  
obiurgandū illū subinde uocare solet, πναράραιμα  
συμπεφυειλόμ, Lutū sanguine maceratū, luto kro-  
ditatem innuens, sanguine crudelitatem.

Aristo = Non est oleum in lecytho.

phanes. ἔλαον οὐκ ἔνεσιν τῷ λακύσφ.

Id est, Haud quaquā inest oleū lecytho. Cum signi-  
ficamus non esse precibus locū apud inexorabilē. Νᾶ  
ἔλαιον oleum significat. ἔλεος, misericordiam.

Zenodot. Boni viri lachrymabiles.

Αγαδοὶ οἱ ἀριστέραις ἀνθρακες.

Id est, At quisquis probus, is multum lachrimabili-  
est uir. De ijs, qui facile cōmouerentur ad misericor-  
diam. Nam illachrymare dicuntur, qui misericordia.

## C V R I O S I T A S.

Zenodot. Mylus omnia audiens.

Μύλος τὰ ἀντί σκηδώμ.

Id est, Mylus oīa audiens. Dici solitū, ubi quis se disti-  
mularet audire cum oīa tamen auribus cariosis capta-  
ret, inscultaretq. Tractū uidetur à mola, unde explo-  
ratores

ratores obseruare soleant, quæ fierent, Aut à Myli curiosi cuiuspiam moribus.

**Corycœus** Κορυκεύς. i. Corycœus auscultauit Strabo.

Vbi quis id, quod agit conatus dissimulare, tamen à curiosis deprehenditur. *Corycus mōs est Pamphiliæ præcessus, ac portuosus, atq; ob id pyratarum insidijs oportunus. Inde exploratores illius montis Coryceos uocabant.*

Multæ regum aures. atq; oculi, Lucianus.

Ωταὶ καὶ ὄφθαλμοὶ βασιλίωρ πολλοῖ.

Id est, Aures atq; oculi regum multi. Allegoria inde ducta est, quod regibus cōplures ubiq; sunt exploratores, quibus uelut auribus utuntur.

Nodus in scyrpo queris. Plautus.

In arcum dicebatur, nimisq; diligentē, aut meticulosum, qui illic scrupulū moueret, ubi nihil esset addubitandum. Iunci species est scyrpus, cuius atq; enodis.

Quanquam apud Gelliū scyrpi dicuntur capiunculae, argutieq;.

## D A M N A N D I.



OTARI VNGVI. Hierony.

Carbone notare, Et similia, quod soleat ungui signū apponi, ubi quid parum placet. Horatius dixit Trāsuer so calamo signū apponere, pro eo qd est damnare. In eundē sensum Censoria uirgula legitur identē apud diuū Hieronymum, pro castigandi, notandiq; autoritate. A censoribus Romanis traductum, quoru partes erant notare, si qd in moribus ciuitatis, dignum emendatione iudicassent.

Contra

## D A M N A N D I.

Martialis      **C**ontra retiarium ferula.

**M**arcia. Deniq; uideas, an te delectet cōtra retiarū ferula, id est, an id faciendum tibi putas, quod nemo non damnet atq; exibilet. Dici solitū in eos: Domitius Cal- derinus admonet, qui infirmo præsidio, contra maxi me instructum pugnaret. Quanquam idē paulo post alio delabitur, nempe huc, gladiatores olim, si mūrus placuissent, ferula cæsos ejisci solere. Est autem ferula ligni genus, quo quondam pueri cædebantur, atq; item milites, si quid contra disciplinam facere uiderentur.

Diogeni.      **E**i μὴ τοτὶς οὐδείς. Ni pater es.

Itaq; quoties senis, aut potentis, aut alioqui ueneris di sententiam nobis haud quaquā probari significabis- mus, cui tamen honoris causa nolimus refragari. Ve- luti si quis opinionē Aristotelis apud Peripateticos, recte dānare uellet, loqueretur ad hunc modum.

Aristo-      **γάφω δέκνειν.** i. Calculo mordere.

phanes.      Dicuntur qui suffragio ledūt aut ulciscuntur hoīem.

**ἴσαι γάφοι.** i. Aequales calculi.

Si quando parum abest ut condemnetur aliquis, et tamen absolvitur, aut cū nutat animus, ambigitq; utrā in partem se deflecat, rationibus hinc atq; hinc uelut ex equo adhortantibus, atq; deterrentibus.

Lucianus      Non probant.

**Αἴλούσια τρεῖς καὶ γαμέμνονι ἡνόσοντες θητῶ.**

Id est, At non Atride sic est Agamemnoni uisum. Recte utemur, ubi rem quidē fatebimur honestam fa- ctu, uerum diuersa placere ijs, quorū libido plus ua- let, quam æquitatis ratio.

Ne nomen quidem.

Vlterius nec nomen erit belli atq; tumultus. Itidē Paulus ad Ephesi. Fornicatio aut omnis immundicia, aut auda-

aut avaricia, nec nominetur in uobis. Quid enim. Ita ne scelus est non uinare avaritiam, aut libidinem? Non opinor. Sed Apostolus ut grauiter uitia detestaretur Iesus est hyperbole prouerbiali.

## Θ Präfigere.

Thita præfigere, pro damnare. Persi. Et potis es uitio nigrū præfigere Thita. Nam nescio an debeamus Isidoro credere, qui primo Etymologiarū lib. scribit ita militari more solere fieri, ut cæsis salui T signarentur. Certe de hoc signo T fit mentio etiam in Apocalypsi, quæ beati Ioannis nomine legitur. Sed uero similius, quod scribit Asconius Pedianus olim in iudicijs sortes, quæ mittebantur in urnam, triplicē notam habere solere. Ac Θ quidē dānationis fuisse symbolū T absolutionis. A ampliatiōis, id quoties significabat sibi parū adhuc ligre, ac denuo causam agi oportere.

## In absurde locutum.

Vbi quis uidebitur absurdū quippiam dixisse, siue cum uerbum aliquod uidebitur per imprudentiā elapsum, quod satius erat reticuisse. Home. Dentis clausa tui quæ uox elapsa reliquit?

## Abiiciendum procul.

Cum uitiū aliquod admonebimus procul abiiciendū esse. Idem. In immensum mare proiecere.

## DE CRET V M.

Horatius

## Murus aheneus.

Horat. Hic murus aheneus esto, Nil conscire sibi, nulla palescere culpa. Vsurpatur pro certo & immutabili animi decreto.

DE GENERANTIV M Procopi.  
IN PEIVS.

ΑΦ' ἵππωμεν' ὄντες. i. Ab equis ad asinos.

K

vbi

## DE GENERANTES.

Vbi quis à studijs honestioribus, ad parum honesta deflectit. Veluti si quis è philosopho cantor, è Theologo grammaticus, è mercatore caupo. &c. Quadrasbit item, ubi quis è conditiōe lautiore, ad abiectiorem deuenierit.

**Lucianus.** Mandrabuli more res succedit.

Ετί μανδραβόλος χωρὶ τὸ πρᾶγμα.

Id est, Res Mandrabuli ordine succedit. Hoc est in dies in peius labitur. Inde natum quod Mandrabulus quidā, cum thesaurū reperisset, primū auream ouem posuit Inuoni Samie, proximo anno argenteā, tertio aereā. Non intēpestiuiter itaq; dicetur in eos q; in de terius abeunt. Pla. Si quis ipse seipsum uincat, oīm ui storiarū, tū prima, tū optima est. Rursum ipsum se ipso inferiorem esse, omnū & turpisimum & ignū uisimum est.

Heroum filij noxæ.

Αὐθέντησις ἡγώωμ τέκνα πύματα.

Id est, Virorū Heroum filij noxæ. Veteribus illud obseruatū fuit, præstantiū uirorū filios, multū à pro genitorū moribus abfuisse. Vnde et Demosthenes dixit. A uiris egregijs, perinde quasi fato quodā id accidat, improbos proficiisci filios. Manet & hodie uulgatus iocus, ex sapientissimis patribus, stultiissimos propagari liberos. Home. Aequat rara patrē soboles, sed plus rimi ab illis Degenerant, pauci superant probitas parentem.

**Terentius;** Haud canit paternas cantiones.

Οὐ ταπεινή αὐθέντη μέλη.

Id est, Haud paternas canit cantilenas. De eo, qui à paternis moribus degeneraret. Solent liberi maiorum suorum cantuunculis, quas admodū pueri didicerunt delectari.

delectari. Teren. Haud paternum istud dedisti.

Filius degenerans.

Homerus

In filiu qui a paterno degenerat instituto. Home.

At non consenuit, patriis in filius armis.

Quis parentem laudauit, nisi i infelices filij?

Quis patre laudet, nisi proles laudis inanis? Carmen  
nulgo iactatu de ijs, qui maiorū suorū facinora iacti=  
tane, nimurū nihil habētes qd de scipis uerè predicēt.

Aκεσίος, ιάγωτο .i. Acesias medicatus est. Diogeni.

Dici solitu de re, quæ semper uergeret in deterius,  
quoq; magis accuraretur, hoc pet<sup>o</sup> haberet. Occasionē  
adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus et  
stupidus, qui dum cuidam pedū dolore laboranti me=  
deri studet, auxit dolorem.

Taurum tollet, qui vitulum sustulerit.

Si quando significabimus maiora peccaturū adultū,  
qui puer uitij minoribus assueuerit. Non absurdum  
uidetur, adagiu ad Milonis Crotoniæ factu referri  
qui quotidie uitulu aliquot stadijs gestare solitus, eun  
dem taurum factum, citra negotium gestasse legitur.  
Atq; ita etiā quadrabit in eos qui paulatim etiā rebus  
maximis assuescunt.

Vt nunc sunt homines.

Si notabis temporū tuorū mores, ut semper in peius  
degenerantes à uirtute maiorum.

Eamus Athenas. Ιωμου εἰς αθήνας.

Licebit uti, si quando nos melioris fortune relicta  
pœnitibit.

## DEPRECANTIS & abominantis.

In capras siluestres. κατ' αἱ γαστὴρας ἀγέιος. Athenæ.

Id est, In capras feras. Abominantis est sermo, et

K.z. malum

## D E P R E C A N T I S.

malū deprecantis. Confine illi, Hostibus eueniant conuiua talia nostris. Athanæus ponit. Ad capras sylue stres pro eo, quod difficillimū esset inuentu, aut quod nusquam est.

Pindarus. Εἰ τὶ κακόν, εἰς τῷ γέγονῳ.

.i. Si quid mali in Pyrrham.

Subaudiendum recidat, aut abeat. Originē prouerbijs tradunt huiusmodi. Quondā Pyrrheos, quotquot erant finitimi, graui odio persequebātur, unde siquod malum aliquando uideretur impendere, id quod abominantes, precabātur, ut in Pyrrheos auerteretur dicentes, In Pyrrheorū regionem. Est autem Pyrrha Lesbi insulæ ciuitas, autore Stephano.

Suidas. Procul ab auribus nuncius veniat.

Απὸ οὐρανοῦ γύγελον ελθοί.

Id est, Procul absit nuncius aure. Sermo deprecantis nuncium male ausplicatum. Home. Ista uelut mihi sunt procul ab auribus.

Homerus Abhorrentis ac detestantis.

Cum dicemus nos uebementer à uitio quopiā abhorre. Ho. 15 mihi iuxta, inuisus, ut atri linnæa Ditis.

Plato. πλυκύς γύγειον. i. Dulcis cubitus.

Abominantis est sermo. Ancon autem Nili pars est in qua nauigantes plurimum & sudant & periclitantur. Vnde prouerbio dicebat, Dulciscubitus, quasi deprecantes eius loci discrimina. Id autē perinde ualeat, quasi dicas. Bona uerba, aut bene om̄inata loquere.

Reijcentis culpam.

Aduersus eum, qui mali sui causam alio reijcit.

Vergilius Terra mihi prius dehiscat.

Verg. in. 4. Sed mihi uel tellus optē ~~præ~~ imma dehiscat. Vel pater oīpotens adigat me fulmine ad umbras Pallente is

Pallenteis umbras erebi, noctemq; profundam.  
Ante pudor quam te uiolem, aut tua iura resoluam.

## DERISO.

Αφ' υψηλῶς μονῆ καταγελᾶς.

.i. E sublimi me derides.

De eo qui cum fastu ridem quicquam, ac despiciam.

Εσκιμωλίχδαι.

Suidas.

Hoc gestu contumeliam, despiciens supremū signifi-  
cabant. Est enim Græce εσκιμωλίσαι, medium digi-  
tum ostendere, contractis cæteris, ignominie causa.

Naso suspendere.

Horatius

Est uafre, ac subdolè irridere. Hora. in sermo. Na-  
so suspendis adunco. Idē. Balatro suspendens oia naso.  
Persius de Horatio, qui recte uafre q; rideat: Callidus  
extenso populum suspendere naso. Vnde nasuti uocan-  
tur, qui docte norint alios irridere. Martia. Non cui-  
cunq; datum est habere nasum. Idem, Nasutus sis usq;  
licet, sis deniq; nasus. Persius. Rides ait, et nimis una-  
cis naribus indulges.

Postica sanna.

Persius.

Persius proverbialiter appellat clanculariam irri-  
sionem. A gestu ridentium aliquem à tergo. Posticæ  
occurrite Sannæ.

In eo ipso stas lapide in quo preceo prædicat Plautus.

Quadrabit, ubi quis presens, uidens, audiensq; ta-  
men deluditur. Quod autem meminit lapidis, id tradu-  
ctum est à lapide quodam editiore, quæ Roma fuisse  
compluriū autorū testimonio constat, unde precones  
in auctionibus res uenales annunciatabant.

Loripedem rectus derideat.

Iuuenialis

Iuu. Loripedem rectus derideat Aethiopē al-

K.3. bws.

## DESPERATIO.

bus. Quo conueniet uti, quoties aliquis, id alijs opprobrat mali, cui sit ipse obnoxius.

## DESPERATIO.

**Terētius.** Actum est.

Pronerbialiter etiā hodie his uerbis desperationem significamus, actum est. Terent. in Eunu. A ctum est, illicet, peristi. Donatus existimat A ctū est, sumptum à iure, illicet à iudicio, peristi à supplicio. Dicimus autē uel absolute: a ctū est. Vel cum adiectione quapiā hūi usmodi, Actum est de Repub. Actum est de rebus hu manis. Actum est de tua salute.

**Euripid.** Nullus sum.

Proverbiales sunt & illæ apud Comitos hyperbola, Nullus sum, & occidi, perij, quibus desperationē aut īgens malum significamus.

**Diogeni.** Pinus in morem. πεύκη τρόποι.

Id est, Picea ritu. Vbi quis funditus raditusq; perit, ita ut nullo pacto restitui posset, picea ritu patitus dicitur. Nā piceam succisam negant suppullulascere.

**Diogeni.** Perierunt bona. Βέβη τὰ κολα.

Id est, Perierunt honesta. Hippocrates à Mindaro superatus, huiusmodi scripsit epistolam. Perierunt honesta, innuens rem male ceßisse.

**Terētius.** + Ad restim res abnt.

i. Anonim. 233: Terent. in Phorm. Opera tua ad restim mihi quidē res redyt planissime. Hoc adagio summa rerum desperatio significatur. Nam in hac, solent quidam amētes ad laqueum configere.

**Plinius.** Suspendio deligenda arbor.

In re uchementer indigna, neq; ullo pacto toleranda, ueteres.

ueteres arborem suspendio diligēdam esse dicebant.  
Plin. 2. in præfa. hist. natur. Ceu uero nesciā aduersus  
Theophrastū, hominem in eloquentia tantum, ut no-  
men diuinum inde inuenierit, scripsisse etiā fœminā,  
Et prouerbium inde natum. Et apud Plautum, qui ue-  
te tedio tenebatur, optat nummū quo restim emat.

Ad porcellū da mihi mutuo tres drachmas *Suidas.*

Eis χοιρίον μοινῦν δάγκεον τρεῖς δέκα μασ.

Id est, Ad porcellū nūc da mihi mutuo treis drach-  
mas. Dicebatur ab eo, qui mori decreuisset, aut qui  
uellet iniuri. Nam iniundi consuerunt immolare  
porcum. *Suidas* ex Aristophane citat. &c.

A quinque scopolis desilire in fluctus.

Hoc usurpari solet ab ijs, qui iam impatientes præ-  
sentium malorū minantur semet in quoduis potius ma-  
lum præcipitaturos, quam ut perpetiantur.

Omnibus armis, præsidijqbus destutus.

Hominem incerem, & omnibus præsidij*s* destitu-  
tum indicabimus hoc adagio Home. Et clypeo simul  
& galea nudatus & hasta.

Tenuis spes. Φυλαχτὸν ἐλπίς.

Id est, Spes frigida quidem. Spem infirmam incer-  
tamque, poëtae tenuem uocant. *Euriped.*

## DIFFICULTATIS.

Non est cuiuslibet Corinthum appellere. *Suidas.*

Οὐ πούτος ἀνθράξ κόρινθόν εστὶν οὐδὲ λόχος.

Id est, Non est datum cuius Corinthum appellere.  
Vetus in iuxta ac uenustum adagium de rebus ar-  
duis, & aditu periculosis, quasque non sit cuiuslibet

K.4. hominis

## D I F F I C V L T A T I S.

hominis affectare. Inde natum, quod ut refertur apud Suidam, nec facilis, nec satis tutus fit nautis in Corinthisiacum portum appulsus.

Difficilia, quæ pulchra.

Λύσκολας τὰ κολας.

Id est, Ardua quæ pulchra. Quidam prodiderunt Pittacum, ubi semet abdicasset imperio, dixisse. Difficile bonum esse. Porro Solonē Pittaci molliciem, atq; ignauiam taxantē, dixisse. Difficilia quæ honesta. &c.

Cum principe non pugnandum.

Qui significabit arduum, principem à priuato superari, aut difficillimum uincere naturam.

Horatius      Ire per extentum funem.

Pro eo quod est, rem factu perquam difficile prestatre, neq; uel tantillum aberrare.

Clauam extorquere Herculi.

Qui sibi uendicare conatur, quod aliis iam potētior occupauit. Vel ioui fulmen eripere, uel clauam extorquere de manu Herculis dicetur.

Nemo malus hoc sciet.

Οὐδεὶς κακὸς ἐλογτου τόπο.

Id est, Nullus malus hoc sciet. Quoties rem egregiā & cognitu dignam significamus.

Non omnibus contingit.

Non omnibus contingit diuinarum literarū penetrare mysteria.

Aegre, sed tamen contingit.

In eos qui aegre quidem, sed tamen assequuntur quod optant.

Aegre quidem, sed facimus tamen.

Cum aegre quidem, & non sine plurimis incommodis agimus quippiam.

Prater

**Præter Sibyllam leget nemo.**

Plautus.

Diuus Hieronymus irridens Iouiniani stylum, ut per turbatum & obscurum, scribit Plautinarum literarū illud in eum quadrare.

**Centum plaustrī trabes.**

Hesiodus

Hesiodus. Centum autem lignis plaustrum compingitur unum. Eo tempesiuit ut emerur, cum significabimus id quod à nobis petitur, magno constare.

**AΖανοεια καινα .i. Azanœa mala.**

Dici solitū, ubi quis in re perdifficili plurimū sumeret laboris. Azanœa regio quædā sterilis est Arcadiæ &c.

**Capere prouinciam. Tradere prouincia.**  
Capiunt, suscipiunt ue prouinciam, qui rei curande onus in se recipiunt.

**Capere ciuitatem.**

Qui rem difficilem esset affecutus. Neq; enim ciuitas primo statim impetu capitur.

**Omnes laqueos effugere.**

Quod ipsum à uenatu translatum est, in quo sic undique sepiuntur exitus, ut neceſſe sit feram in aliquas infidias incidere.

## DIFFIDENTIA.

**Δυοδιδου νει λαμβανε, id est,**

Aristote.

Simul & da & accipe.

Vbi res est cum homine parum certa fide, cui nō sit tumultum quicquā credere, nisi statim receperis, quod fueris stipulatus. Torquebitur ad eū, qui nō collocat officium aut munus suum, nisi iam certus de mutuo.

**Nemini fidas, nisi cū quo prius modium  
falis absumpseris.**

K.5. Significat

## DIFFIDENTIA.

Significat autem hominis ingenium non posse perspicere nisi diuturno conuictu.

Fiducia pecunias amisit.

Iactatur et hodie, fiducia plerosque mortalium falli.

**Plautus.** Confringere Tesseram.

Apud Plau. in Cistellaria: cōfregisse tesseram dicitur, qui sibi redditum in domum aliquam praeclusit. Est autem tessera symbolum hospitale, quo prolati agnoscēbantur hospites, si quando redissent.

**Plautus.** Cæca dies. & oculata dies.

Plautus cæcam diem et oculatā, pro die qua non numeratur præsens pecunia, et qua numeratur. Vocant et iurisconsulti cæcam diem, et cæca testimonia, que scripto perhibentur ab absentibus. Nā cæca sunt nō tantum, quæ non uident, sed quæ nō uidentur et absunt.

**Plautus.** Oculata manus.

Oculatas manus dixit Plautus, quæ promissa uelint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus uideant exhibita, aures non habere, quibus audiāt pollicitationes. Ita Lena quædā in Afinaria, adolescenti montesaureos pollicenti, cum illa nihil mouetur promissis, Semper, inquit, oculata nostræ sunt manus, credunt quod uident.

**Plautus.** Pluris est oculatus tellis unus. quam auri decem.

Longe maior est habenda fides referētibus ea, que uiderint oculis, q̄ ijs, qui narrant ab alijs audita.

**Aristop.** Non persuadebis. ne si persuaseris quidē

οὐ γοῦ πείσῃς, οὐδὲ μωρίσῃς.

Id est, Haud etenī persuaseris unquā. Est autē hypbole gen⁹, qua significamus tanquā ἀσθωτότατοπέριnde quasi dicas, nō credam etiam si uidero.

Quot ser.

**Quot seruos habemus, totidem habemus Seneca.  
hostes.**

Nō habemus illos hostes, sed facimus. Meminit Sene.  
epist. 47. Admonet ad agiū, ne qd fidam⁹ illis, neue ex  
aio illos nobis amicos arbitremur, q nos metu colunt.

**Hostium munera, non munera.**

Priscorū supstitio credidit, obseruāda uel maxie mu-  
nera, à qbus quo aīo mitterētur. Propterea, q q daren-  
tur ab ihs, q nobis male cuperēt, exitio plerunq; fuisse  
cōstaret. Quadrabit et in hereditetas, postremo, qui  
quouis officio captant, nō ex aīo, sed aliud spectantes.

**Homo homini lupus.**

Plautus.

Quo monemur, ne quid fidamus homini ignoto, sed  
perinde atq; à lupo caueamus.

**Etiam si Cato dicat.**

De fide et autoritate Catonis Uticēsis narrat Plutar-  
chus. Proverbiū dicitur de rebus incredibilibus.

**Lydus ostium clausit.**

De furacibus dicebatur, q Lydi nō discederent, nisi  
re quapiam sublata. Malim accipere de ihs, qui rē quā  
piam obscoenam aggressuri, fugitā arbitros, abdūtq;  
se, propter Lydos molliciei notatos.

**Tuam ipsius terram calcas.**

Cum iubebimus cuipiā, ut in suo loco se contineat, necq;  
se recipiat in nostra. Quin propriam calcans terram,  
quercta teneto. Conueniet ubi parum fidemus alicui  
nec uolemus recipere in domesticam consuetudinem.

## DIFFERENTIAE.

**Longe, lateq.**

Gellius.

Cum ingens crimen significant, longe lateq; distare di-  
gitum, Translatum uidetur ab agrorum mensoribus.

Quisquis

## DIFFERENTIAE.

Quisquis is fuerit.

Quemuis citra ullam exceptionem hominem indicabimus hoc adagio, qui est Iliados. N. Qui modo mortalis sit edens cerealia dona.

Lucianus. Δις διοτ παρών.

Id est, Bis per omnia. Hoc adagio discriminem ingens ac longissimum inter uallum significabant. Vnde quæ prægnantissima inter se se uiderentur, totoq; dissidere generare, ea bis per omnia inter se discrepare dicebant.

Strabo. Myorum ac Phrygum termini discreti sunt.

Strabo regiones quasdam commemorat inter se finitimas, puta Phrygum, Bithynorum, Myorum, Dolonum. Item qui iuxta Cicicum accolunt Mygdonum ac Troianorum. Neminem autem inficiat ire, quin una quæq; suis finibus sit circumscripta. Verum eos fines adamus im dijudicare, id neutquam facile. Manent et in hodiernum diem de finibus gentium rixæ, longa serie temporum omnia confundente. Adagio licet uti, de rebus toto genere inter se disidentibus. Veluti si quis sentiens longe aliud spectare philosophum, aliud oratorem. Aut de hominibus, inter quos nihil conuenit nihilq; commune intercedit.

Seiuncta sunt Merrhae & Siloam fluenta.

χωεὶς τὰ μέρη καὶ σιλωμα ἐπίμορτα.

Id est, Seiuncta sunt Merrhae, ac Siloam flumina. De longo inter uallo disitus inter se. Veluti si quis dicat, inter amicum et adulatorem plurimum interesse.

Apparet neotericum esse proverbiū, et haud scio, an ab Apostolio additum ex literis Apostolicis, et ecclasiasticis. Siquidem Merrha uocatur locus, in quo Moses aquas pestilentes et amaras, iniecto ligno, dulces red

tes reddidit ac salubres. Cæterum ad aquas Siloam missus est à Iesu Cæcus Euangelicus, quo uisum reciperet. Vnde apparet salutares fuisse, dissimillimas aquas Merrhe.

Quid distent æra lupinis.

Horatius.

Horatius in epistolis. Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis, id est, nouit discriminem rerum uiliū et preciosarum. Agit autem Horatius de ijs, qui beneficia non ita cōferunt in quosuis uel ut abijciant, sed ita collocant, ut expendant et eius meritū ac dignitatē, cui præstant, et preciū muneris quod largiuntur. Porro lupini uilitatē prouerbialiter notauit. Iuue. Tunicam mihi malo lupini, q̄ si me toto laudet uicinia pago.

Ingens interuallum.

Tullius.

Licet hoc quoq; torquere, ut significes rē adhuc proximabesse a periculo.

Ne punctum quidem.

Hierony.

D. Hieronymus in epistolis. Et Apostolicæ uoluntatis sequentes uestigia, ne punctum quidem (ut dicitur, aut unguem transuersum ab illius sententijs recedamus.

Valeat amicus cum inimico.

Plutarch.

Ἐγένετο οἴλασθαι τὸν ἔχοντα.

Id est, Valeat amicus cum inimico. Quadrat in eos, q̄ toti ad se spectant, nec amici magis quam inimici rationem habent.

Pastillos Rufillus olet Gorgonius hircū. Horatius.  
Dicendum uel in duos aliquos diuersis laborantes uitij. Vel in eundem sui dissimilem, nempe modo loquaciorē quam sat sit, modo impēdīo taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone seueriore, nonnunquam profusum, nonnunquam sordidum. Si quidem ut uitio dandum, si quis hircū olet: ita adæque uituperant-

## DIGNITATIS

tuperandū. si q̄s oleat unguēta. Nā pastilli pilulae sunt  
unguentariæ. Alterum spurci est. alterum mollis.

## DIGNITATIS.

Diogenia. Αζίσική κύωμη θρόνος .i. Canis digna sede.

Cum nouus honos obtigit cuipiā immerenti. Sumptum  
uidetur à Meliteis canibus, quibus nōnullæ muliercula  
le maiorem habent honorem, q̄ ipſis maritus.

Suidas. Digna canis pabulo.

Αξία ἡ κύωμη τοῦ βρόματος.

Id est, Digna canis pabulo. Ferme perinde ualeat ac si  
dicas. Dignus operarius mercede sua. Et uix est tā in-  
utilis minister, qui si non amplio salario, certè uictu  
dignus esse uideatur.

Suidas. Αζίσιοβελισκός .i. Dignus obelisco.

Dignus quo uis honore. summis enim uiris eiusmodi  
columnæ ac pyramides erigebantur, magnificis inscri-  
ptæ titulis, aut ingentes Colloſi. Sic enim stupidi prin-  
cipes olim fingi gaudebant. Tametsi prouerbium an-  
cipitem habet sententiam, propterea q̄ Aristarchus  
obeliscis iugulare sit solitus, quæ parum probaret.

Persius. Digna cedro.

Digna cedro dicuntur, quæ promerentur immortalis-  
tatem, et eiusmodi iudicantur, ut posteritati conse-  
centur. Horatius: Speramus carmina fingi posse,  
limienda cedro. Persius: Et cedro digna locutus.  
Sumptum est ab arboris natura, cuius succo quæ sunt  
illita, non sentiunt Cariem.

Dignus Argiuo clypeo.

Αζίσιος εἰς τῷ γνῶμῃ ἀργιός.

Id est, Dignus es Argiuo clypeo. De generoso ac ma-  
iore in modum uenerando. Inde sumptum, q̄ olim  
apud Ar-

apud Argios, ex more pueri incorrupti puriç; clypeos quoddam gestantes, pompas agebant. Isq; homines erat illi etati, prisco quodam instituto maiorum decretus.

Dignum propter quod vadimonium de plinius.  
seratur.

Vbi rem maximi momenti uolumus significare, queq;  
uel quantouis dispensio debeat expeti, dignam esse di-  
cimus, cuius gratia vadimonium deseratur. Nam qui  
uadati sunt, non nisi summo suo periculo abesse iudi-  
cio possint.

Dignus qui cum in tenebris mices. Tullius.  
Qui certissima esset fide, cum dignum dicebant, qui  
cum in tenebris mucaretur.

Quavis re dignus.

Teren. Hominem quantumvis precij.

Regia vaccula. Βοστικόν βοΐδιον. Diogenia.  
Id est, Regia buccula. De prodigiosa fecunditate fe-  
rebatur. Natum est miraculo rei gestæ. Actate Ptholo-  
mei iunioris, uacca quedam eodē partu sex edidit uitulos  
Simile illud iuuena. Scropha fecundior alba.

Βότλιστρον. i. Batti Silphium. Aristop.  
Græci nouū et rarū quempia honore prouerbio uocat  
Aristophanis interpres diuersam originē adagiōis ad-  
scribit. Battus à Thera iuxta Cretam insula profectus,  
oraculo monitus Apollinis, uel (ut alijs tradunt) dome-  
stica pulsus seditione, Cyrenen possedit. Cui cum Afri-  
beneficij memoris, summum honorem habere stude-  
ret, donarunt illi Silphium herbam apud illos omni-  
um pulcherrimam. Simulq; numinisma ferientes, in  
cuius altera parte regnum erat inscalptum, altera  
Silphium, quo fuerat à ciuitate donatus.

Porro Sil-

## DIGNITATIS

Porro Silphium inter herbas primam gloriā obtinet,  
cuius et folia, et fructus, et caulis, et succus pre-  
ciosissimus fit.

Eustathi⁹ Επικεντεῖ ἔπειρος θεοσαλική, id est,  
Decernet equa Thessalica.

De summo præmio dicebatur, propterea quod anti-  
quitus prima laus fuerit equarum Thessaliae. Lepidius  
erit per ironiam.

Βόες τὸ πόλει .i. Bos in ciuitate.

Dicitur ubi quis ad nouos honores euhitur. Lysias bo-  
uis imaginem in arce collocauit. Nam in agris bous  
us, non in ciuitate.

Horatius. Sapientum octauus.

In eum, qui sibi multum tribuit in sapientia.

Teretius. Columen familie.

Donatus columen dici putat, perinde quasi columnam  
dicas, cui reliqua domus innutatur. Unde antiquitus  
seruos maiores columellas dictos.

Plinius. Vtramq; paginam facit.

Sumpta metaphora à codicillis rationalibus, duas ha-  
bentibus paginas, alterā que indicat quid sit datū, alte-  
ramque quid acceptū sit ostēdit. Itaq; in rebus huma-  
nis fortuna utrāq; facit paginā .i. siue quid obtingit bo-  
ni, ea laudatur, quasi dederit, siue mali quid accidit,  
eadem incepit ceu malorum autor.

Esto promus.

Aiunt dictum in eum, cui felicitas immerenti contigis-  
set, peculiariter in Eunuchos.

Zeus οὐτὸς εἰλετό .i. Iuppiter aquilā delegit.  
Vbi q̄s asciscit sibi præclaros suisq; rebus accōmodos.  
Poëta fingūt aquilā Ioui fulmē porrigere, q̄ hæc quis  
oīn altissime subuoleat, nec ictu fulminis ledatur.

Γλαῦκος

γλαῦκος φαγῶμεν τόσου ὀκτὼ καὶ δακτύῃ .i.  
Glaucus comesa herba habitat in mari.

Dictum apparet per iocum de ijs, qui cum perierint, tamen uulgo creduntur uiuere, qualis opinio complures annos nostratiū animos occuparat ad insarum usq; de principe Carolo Burgundionum duce, qui cum interisset in bello, tamen non deerant, qui non dubitarēt magno periculo rerum suarum asseuerare, illum adhuc in uiuis esse. De Glauco Græci fabulam adferunt huiusmodi. Glaucus quispiam fuit Anthedonius pescator, natandi peritia longe omnium primus. Is, quo magis esset miraculo, commentus est imposturam huiusmodi. Enatabat e portu spectantibus Anthedonijs, donec iam extra prospectum esset. Ibi reuersus in terram secessit in locum aliquem semotum, atq; in eo dies complures commorabatur. Deinde cum uideretur, redibat natans in portum, spectantibus ijs, qui stabant in littore. Mirantibus autem amicis ac sciscitantibus, ubi nam gentium tam diu commoratus esset, adsimilabat in marinis fluctibus interim uersatum esse sese. Aucti miraculum altero commento. Hybernis mensibus cum ceteri pescatores nihil piscium capere possent, ille ciues rogabat quosnam pisces adduci uellent. Quosq; iussisse, aduichebat, uidelicet iam ante parasitos in hunc usum, atque alibi conclusos. Euenit tandem ut hic impostor à belua quadam marina devoraretur. Isq; fuit eius comœdiæ finis. Porro cum nō rediret ex more, populari fama iactatū est: Glaucū gustata herba factum immortalem, et in mari uitam agere.

Πρεσβύτερος κόσμος .i. Antiquior Codro. De priscis, et ob antiquitatem admirandis. Codrus antiquissimus Atticæ rex.

## DILIGENTIAE.

Pro dignitate cuiusqz

Cum unicuiqp partes tribuuntur pro decoro persone,  
proqp dignitate. Veluti si negotium arduum commit-  
tatur prudenti et exercitato. Ieuiuscum iuueni cui-  
piam et imperito. Home. Egregia egregius subit ar-  
ma, ac deteriori, Deteriora dedit.

Suidas.

Myrteam coronam ambis. Myrteam coronam ambis.  
Id est, Myrteam cupere. Dicebatur, qui tyrannidem  
aut magistratum ambiret. Nam olim principes myr-  
teis corollis coronabantur.

Omnibus antevertenda, vita cura.

Qui dicet omnia posthabenda, quo uitae consulamus.

2. Reg. 5.

Cæcus & claudus non intrabunt templū  
Adagio locus erit, quoties excluditur aliquis ab hono-  
re ueluti indignus.

## DILIGENTIAE.

Aul. Gel.

Ad amussim.

Frequēs est apud autores ad amussim, examuſsim, ex-  
amussatim, amussatim, pro eo quod est, exquisita di-  
ligenzia atque exactissima cura. Translatum à fabris  
lapidarijs aut lignarijs, qui funiculo illo regulari ope-  
ris æqualitatem explorant. Quamqp; Festus alicubi te-  
statur, amussim quibusdam esse non lincam negp; regu-  
lam, sed ferramentum, quo fabri in poliendo utantur.

Athenæ<sup>9</sup>.

Θωνδ διλω .i. Thunni more.

Thunni more uidere dicuntur, qui limis aut altero ocul-  
lo oblique inspiciunt.

Suidas.

Κατὰ μέλω .i. Iuxta melam.

Suidas ostendit proverbio dici solere, ubi quis incerta  
coniecturis persequeretur. Sumpta metaphora à me-  
dicis

dicis, hucus internum immisso per fauces instrumento quopiam explorantibus. Id instrumentum μέλιν vocane.

Ad vnguem.

Horatius.

A marmorarijs sumpta metaphora, qui superinducto ungui commissuras explorant marmorum.

In quadrum redigere.

Tullius.

Pro eo quod est, in ordinem aptamq; structuram concinnare. Sumptum ab ijs, qui arbores aut lapides mathematicis gnomonibus exequant. Promde quod conuenit, quadrare dicimus.

In nocte consilium.

Admonet adagium non esse præcipitandum consilium neq; statim ad primos animi impetus quipiam agendum. Nec propter solitudinem ac silentium, uel maxime ad considerandum, consultandumq; de rebus grauibus est idonea. Plutar. In consultando contatio tutior est, periculosa celeritas.

Vltro citroq;.

Cicero.

Quasi dicas, huc atq; illuc. Fit autem uenustior metaphorā, quoties ad mutuā altercationem, disceptationē confabulationem, rixam ue refertur. Cicero. Multisq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis consumptus est dies. Et ultro citroq; agitata causa.

Ruminare negotium.

Aristop.

Ανομάσεσθαι τὸ πρᾶγμα.

Id est, Ruminare seu remundere negotium. Ruminare seu remandere negotium dicitur, qui suo cum amico uersat, etiam atq; etiam expendens.

Fixis oculis intueri. Απνεῖς δρᾶμ.

Plutarch.

Id est, Defixis oculis obtueri. Pro eo quod est, attenius accuratiusq; considerare.

L.2. ῥορόν

## DILIGENTIAE.

**Lucianus.** τογγόρ βλέπειν.

*Aliquoties apud Lucianū, pro acribus oculis intueri.  
Home. Gorgoneis oculis, quales ex Martis atrocis.*

**Plautus.** In occipitio oculos gerit.

*De uersutis ex circūspectis, quosq; neutiō proclive fit  
fallere. Plau. i Aul. Quæ in occipitio quoq; habet oculos*

**Lucianus.** Vnum ad vnum. Εμ πρός εμ φάσιμ.

*Cum exactius singula singulis componuntur.*

**Horatius.** Incidi reddere.

*Pro eo quod est, refingere ac mutare, corrigereq;.*

*Et male tornatos incidi reddere uersus.*

*Consimili forma dicunt recoquere.*

Aγρός πηγή .i. Ruris fons.

*De nimium laboriosis, ex perpetuo operi assidētibus.*

*Cuiusmodi fingit Menedemum Terentius.*

**Suidas.** Ithorus. ΙδοφΘ.

*In eum qui uelut instigator, hortatorq; foret alijs.*

*Transflatum opinor à nautis, quos remigantes naucler  
ri uox animat ad gnauiter laborandum.*

**Horatius.** Caput scabere : & consimilia.

*Caput scabere, unguis arrodere, gestus hominis sunt  
cogitabundi, ex de mutando, cuius pœnitentia, secū agi  
tantis. Horat. Sæpe caput scaberet, uiuos ex roderet  
ungues. Persius: Nec pluteum, inquit, cædit, nec de  
morsos sapit unguis.*

**Varro.** Aristophanis & Cleantis lucerna.

*Propter insignem studij diligentiam in prouerbium  
abit. Ut is ad Aristophanis aut Cleantis lucernam di  
catur lucubrare, qui summo studio, exquisitaq; cura  
singula pensitat.*

τὸ μάνυχνον ὄξει .i. Olet lucernam.  
*De re meditata, multoq; studio elucubrata. Inde ductū  
q; studi*

q; studiosi ad lucernam uigilantes, soleant elaborare,  
si quid accuratius uelint excudere. De Demosthene  
dicitur, q; plus olei q; uini consumpserit.

Nō vna manu capere. οὐ τῇ ἐτέρᾳ ληπτέον Plato.  
Id est, Non una tantum manu capiendum. De re lubri  
ca uariaq; captuq; difficulti.

Metiri digitis.

Tullius.

Qui rem accuratius expendit q; oportet. Horatius:  
Legitimumq; sonum digitis callemus ex aure.

Homini diligēti semper aliquid superest Chrysost.  
Qui uere diligens est in negocio, nunquā sibi satisfacit

Arator nisi incuruus præuaricatur. Plinius.

Præcipit, ut arator aruum primū rectis sulcis proscindat, mox ex obliquis subigat, id fieri uix potest, nisi totu-  
to corpore incumbat labori. Ceterum præuaricari est  
a recto sulco diuertere.

Οὐ νυκτὶ πλοῦσι .i. Nō nauigas noctu. Chrysipp.

De eo, cui nihil est certi quod sequatur, propterea qd  
nocturnis tēporibus certius nauigant nautæ propter  
stellarum notas.

Somnus absit ab oculis.

Aristop.

Υπνός & πέσω γλυκύθυμός δυνάτωμ.

Id est, Oculis abesto leniens aīm sopor. Vbi q; rem aga-  
reditur, quæ summā diligentia curamq; desyderet.

Οὐδὲ σοφὸς ὀνειρεῖ πνῶστιν .i.

Non quantum lusciniæ dormiunt:

In eos conuenit, qui somni parcissimi sunt.

Succisiua opera.

Tullius.

Succisiuis operis fieri dicitur, quod horis quibusdam  
quasi furtiuis agitur, ubi iam ordinarijs ac legitimis  
officijs perfuncti sumus. Hieronymus furtiuas uocat  
quod alij succisiua.

L.3. velacum

## DILIGENTIAE.

Plautus. **Vel acum inuenisſes.**

De re diligenter uestigata. Nam acus inuentu diffi-  
cillima.

Αὶ γέρων λίθους καταπεπωκῆσαι. i.

Aristop. **Grues lapidem deglutientes.**

Dici solitum de ijs, qui summa prouidentia gerunt ne-  
gotium. Idq; inde uulgo dicitur, quod gruibus hic mos  
fit, ut quoniam admodum sublimes uolant, magnos  
ferantur impetu, neque possunt deorsum aspicere, la-  
pillos gestent, quos si quando fatigari cœperint ina-  
ter uolandum ex alto deſcendant, quo uidelicet ē cadens  
tum strepitu percipiāt, utrum supra terram, an sis-  
pra mare uolant. Quod si lapillus in mare deciderit,  
pergunt uiam, si in terram, interquiescunt.

Cato. **Frons occipitio prior.**

Quo significauit antiquitas, rectius geri negotium,  
ubi præsens ac testis adest is, cuius agitur negotium.  
Prior dictum est pro potior, meliorq;. Alioqui quis  
ignorabat, frontem priorem esse capitis partem, oca-  
cipitum posteriorem. Titus Liuius. Non satis felia-  
citer solere procedere, quæ oculis agis alienis. Te-  
rentius in Eunacho. Ita ut sit, domini ubi absunt, sim-  
gnificans absentibus heris, ministros omnia facere in-  
diligentius, et peccare licentius. Nec hæc oīa eo ten-  
dunt, ut quisq; suum negotium præsens curet, neq; ma-  
gnopere fidat alienæ industrie.

**Arripe negotij curam.**

**Admonet ut gnauiter rem aggrediatur.**

**Mihi curæ erit hoc negotium.**

Cum admonebimus quempia, ut omne negotiū in nos  
relijciat, ipse securus, nobis rem curæ futuram.

**Mihi**

Mihi ista curæ futura sunt.

Plutarch.

Ἐμοὶ μελίσσε ταῦτα καὶ λύκαις κόροις.

*Id est, Curæ mihi ista erunt, ac puellis candidis.*

Conuenit uti, si quando significabimus nihil esse peri-  
culi, negotium ijs curæ futurum, ad quos pertinet,

## DISCORDIA.

Ο πόλεμος ἀπόντων πατήσ .i.

Bellum omnium pater.

Lucianus.

Prouerbiū ideo dictū est, q. bellū oīm rerū nouandarū  
author est, ut ex eo nata uideantur uniuersa.

Domesticum dissidium.

Ad detestandam seditionem domesticam &c.

## DISCRIMINIS.

Τὸ στάλινος δῆτη .i. Apio est opus.

Ita loquebantur, quoties morbum capitalem innuebat, Plutarch.  
Et uite periculum imminere. Nam olim monumenta  
defunctorum apio coronabantur.

Sub cultro liquit.

Sub cultro linqui dicitur, qui in præsentaneo periculo Horatius,  
deseritur. Supta à uictima, que iā iam ferienda. Hora.  
Fugit improbus, ac me Sub cultro liquit. Cōuenit ī eos  
q periculo capitis parati sunt affirmare quippiam.

Ὑε ὑπ ἐόπος οὐ .i. Sus sub fustem. Suidas.

Vbi quis se in præsens discrimen ac pernicie præcipi-  
tat. Nam sues apud quosdam fuste mactari mos est.

Ἐπ πυδίς χέραι .i. In Pythiū tēplo cacare.  
Dicebatur, qui rem nefariam et periculosam faceret,  
quod Pisistratus tyrannus extucto templo inscripse-  
rat, ne quis inibi uentrem exoneraret, et aducnā quen-  
dam deprehensum ē medio sustulit.

L.4. Οἰκοί

## DISCRIMINIS.

Suidas.

Οἴκοι γένοισιντι .i. Utinam domi sim.  
Dici solitū, ubi q̄s optat ē malis quibus implicitus est  
emergere. Translatū ab ijs, q̄ in tēpestate periclitatur  
Αλεύ ἀπὸ μεῖζον οὐ πότε .i.

Fuge procul a viro maiore.

Cave à cōmercio potentīū, habe cōmerciū cū equalib⁹  
Etenim optimatum familiaritas, aut seruum facit C  
turpem, aut si nescias adulari, periculis obijcit.

Fuga tutior.

Qui dicet tutius esse fuga uincere libidinem, quām cō  
tra pugnando.

Plautus.

Post folia cadunt arbores.

Quoties admonebimus, leuiores iniurias si quis ferat,  
sequi atrociores.

Diogenes.

Nūn χύνοτο σωθίωσι .i. Nunc continua  
gat seruari.

Cum significamus nos satis cauturos in posterū, si mo  
do liceat præsens periculum effugere. Nunc liceat in  
columem esse, de reliquo mihi ipse curæ fuerit: Quidā  
Apologum narrant ad hunc modū: Testudini quondam  
incepsisse uolandi desyderiū. Aquilam orasse, ut se dor  
ceret. Cumq; illa negasset fieri posse, quod natura re  
fragaretur, illa nihilominus instabat. Itaq; paruit aqui  
la, ac testudinē in sublime uectam demisit, ut uolatum  
experiiretur. Ea cum timeret infelicē euentum, opta  
uit ut contingret id temporis in columem esse.

Plautus.

De tuo capite aguntur comitia.

Plau. Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia. Sum  
ptum à comitijs Romanorum, in quibus populi suffra  
gijs noui magistratus creabantur. Itaq; cum statuitur  
de re quapiam, à qua pendeat felicitas alicuius, tum de  
capite illius fieri comitia recte dicentur.

E canis

**E**c canis podice. Εκ κυνού πρώκτῳ. **Lucianus.**  
Id est, *E canis culo, dictum uidetur à Luciano, pro eo quod est, ex reb⁹ anxijs, atq; angustis, quod ea pars arctior sit huic animanti.*

**A**scisce ad extremum scientiam.

**N**on statim utendum extremis ingenij viribus, uerum ubi iam urget ultimum periculum, tum ad artes configiendum.

**I**n eadem es naui.

**P**ro eo quod est, in communi periculo.

**D**e pilo pendet. De filo pendet:

**D**e re uehementer periculosa. Videtur natū ab história illa Dionysij tyranni, propter gladium, de pilo in caput impendente. Persius Saty. 3. Et magis auratis pendens laquearibus ensis.

**P**ericulum proræ felis.

Χιδωροῦ δὲ τέλεσθαι.

**I**d est, Periculum sella proræ. Quoties in re quapiā pricipuum periculum, caputq; negotijs esse significamus. Nam hostes expugnaturi nauim, in proram prium assultum faciunt. Selis autem sella est, quæ in proris esse consuevit.

**I**nter sacrum & saxum.

**P**lautus. Nunc ego (inquit) omnino occidi. Nūc ego inter sacrum & saxum sto, nec quid faciam scio. Sumpnum apparet ex priscis foederis feriēdi ceremonijs, in quibus Fecialis porcum saxo feriebat, hec interim pronuncians. Qui prior populus fœdus rumpet. Iupiter eum ita feriat, quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio. sed undecunq; fluxit adagium, satis liquet dici solitum in eos, qui perplexi, ad extremum periculum rediguntur.

L.5. A fronte

**T**ullius.

**M**acrobii.

**Z**enodot⁹

**P**lautus.

## D I S C R I M I N I S.

A fronte præcipitum, a tergo luti.

Cum aliquis hinc atq; hinc duobus maxime prematur malis, ut in utrung; inciderit, pereundum sit.

Plautus.

Flamma fumo est proxima.

Commonet adagii periculū mature fugiendū esse, quiq; malum euitare cupiat, ei uitandam prius occassione. Fumus enim indicū est, flāmæ mox erupturæ.

Horatius. Tua res agitur: cum proximus ardet paries. Admonet adagium, ut ex alterius malo sumamus exē plū, alienoq; periculo discamus, nostris rebus cōsulere. Hora. Ecquid Ad te post paulo uentura pericula sentiss? Nā tua res agitur, paries cū proximus ardet.

Aristo =  
phanes.

Επ πνεψ̄ Βέβηκοες. i. Per ignem incedis.  
Versaris in periculo negotio. Seneca. Per spinas  
ingredior.

Terētius. In neruum ire.

Donatus, aut quisquis is fuit interpres Phormionis Terentiane, demonstrat esse proverbiū, pro eo, quod est decipere. Dictū est etiā in nerū ire, pro eo quod est in uincula ire. Porro coniscere in neruum, & eximere ē neruo, pro eo, quod est ob æs alienum umbras abducere, & nexos, addictosq; persoluta pecunia redimere. Frequens est apud Tit. Liuium.

Nocuit & nocebit.

Si quando demonstrata præteriorum malorum causa, comminabimur, futurum ut accedant maiora, nisi quis resipiscat.

Crigenes. Inter malleum & incudem.

Μεταξὺ τοῦ ἔχουντος κοὶ σφύγος.

Id est, inter incudem & malleū. Iam quoddam est apud nationes tritum uulgi sermone proverbiū, ut de his, qui anxietatibus, & ingentibus malis premuntur dicant,

dicant. Inter malleum. &c.

In acie nouaculæ. ἐπὶ ξυρῷ καὶ μάστιφῃ.

Sophoc.

Id est, In nouaculae cuspide. Pro eo quod est, in summo discrimine. Sumptum uidetur à circulatoribus, quia in cuspide gladiorū ingrediuntur, aut ab ijs qui ferum manu contrectant.

Res est in cardine.

Tullius.

Quod Seruius putat perinde ualere, quasi dicas, res est in articulo. M: T. In eo cardo rei uertitur, dixit, pro eo quod est, ex hoc tota res pendet. Sumptum ab ostijs, que cardinibus uoluuntur.

E nassa escam petere.

Plautus.

Est autē Nassa piscatorij uasis genus, quo posteaquā intrarit pisces, exire non potest. Cic. Ex hac nassa exī re constitui, non ad fugam, sed spem mortis meliorē.

Ne vni naui facultates.

Ne quid aggrediaris, in quo sint uniuersa periclitā da. Non omnis statim alea iacienda est.

Mitos ἔργον τοῦ π.

Tertulie.

i. Filum contentionis tunc erat.

Dici solitum in pertinaces. Cū uterque periucax est, neuterque cōcedit alteri. Est aliquoties in epistolis Hic ronymianis, funiculum contētiosum ducere, nec apud aliū legisse memini, Apparet natum à ludo, quo duobus hinc atque hinc trahentibus funem, uterque conatur alterum ad se trahere.

Obijcere canibus agnos.

Diogeni.

Δρόβελλαι τοῖς κυσίπαρψας.

Id est, Obijcere canibus oves. Dicebatur, qui imbellem et litium imperitum, calumniatoribus et exercitatis exponeret.

Ouem lupo commisisti.

Teretius.

Concinne

## D I S C R I M I N I S.

Cōcīmūe hoc utemur, quoties ei seruandū aliqd cōmit  
titur, cuius gratia custodē magis oportebat adhibere.

**Suidas.** Μή τοι μελαχμπύγω πόδι τύχοις.

.i. Ne in Melampygum incidas.

In lasciuos et iniuriosos homines quadrat, Est aut  
comminantis, ne quando incident in eum, qui malefas  
ctorum poenas de eis sumat. Porro Melampygus Gra  
cis significat eum, qui nigro sit podice, quo quidem co  
gnomento notatus est Hercules.

**Suidas.** Μή εἰς τὴν ἄβυσσον. i. Ne temere Abydum.

Subaudiendū nauiges. Ne quod graue periculū su  
scipias, sine causa idonea. Nam periculosa erat in Aby  
dum nauigatio, propter fretum sēnum atq; asperum.

**Strabo.** Ad Scolon nec proficisceris ipse. Nec al  
terū comitaberis. Εἴς την θάλασσαν μήτ' αὐτὸς  
ιέναι, μήτ' αλλως εἰπεῖσθαι.

Id est, Nec per te Scolon ipse, nec ulli alij comes ito.  
Strabo scribit Scolon uicum esse quempiā Asopiac, sub  
monte Citherone, sedem in amoenā, incultā, infrugifer  
ram, asperam. Quo proverbio conueniet uti, si quādo  
significabimus, modis omnibus abstinentū à coniictu  
cuiuspiā, aut à loco, ubi nihil sit sperandū, quod uel ad  
uoluptatem faciat, uel ad emolumentum.

**Strabo.** φύλαξθε τὸν θώρακον. i. Cae Thoracem.

Strabo scribit urbem esse nomine Atheneū, uicinā  
Lyibus Hesperijs, in planicie sitiā, huic imminere mó  
tem, cui nomen Thorax, in quo fama est Daphitā grā  
maticū cruci suffixum fuisse, quod maledico carmine  
reges incessuisset. Hoc uelut enigmate proverbiali,  
festiuiter admonebimus frenandā esse linguam, ne uo  
ces petulanter emisse, per iugulum aliquando redeat.

**Aelianus.** Τὸν αὐγαστορπλαφ. i. Aegaeum nauigat.

Quadrabit

Quadrabit in hominē ob lucri studiū nihil omnino  
periculi recusantē. Persi. Ocyus ad nauē nihil obstat,  
quim trabe uasta, Aegaeum rapiat.

Ne in neruum erumpat.

Terētius

Quadrabit in temerariā, inconfideratāq; audaciā, in Phor.  
quæ plerunq; infelix esse solet. Donatus à sagittarijs  
sumptam metaphoram existimat, qui dū neruum ar=  
cualem adducut immodicē, rumpunt nonnunquā, idq;  
non sine suo periculo.

A τῷ δίστημα κυμάτωμ.

Suidas.

i. A bis septem vndis.

In eos competit, qui à noxia quapiam purgati sunt,  
propterea quod antiquitus mos esset homicidio pollu=  
tos, uestes suas bis septem inundationibus, immersio=  
nibus q; lauare.

Μὴ ποιεῖ τὸν μάχουσερ. i. Ne puer gladiū.

Subaudiendū commiseris. Allegoria proverbialis  
admonens non esse mandandā potestatē, uel adolescē= tibus, uel imperitis, ac stultis, qua tū in suam, tū aliorū  
permisit sint abusuri. Non usquequaq; diuersum est  
ab hac forma, quod elegantur simul et grauiter dictū  
est ab Henrico Britanniæ rege, eius nominis septimo,  
uero tum acri iudicio, tū Laconicis dictis mire ualēti,  
cū Theologū quempiā ex horū gñe, quos mēdicantes  
uocat, concionantē audisset, isq; effreni lingua in prim  
cipum uitā, magna nō libertate, sed insania debaccha= tus fuisset. Nā sunt qui hac quoq; uia famā affectent,  
Videbatur, inquit, furiosi manibus cōmissus gladius.

Gladium acutum auertas.

Opinor innui à periculis negotijs abstinentum.

Perq; enses, perq; ignē oportet irrumpere.

Cum significamus quiduis periculi subeundum.

Non cer-

## DISCRIMINIS.

**Diogeni.** Non certatur de oleastro. οὐ φυλίας ἐστὶ γάρ.

Id est, Hoc certamen non est de oleastro. Quoties non de nugis, neq; de gloria, aut corollis, sed de re sea via ac pecuniaria ageretur. Siquidem in plerisq; certaminibus, uictoriae premiū erat oleagina, aut querula, aut alioqui frondea corona.

Μελέας κάμφας ἐπιλάχει τὸν οἴκαδός.

**Strabo.** **i.** Maleā legens, quæ sunt domi obliuiscere.

Est autē Maleā promontoriū Laconie, à Maleo Argiutorum rege dictū, quod per quinque passuum milia in mari protenditur. Autore Seruio. Homo significat periculosam circa Maleā navigationē fuisse. Videbis mur nō intēpestiuiter uti hac paroemia, si qn̄ discri men negotij suscipiendi uolemus ostendere, et aut nō esse suscipiendum, aut negligendam uitam.

Per hastæ cuspidem currere.

Διδοξίος δ' ερευνή.

Id est, Per acutam currere. Dicebantur qui in re periculosa uersarentur. Translatū uidetur à militari consuetudine, qua fieri solet, ut qui morte cōmeritus sideretur, is nudus per medianas copiarum hastas, hinc atq; hinc intentas ire cogretur.

Λαγώς πόλις κρεῶμ. **i.** Lepus pro carnibus.

Subaudi periclitatur. In eos dicitur, qui ob aliquam sui utilitatem in discriminē uocantur. Nam leporē nō insectamur, quod noceat, sed quod pulmentum habeat. Est enim animal esculentum et timidum.

**Diogeni.** Ex ore lupi. Εκ λύκου σόματος.

Id est, E lupi rictu. Vbi res quepiā præter spē recipitur, que iam plane perisse uidebatur. Veluti cum pecunia crepta a predonibus, aut rapaci tyranno.

**Plato.** Certamen non accipit excusationes.

Αγῶμ

Αγώνούδεχετοι σκηνές.

**I**d est, Certamen non admittit excusationes. Cū agitur periculo, nō conuenit tergiuersari. Aut si mavis, in praesentaneo periculo non oportet occasione experstare, quemadmodum alijs in rebus. Veluti si quis in morbo capitali medicum operiatur insignē, ac procul accersendum. Quae res hominem illū ucre diuinū extinxit Rodolphum Agricolam. Eteum dum contatur medicus mors anteueritur.

**C**orpore effugere.

Tullius.

Est periculum iam immuniens, ac pene premens arte quadam declinare. Translatum à gladiatoribus, iustum modico corporis flexu fallentibus.

In periculo negotio non est dormitandū.

Poterit trahi uel ad lītē forensem, uel ad simile negotiū odiosum, & laboris plenum.

**I**ngens discriminē.

Quoties ingens discriminē innucemus inter homines, aut res plurimum inter se diuersas.

## DISSIMILITUDINIS,

Et incongruentiae.

**N**ihil grāculo cum fidibus.

Gellius.

**I**d est, Nihil stolidis & imperitis cum bonis literis. Nam Graculus avis est inepte molesteq; garrulitatis. Porro cithara silentiū postulat, & aures attentas.

**N**ihil cum amaricino sui.

Lucreti.

Hoc est, Stolidis uel optima putent, displicētq;. Amaricus herbe genus est. Lucret. Deniq; amaricinū fugit sus, & timet omne vnguentum, nam sc̄tigeris suis acre uenenum est.

**N**ihil ad versum. οὐδὲν πρός ἐπόσ.

Lucianus

**I**d est,

## DISSIMILITUDINIS.

**Id est,** Nihil ad carmen. De ijs qui longe discrepat ab ijs, quae proposita sunt. Translatum uidetur a scena, ubi histrio saltatu, gestuq; carminis genus representat.

**Lucianus.** Nihil ad fides. οὐδὲν πρός τινα χρεὸν.

**Id est,** Nihil ad chordā. In eos, quorū uita uehemēter est inæqualis, quorūne mores ab oratione disidet.

**Suidas.** οὐδὲν πρός διόνυσον. i. nihil ad Bacchum.

Vbi quis ea nugatur, que ad rem presentē nihil attinent. Suidas refert Epigenem quendam Sicyonium Transgaediam de Baccho conscripsisse, quae cum indigna Deo uideretur, quosdam è spectatoribus acclamaasse. Nihil ad Bacchum.

**Lucianus** Quid cani & balneo.

Τί κοινὸν κανὶ καὶ βασιλικῶν;

**Id est,** Quid communie cani cū balneo. Quadrabit in eos, qui ad rem quamquam prorsus sunt inutiles, ita ut in balneo nullus est omnino canum usus.

**Varro.** Afinus ad lyrā. Οὐος λύγος, subaudi ἀκροατής

**Id est,** Afinus lyræ auscultator. In eos, qui propter imperitiā nullo sunt iudicio, crassisq; auribus. Recè etiā torquebitur in eos, qui indecorē tentat artificiū, cuius sunt imperiti, & à quo natura abhorrent.

**Stobæus.** Τί τυφλῷ οὐδὲ κατόπτρῳ;

.i. Quid cæco cum speculo?

Luminibus orbo cū speculo quid est rei? Quorsum opus est libris illiteratos? Quo regnum iuueni stultos? Quo diuinitas ei, qui nesciat uti?

Οὐος πρός αὐλόν. i. Afinus ad tibiam,

Dicendum ubi quis ea, quæ scitè dicuntur, nec animaduerit, nec intelligit, nec laudat. Sunt enim anima-tia quedam, quibus nonnullus musices sensus inesse videatur, ut eis, auiis, serpētib;. Afinū nihil mouet catus.

Αλλο αλαύξ αλλο κορώνη φθέγγεται.

i. Aliud noctua sonat, aliud cornix.

Accommodari potest ad eos, qui decertant cū longe præstantoribus, uel ad illos, inter quos ob morum, ingenijq; pugnantiam minime conuenit.

Aliter catuli longe olen, aliter sues. Plautus.

Quo dictū significatū est, non ueste dinosci hominē ab homine, uerū inesse natuū quidam, genuinum, ac proprium unoquoq; quod in ipso uultu oculisq; cluce at, quo liberum à seruo, generosum à rustico, probum ab improbo, facile discernas. Atque hic est hominis peculiariis quidam odor, quo deprehenditur, si quis modo sit sagaci nare.

Alia voce psittacus, alia coturnix loquitur. Martialis  
Conueniet in musicos, aut poëtas longe dispari stilo, lōgeq; dißimili facultate. Psittacus inter aues proxime humanae uoces exprimit. Coturnices pugnaces magis, quam loquaces.

Κολοιός γν ταῖς μάστισ. id est.

Graculus inter musas.

Indoctus inter doctissimos. Infantissimus inter eloquentissimos. Est enim graculus auis minime canora, sed tamen odiose garrula, atq; obstrepera.

Nunquid & Saul inter prophetas? Reg. 10  
Regū. I. Cap. 10. Ea uox uersa est Hebrais in procerum de re noua, et in opimata, subitaq;.

Syrus cum non sis ne Syriſſa.

Μή ων σύρος, μή συρίſſe.

Id est. Cum non sis syrus, ne Syriſſa, Ne sumas per sonam parum decorā, ne uelis alius uideri, quam sis. Aut cū sis natus ingenuus, ne moribus agas seruum, et barbarū. Nam Syri male audiebant ob morū molliciē.

M Eſt aut

## DISSIMILITUDINIS.

**Diogen.** *Est autē facetus iocus, ex amphibologia huius verbi συγγρῳ quo significat et syrissare, ex fistula canere.*  
Οὐ θέμις μνησκω. i. Asinus in vnguento.

Cum deliciae adhibentur ijs, quos haud quaquā de-  
cent, neq; qui uel uti norunt illis, uel delectantur. Lo-  
cus fuerit huic adagio, si quando indoctus aliquis in  
optimos incidat autores, quos ob inscitiā aut negligat  
aut etiam depravet.

**Aristo-**  
**phanes.** Οὐ θέμις μνησκω.

.i. Asinus portans mysteria.

In eum dicebatur, qui præter dignitatē in numero  
quopiā uersabatur. Veluti, si quis ignarus literarū bi-  
bliothece præfectus esset.

Γελῶντος κροκωτόμ., i. Feli crocoton.

Subaudicendum, das, aut addis. Dici solitum quoties  
bonos additur indignis, quos etiam haud quaquā de-  
bet. Aut cum datur quippiā ijs, qui munere non norūt  
uti. Crocoton uestis genus est rotundæ ac fimbriata,  
qua diuites utebantur matronæ.

**Plutarch.** Στιοπεία μισθώματος.

Cibum in matellam ne immittas.

Interpretatur Plutarchus, ne sermonem urbanum  
immittas in animum hominis improbi. Nam oratio  
cibus est animi. Horatius. Syncerum est nisi uas, quod  
cunq; infundis, acescit.

Ex diametro opposita. Diametro dis-  
tant. Βαθύταχτος.

Id est, Ex diametro. De uehemēter inter se pugnā  
tibus dicebatur. Diametrus orbis est, quæ sic à summo  
ad summum tenditur circulum, ut per centrum eat.

Alia res sceptrum, alia plectrum.

Locus erit utendi, quoties diues aut potens fortuna  
sua frēs

sua fretus, uelut ex aequo disputat cum eruditio, cum multo aliud sit diuitem aut fortunatum esse, aliud li- teratum. stratomicus citharœdus regi Ptolomeo re- spondit pertinacius, secum de arte canendi disputati.

Calinus comatus.

Martialis

Apte dicetur in eum, qui ueris bonis nudus, asciti- tis se uenditat. Vcluti si quis indoctus, aliena pro suis ederet. Aut si quis dissimulet se esse quod est.

Simia in purpura. Πίθηκός εν τῷ φύρε.

Id est, Simia purpurata. In hos dicetur, qui tametsi magnifico cultu sine ornati, tamen cuiusmodi sint ex ipso uultu moribusq; cognoscitur.

Εὐσέτε μοι τὴν λεοπτὴν. id est.

Aristo-  
phanes.

Induitis me leonis exuum.

In eos dici solitum, qui suscipiunt negocium maius facultate, quique se magnificentius gerunt, quam pro sua conditione. Ab Hercule sumptum putare, cuius bic ornatus erat, ut leois exuio tegeretur, deinde altera manu clavam, altera gestaret arcum.

Ne puer gladium.

Plutarch.

Μὴ παιδὶ τὴν μάχαλεσσην.

Id est, Ne puer gladium, subaudiendum commis- ris. Ne iuueni ad misericordiam administrationē alicuius rei.

Ἐλεφαντίνῳ καλεῖτο μολύβδινος ξίφος. Diogenes

i. In eburna vagina, plumbeus gladius.

Natum ex Diogenis apophthegmate. Nam cum adole- scens quispiam, insigni forma, foedum quiddam, atq; obscenum dixisset. Ex eburna (inquit) uagina plumbi- beum gladium educu.

Cellius.

In lente vnguentum.

Vbi quis mentionem inducit uilis cuiuspiam, ex nī  
bili hominis, alijs, de miris egregijs uerba facientibus.

M. 2.

Aut si

## DISSIMILITUDINIS.

*Aut si Philosophū, iuuēnū lasciuientiū cōuiuio mīces  
as. Aut inter pocula de rebus graibūs, ac Theologi  
cis incipiās disputationē. Quēadmodū uidelicet lēticiale  
uili legumini, inēpte quis admīscuerit unguentū.*

**Martialis** Congregare cum leonibus vulpes.

*Est res impares, dissimilesq; permīscere. Vulpes  
dolis nūtitur, leo uiribus fīdit.*

αὐταγε τὸ π μῶδωνας αὐτὸ κώπης.

.i. Aufer Mothonem a remo.

*Admonet adagiū non obstrependū, nec obturbanđū  
ijs, qui rebus alioqui serīs sunt occupati, ueluti si quis  
rei publicae curis sollicito, musicā adserat, aut de capi  
te periclitanti, uersus amatorios recitet. Mothon enī  
saltationis genus fœdæ, seruīlis ac tumultuosæ, Iulius  
Pollux tradit Mothonem genus esse saltationis mole  
stum ac nauticum.*

**Lucianus** Η κύορ ςν φάτνι. i. Canis in præsepi.

*In eos dicitur, qui nec ipsi fruuntur re quapiā, neq;  
reliquos itē sinunt uti. Veluti si quis egregios codices  
inclusos diligenter adseruet.*

**Suidas.** Δέλλος ὡρη κομὴ εχψ.

.i. Seruus cum sis comam geris.

*De eo qui præter decorum quippiā faceret. Veluti  
si quis humili conditione, patritiorū cultū immutare  
tur. Apud Lacedæmonios ingenui comam alebant.*

**Aristophanes.** Εκ τὸς τῶ ελαιώρ φερετού  
.i. Extra oleas fertur.

*Vbi quis terminos prescriptos transgreditur, aut  
aliena nec ad rem pertinentia facit. Interpres adagiū  
hinc natum ait. Stadia in quibus currendi certamina  
peragebantur, oleis per seriem positis, utrinq; sepie  
bantur, quas præterire non licebat.*

Extra

*Extra canticum παρὰ τὸ μέλος.* Lucianus

*Id est, Extra cantum agi, diciue dicunt, quod ad rem non pertinet.*

*Extra organum.*

Quintili.

*Ductum est ab organo musico, quod intra uigesimā vocem consistit. Conueniet in ualde clamosum.*

## DIVITIAE.

*Croeso, Crasso ditionis.*

Plinius.

*Apud Græcos opulentia Croesi Lydorum regis in proverbiū abijt, præsertim nobilitata dicto solonis, Apud Romanos item M. Crassi, cui cognomentū etiā diuitis aditū est. Hieron. dicit. Croesos licet spires, & Darios, litere marsupiū nō sequuntur. Horat. & Aratum gazas dixit pro cumulatiissimis opibus.*

*Midæ diuitiae. Μίδης πλοῦτος.*

*Id est, Midæ opes, in proverbiū abijt, propter immensas eius regis opes. Statius. Viue Mide Gazis, & Lydo ditionis auro. Fuit hic Midas Phrygiæ tyrannus ditionissimus.*

*Lysistrati diuitias habes.*

*Aυσισπάτης πλοῦτος πλοῦτες.*

*Id est, Lysistrati diuitijs diues es. Proverbialis ironia de magnopere tenuibus. A Lysistrato quodā tristum, extremæ paupertatis homine.*

*Pactoli opes. τὸν ποκτώλη πλοῦτον.* Philofra.

*Id est, Pactoli diuitias. Est autem Pactolus Lydie fluuius, ex monte Tmolo profluens, aureis scatens ha- renis. Horati. in Odis. Si pecore & multa diues tellure licebit, Tibiq; pactolus fluat.*

*Cinyræ opes. Κινύρης πλοῦτος,*

M.3.

*Id est,*

## DIVITIAE.

Id est, Cinyrae opes. De immensis opibus dicebatur. Nam huius regionem opulentissimam fuisse, Naso satis indicat. Suidas. Conseruas Tithono profundius Cinyra ditius, Sardanapalo deliciosius, ut in te copletur proverbiū, Bis pueri senes.

### Pelopis talenta.

Porro Talentum apud Atticos, maxima pecunia summa erat. Talentum minus, valebat libras sexaginta, Talentum magnum, octoginta. Non Pelopis mihi sint agricūltae auriq; talenta, Nec uentos celeres ante uolasse pede.

Suidas.

### Ad ambas usq; aures.

Μέχι τὴν αὐφωτίδωμ.

Id est, usq; ad aures ambas impleri dicuntur, qui supra modum ingurgitant se. Sumpta metaphora a uasculis, ad ansas usq; impletis.

Strabo.

### Ne decima quidem Syracusanorum pars.

Οὐδὲ τὴν διηκότια τὴν συρακεστιῶπ ἔχει.

Id est, Ne decimam quidem partem opum Syracusanorum possidet. Siquidem de diuitiis, ac splendidis ita dicere solent.

Suidas.

### Vltra res Callicratis.

Ἐτερά τὰ καθληγάτος.

Id est, supra fortunas Callicratis. De immensis opibus dicebatur. Aiunt Carystium quempiā fuisse, nomine Callicratem, qui reliquos ciues opibus longe præstiterit. Aristoteles autem tradit Callicratem quandam ē iudicium ordine fuisse, qui iudicarias exactiones sua supra modum auxerit, atq; hinc natam parœmiā de immodicis exactiōibus.

Zopyri

Zopyri talenta. ζωπύρα τάλεντα. Zenodot.

Id est, Zopyri talenta. De præclaris factis, magnoq[ue] estimandis. Hic Sopyrus Darij Regis amicus erat. e[st]c.

Diues aut iniquus est, aut iniqui hæres. Hieronymus Menarder. Nunquam uir æquus, diues euasit cito.

Satietas ferociam parit.

Parit satietas ferociā, imperitia cum potestate coniuncta, insaniam. Tollit animos opulentia, quod si ad inscitiam accedit potestas, iam res ad insaniam usque procedit.

Oktáwod's. i. Octapedes.

Lucianus

Scythico proverbio dicebantur, qui duos possideret boues, et currum unum. Dici poterit in hominem, qui sibi locuples uideatur, uel in eum, cui rusticanae sunt opes.

Quantum non milius obserret.

Persius.

De homine supra modum locuplete, cui tantum sit agrorum quantum nec milius peruolet. Persius.

Diues arat Curibus, quantum non milius obserret.

Tantali talenta.

Τάλαντα ταῦτα.

Id est, Tantali talenta. Nam Tantalus Phryx ob luculentas diuitias, in fabulam hominum uenit. Horatius. Tantalus a labris sitiens fugientia captat. Pocula, q[uod] rides? mutato nomine de te fabula narratur.

Noctuæ Laurioticæ.

Aristophanes.

Νοχῆς λαυριώτικαι.

Id est, Noctuæ Laurioticæ. hoc uelut enigmate pecuniarum uim significabant. Laurios enim Atticæ regio est auri uenis frequens.

D I V I T I A E.

Bene loculis.bene scrinio.  
Tanti habetur quisq; quantum habet.

Horatius

Dextro Hercule,aut amico Hercule.

Horatius.Dives amico Hercule. Quod quidem in eos competit, qui in accumulādis opibus sum bene fortunati. Idq; inde natū existimant, quod Hercules moriturus dixerit, eos opulentos futuros, qui sibi decisam bonorum suorum partem consecrassent.

Prædiues.

Prædiuitem significabimus his uersibus.  
Diuitis in patris sunt multa recondita tectis,  
Aesq; aurumq; fabrefacti quoq; copia ferri.

Iuuenalis

Quantum habet.

Quantum habet quisq; tanti fit. Horatius Satyra prima. Nil satis est, inquit, quia tanti, quantum habeas, sis. Iuuenalis Satyra tertia. Quantum quisque sua nummorum seruat in arca, Tantū habet et fidei.

Pindarus

Pecuniae vir. Χρήματα ἀνή.

Id est. Pecunie uir. Hoc est, tanti quisq; fit, quantum possidet.

Plautus.

Vnde excoquat seuum.

Plautus in captiui duo, proverbiali dixit hyperbole. Vnde excoquat scuam senex, opes significans copiosissimas. Plautius uersus hic est. Quid diuitiae, sunt ne optime? Vnde excoquat scuam senex. Seuum autem uel ut alij sebum, est pingue pecudum durius, quod Græcis sexq; appellant.

Adminicula vitæ.

Omnia que ad uitæ cōmoditatē pertinent, indicantur hoc carmine. E quibus etiuū recte ditesq; uocātur.

Diuitiae non semper optimis contingunt  
Iuppiter

Iuppiter emetitur opes mortalibus ipse  
Sic uisum ut fuerit, cunctisq; bonis malisque.

Vestis virum facit. Εἴματα ἀνθεῖ.

Id est, Vester vir. Aliunt enim ad hunc modum: Vestis  
tus virū reddit, qui habet induat. Idem affirmat Quintilianus libro institutionum octavo. Et cultus, inquiēs,  
concessus atq; magnificus, addit hominibus, ut Græco  
uersu testatum est, autoritatem.

Lysicrates alter. Λυσικράτης ἔπειρος.  
Id est, Alter Lysicrates. Lysicrates quidā in uulgis fa  
bulam abiit, q; capillos iā canos nigro tingeret, quo iu  
uenis etiam dum uideretur.

Magnum os anni. Μέγας σόματος ἐνίσχυτος  
Id est, Magnum os anni. Dicebatur quoties uberior re  
rum prouentus, aut uilior annona animos et loquendi  
libertatem adderet, alioqui timidioribus. Non admo  
dum disidet ab illo: Fœnum habet in cornu. Item illo:  
Argenti fontes loquuntur.

Nullius indigens deus. Αὐτὸν εἷς δὲ θεός.  
Id est, Nullius egens deus. Admonet parœmia, nullū  
esse mortaliū tam absolutū, in quo non aliquid defide  
retur, unum esse deum, undequaq; perfectum.

Euparyphus ex comoedia.  
Admodū proverbiali figura dixit Plutarch⁹ in Symp.  
Ὥωδε τὸν πάρενθητὸν ἐκ κωμῳδίας, hoīem signifi  
cans magnifice uestitū, ac magnā seruorū turbam post  
se trahentem. Vnde diuites omnes splendide cultos,  
ὧδε φους appellant Græci.

Attagenæ nouilunium. Ατταγεῖς νοιλυῖα. Suidas.  
Id est, Attagenæ nouiluniū. Refertur à Suida: nec ex  
pliatur, sed conjectura colligi potest, dictum fuisse in  
M. S. turbam

## DIVITVM · PRAE ROGA ·

turbam abiectorum et seruatum hominum. Siquidem Attagen avis est palustris, uersicoloribus plumarum maculis distincta, unde serum hominem stigmaticum, et cui tergum ob plagarum uibices varijs punctis esset picturatum, Attagenum vocabant. Porro ad nouam lunam, sic enim Graeci vocare initiam mensis, cum Calendas non habeant, et servi distrahebatur apud Athenienses, et militum delectus agebatur.

Ad pedes ad caput.

De rebus copiosis et affluentibus.

Ad caput, ad quod pedes, quarum me uellera cingunt.  
Sermo est pastoris iactantis opes suas.

Λαχνόπλουτοι.

Calliae barbarus quispiā clā indicauit magnā auri uitia in puteum quendam coniectam. Is et occidit indicem, ne proderet, et aurū sustulit. Vbi res innotuit, in coœdiarum iocum uerfa est, ut qui malis artibus subito ditescerent λαχνόπλουτοι dicerentur.

## DIVITVM prærogatiua.

Plinius.

Τοῖς εὐτυχῶσι καὶ τριμήνωε παιδία. i.

Felicibus sunt & trimestres liberi.

In diuitum ac principum felicitatem, quibus per adulationem omnia laudi uertuntur, quiq; sibi nihil non licere putant. adeo, ut quod in hoīe plebeio perinde ut summum scelus damnatur, in illis uirtutis titulo celebretur. Potentibus sive mensium et partus trium.

Multitudo imperatorum Cariā perdidit

πολλοὶ σφάκγοι καιρίους ἀπώλεσσον.

Id est, Multi duces desperidere Cariā. Admonet sensu nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisque libidine rem gerit.

Multos

Multos imperitare malū est, rex unicus esto. Natum adagium à Caribus quondam florentissimis, postea per ciuiles seditiones eo redactis, ut etiam in uilitatis pro uerbiu[m] abierint.

Citius Telegoræ donarim.

Athene<sup>9</sup>.

Telegoras apud Naxios prædiues ac præpotens erat, cui q[uod] quotidie multa misericordia, vulgato sermone recepimus est, ut uenitores paruo licitantibus dicerent: μᾶλλον προέλοιμι τῷ τελογόρᾳ σ' οὐνα, Id est, Malim Telegoræ dare. V[er]sus adagionis esse potest, si dicamus officiu[m] rectius gratuito collocari penes probos ac magnos, q[uod] mercede penes improbos ac uiles.

Nemo bene imperat, nisi qui paruerit im Aristote.

perio. οὐκ εἴη τὸ ἀρχεῖον μὴ ἀρχὴ δέρτον  
Id est, Fieri non potest, ut bene gerat imperiu[m], qui non tulerit imperium. Monet hoc adagium, hodieq[ue] vulgo celebre: neminem recte dominū agere, qui non ante instrumentum gesserit. Neq[ue] enim idoneus est, ut alijs dominetur, qui ipse seruit affectibus. Neq[ue] rex alijs esse potest, nisi quem ratio rexerit.

Bonus dux, bonum reddit comitem.

Ο καλῶς ὄχυρο, Εὐπρεπῆ τὸ καλῶς, ἔτεδος.  
Id est, Qui bonum ducem præstat, is bonum reddit comitem. In principe situm est, ut bene sit morata ciuitas, si modo ipse bonus sit imperator. In episcopo positum, ut piam efficiat plebē, si tamen ipse piam et integrum agit uitam. Prudens et incorruptus magistratus, probos et integros reddit ciues. Bonus paterfamilias domum efficit bene institutam. Doctus ac diligens præceptor, eruditum reddit discipulum. Frugimarus uxorem in suos trahit mores. Vnde quisquis præfatus est negotio, debet in primis operam dare, ut ipse

## DIVITVM PRAEROGA.

ut ipse suo fungatur officio, priusquam ab alijs officiū exigat. At nunc uideas nonnullos principes, qui legū obseruationem exigant à populo, cum ipsi uiuant omnibus soluti legibus. A magistratibus & officialibus integritatem requirant, cum ipsi palam uendante, aut ad gratiam mandent officia. Nonnullos uideas episcopos, qui à grege suo religionē & pietatem exigant, cū ipsi procul absunt ab omni pietate.

Horatius.

Vmbræ. Σκιαί.

Id est, Vmbræ. Proverbiali ioco dicebantur olim ij, q  
uenirent ad conuiuum, non ipsi quidem uocati, sed co  
mites eorum qui uocati fuerant, sic illos sequentes, uer  
lut umbra corpus ultro sequitur. Horatius:  
Ad summam locus est & pluribus umbris,  
Sed nimis arcta premunt olidae conuiua caprae.

Recipe animum.

Vbi quis re subitaria consternatus, postea recipit se se.

Iuuenialis.

Arbore deiecta, quiuis ligna colligit.

Δρυὸς τεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.

Id est, Ruente quiuis ligna colligit arbore. Si quē for  
tuna praecepitem dederit, in hunc paſſim omnes in  
currunt, & quisque quod potest diripit. Iam enī sibi  
putant impune fore.

Cicero.

Viua vox.

Viua uox olim dicebatur, non scripta, sed ab ipso pro  
nuntiantis ore percepta, quasi uiuida atq; efficax.

Cice. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lea  
ctione suppeditet, tamen uiua illa (ut dicitur) uox alit  
pleniū, præcipueq; præceptoris.

Theophr.

Annus producit, non ager.

ΕΤΘ φέρει οὐχὶ ἄγουεν.

Id est, Annus producit segetem, non aruum. Ad incre  
mentum

mentum autem alimentumq; plurimum quidem cœlis  
temperies, et in totum annum conditio iuuat. Etenim  
si imbre serenitates, et hyemes accidunt, opportune,  
cuncta felicius atq; uberius proueniunt, etiam salsugis  
nosis ac parum pinguibus agris. Porro si licebit usum  
proverbi dilatare, non intempestiuiter accommodabi-  
tur in hanc sententiam, si quis dicat ad uirtutem edu-  
cationis, rationem longe plus adferre momenti, quam  
genus: ac plane perparui referre, quibus maioribus  
sis natus, sed multo maxime quibus rationibus educa-  
tus, quibus moribus sis institutus. Nam cœlum uelut  
educat, quod progignit terra.

Alijs lingua, alijs dentes.  
De loquacibus et edacibus dici consuevit. Quemadmo-  
dum non raro fit in conuicijs, ut alijs garrientibus, et  
fabulis potius, q; cibis intentis, alijs interim taciti, stren-  
ue qd appositū est, deuorant. Aut si quis minetur se  
facto nociturū ei, qui uerbis duntaxat leserit.

## DIV T V R N V M.

Et nati natorum. Πατέρες πατέρων. Plato.  
Id est, Nati natorum. Proverbialis figura, qua longā  
rei cuiuspiam propagationem significamus.

## DOCILITAS.

Ανεψη μηλιών μουσῶν δύει .i.

Apertæ musarum ianuæ. Zenodot.  
Hoc adagio conueniet uti, quoties aliquē facili, prom-  
ptoq; ingenio significabimus, et in percipiendis opti-  
mis disciplinis celerē. Et ediuerso, qui tardiores sunt,  
clausis musarum ianuis discere dici poterunt.

Βός εἰδότης τα πλάκα ἔξω βλέπει .i.

Bos alienus subinde foras prospectat.

De ijs,

## ELABENDI.

De ijs, qui apud alienos nō satis ex animi sententia trāctantur, eoque sepius suos drsyderant.

*Suidas.* Οἴκοι γένοι μὲν .i. Utinam domi sim.

Dici solitum, ubi quis optat ē malis, quibus implicitus est, emergere.

## DOMI VIVERE.

Domi manendum.

Inutile diutius abesse domo.

Domus amica, domus optima.

Nusquam commodius, nusquam liberius, nusquam latius homini uiuere contingit, quam domi.

Domi manere oportet belle fortunatum.  
Domi manendū est, cuncta cui sim prospera. Cui superpetit copia facultatum, domi uiuat.

Domus optima.

Infelicissimum incertus vagari sedibus.

## ELABENDI.

*Aristop.*



ΕΧΠΩΦΙΗΟΔΛ.

Raci proverbiali metaphora vocant elabibi ac suffugere. Aristophanes: Quippe apud nos turpe nō est, suffugere de casib⁹. Ductum est ab autibus, que nōnum quam elabūtur de retibus seu laqueis.

*Eustathi⁹*

ΕΧΛΥΦΙΟΔΛ.

Sumpta metaphora à piscibus, qui suffugiunt ē retibus, qui ue ab hamo elabuntur.

Omnes laqueos effugere.

Quod ipsum a uenatu translatum est.

*Plautus.*

Reperire rimam.

Plautus. Aliquam reperietis rimam. In causatores de tergiuersatores.

ERROB

# ERROR IN INITIO. 96

In limine offendere.

Vergilius  
Hierony.

In portu impingere.

Pro eo quod est, statim in ipso operis ingressu peccare. In limine deficere idem.

Cantherius in porta.

Fest. Pōp.

Natū à sulpitio Galba quodā, cui cū in prouinciā ita=ro, Cantherius i porta cecidisset, Rideo, inquit, Cāthe=rie in porta, cū tam longū iter sis i turus, iā la fissum esse te, cū uix dū sis ingressus. Cātherius nempe equus est exectis testibus, ut hoc differt Cātherius ab equo, quo maialis à uerre, capus à gallo, ueruex ab ariete.

## EXCELENTIA. Inequalitas

Aquilam noctua comparas.

Martialis

Aquila uisus acerrimi, adeo ut uersus solem intueatur  
Contra noctua solis lumen refugit.

Τέττρις τὴν μέλιτην συγκείνεις .i.

Cicadæ apem comparas.

Lucianus.

Nam cicada cum maior tum canora, cū apis sit nō mor=do minuto corpusculo, uerum etiam pene muta.

Rana cum locusta.

Impar certamen expresit hac figura Theocritus: Sic certo ueluti si certat rana locustis.

Officere luminibus.

Officere luminibus dicitur, qui gloriam alterius obsec=rat. Sumptum ex literis iureconsultorum, in quibus ca=uetur ex seruitutibus prædiorū, ne uicinus altius sub=a=lato adficio, officiat luminibus uicini.

Rosam cum anemona confers.

Vbi q̄s uehemeter imparia inter se cōponit. Rosa pri=scis i precio fuit. Anemona papaveris genus, cui⁹ flos=specie qđē rosam imitatur, cāterū nulla odoris gratia.

Acanthida

## EXCELLENTIA.

- Calphur.** Acanthida vincit cornix.  
Acanthis enī uocalis est avis, et imprimis canora. Cornix, obstrepera quidem, sed minime canora.
- Diogenia.** Koepiv̄os dōx̄i xp̄d̄i συγκίνεις .i. Cancros lepori comparas.  
De supra modum dissimilibus.  
Te studinem pegaso comparas.  
De rebus nequaquam inter se se cōferēdis. Pegasus equus erat uolucr. Testudine nihil tardius.
- Stobaeus.** Senecta leonis, præstantior hinnulorum iuuenta. τραχεῖς λέοντος κέφαλος ἀνα μούλῳ νεβρῶν.  
Id est, Leo senex uigente potior hinnulo. Senectus uiri fortis ac strenui præstantior est iuuenta quorumdam ignauorū et imbecilliū iuuenū. Venustius fiet si longule trāsferatur. Veluti si q̄s ingenii docti senis et exercitati, præferat ingenio parū eruditī iuuensis.
- Camelus vel scabiosa complurium asinorum gestat onera.  
De ijs, qui usquadeo præcellunt quosdam, ut etiam senes, aut alioquin ægroti, præstantiores tamen sint illos integris.
- Strabo.** Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est. Κροτωνιαῖς πόλεσσι, πρώτη τὸν ἔλλας εἶλεντος.  
Id est, Crotoniatarum postremus, primus reliquorum Græcorū. Strabolib. Geo. 6. prouerbiū hoc ait ortum ob insignē Crotoniatarum præstantiā in certaminibus Græcanicis. Plurimos enim egregios athletas protulit ea ciuitas, adeo ut in uno certamine olympiaco, septem uiri, qui reliquos uirtute præcesserant, onnes pariter fuerint Crotoniate.

plus

Plus apud Campanos vnguenti, quam  
apud cæteros olei fit.

*Si cui placebit adagii ad allegoriam trahere, poterit  
accōmodari uel in regionē, vel in hōiem adeo ceteris  
excellentem, ut apud hunc maior sit exquisitarū rerū  
copia, q̄ apud alios mediocrium aut uulgarium.*

*Αετούς γῆραξ, κορύδου νεότης .i.*

Aquilæ senecta, Corydi iuventa.

*De uiuida, uiridiq; senecta, que prestantior sit aliquo-  
rum iuventa. Nam anus aquila præstat Corydo auicu-  
le etiam aetate integra.*

Equis albis præcedere.

Horatius.

*Vbi quem alys, quapiam in re longe superiorem si-  
gnificabant, longoq; anteire interullo, eum albis e-  
quis præcedere dicebant: uel quod antiquitus albi equi  
meliores haberentur, uel quod uictores in triumpho  
albis equis uictori soleant: uel quod albi equi fortuna-  
tiores, & auspiciatores esse credantur.*

*Κώνωπας ἐλέφαντι παραβάλλει. i.*

Culicem elephanti conferre.

Est minima maximis comparare.

*Πολλοῖς τορεστάγμασι ὑπὸ δρακεῖ. i.*

Multis parasangis præcurrere.

Lucianus.

*Qui longo interullo præcedit, multisq; partibus su-  
perior est. Parasangam autem Persæ triginta stadio-  
rum spacium uocant.*

Telstudinem equus insequitur.

Plutarch.

Conueniet uti, cum rem præpostere & absurde geri  
significamus.

Pica certat cum luscinia.

Homerus

*Haud fas est picas contendere cum philomena. Pica  
moleste garrulitatis, Luscinia summe musica.*

N Nihil si-

## EXCELENTIA.

**Homerus** Nihil simile.

Ad iniquam cōparationem significandam ualebit illud  
Home. Imo res est stulta Cynosbaton aut Anemoram.  
Composuisse rosis.

Bubo canit lusciniæ.

Cum infans suadere conatur eloquenti, aut meruditus  
docere doctissimum.

**Hierony.** Si tanti vitrum, quanti margaritum?

Hoc dicto summa rerū inæqualitas significabatur. Si  
tanto studio curas ut uiuat corpus, q̄ est danda opera,  
quo uiuat animus? Si nihil nō facis quo placeas hominī  
principi, quanto magis enitendum ut placeas principi  
deo! Si tantis sudoribus parātur opes peritura, uel usū  
uel furto, cur nō magis incubimus, ut celestes opes  
accumulemus. In his locus erit proverbio.

**Aristides** Sedecim pedibus superauit.

Aristides scripsit in Pericle. Nempe Periclē oratore  
reliquos in dicendo sedecim præterisse pedibus. Itaq;  
Sedecim pedibus pro maximo interuallo dixit. Sumptu  
metaphora à stadijs cursorum.

Αὐλόμ σάλωγι συγκείνεις . i.

**Diogenia.** Tibiam tubæ comparas.

Conuenit in res supra modum impares.

**Athenæ?** Quanto asinis præstantiores muli.

Dicendum ubi quis longo interuallo præcedit.

**Suidas in Leonti.** ποταμὸς δελέπη ἐρίζεις, id est,

Fluuius cum mari certas.

Vbi minimi cum maximis certamen suscipiunt.

Hirundo totos schœnos anteibit.

πρόσων χελυδῶν ὅλς χοῖνς πρέπει.

Id est, Hirundo quæpiam totos schœnos præteribit.

Vbi quis immenso uincit interuallo. Nam χοῖνος  
Grecis

Græcis mensuræ genus, qua sicuti quidam existimant,  
quinquaginta complectitur stadia.

O νέοις τὸ λεόντη .i. Hinnulus leonem. Lucianus  
de cap.  
Subaudiendum cepit, uicit, aut prouocat, aut id geni  
nus aliquid pro ratione sententiae, quoties prepostero  
rum ordine, qui uiribus multo est inferior superat  
potentiores.

Ἄθλων τὸ καλλεόν .i. Mineruæ felem.  
Subaudiendum comparas. Cum multo inferiora cum  
præstantioribus comparantur.

Οὐδὲν πρός τὸ πολυτόνον οὐ .i. Plutarch.

Nihil ad Parmenonis suem.

De emulatione dictū, quæ longo interullo abessent ab  
eo, quod imitaretur. Plutarchus in Symposiaco quin-  
te decadis, secundo problemate, quo pacto natum sit  
hoc adagium narrat ad hanc ferme sententiā: Parmeno  
quispiam fuit ex hominum eorum genere, qui nostris etiā  
temporibus uarias animantiū & hominum uoces ita scite  
imitantur ac representant, ut audientibus tantum non  
etiam uidentibus, ueræ, nō imitatae uoces uideantur.  
Nec intempestiuiter utemur hoc adagio, quoties ali-  
quis opinione deceptus, de re perperam iudicat.

Μέτρα λέσχιον ωδόν .i. Post Lesbiū cantorē Suidas.  
Hoc adagio significabant aliquem non primas, sed se-  
cundas tenere partes. Lacedæmonicum prouerbium,  
hac natum occasione, quemadmodum narrat Suidas:  
Cum Lacedæmoniorum res seditionibus tumultuaren-  
tur, consultum oraculum iuſſit, uti Lesbium cantorē  
accerſerent. Accersitus Tarpanter Lesbius nimirū  
Antiffeus, & ad Lacedæmonios missus. Is canendo  
illorum animos sic deliniuit, ut seditionem omniem fe-  
daret, redactis in concordiam ciuibus. Qua ex re  
factum

## EXCELENTIA.

factum est, ut Lacedæmonij Lesbijs cantoribus primis  
in arte musica partes tribueret, & si quæ aliū carente  
audissent, protinus dicerent: Post Lesbiū musicum.

Longe vicit.

Home. At tu fide animo, quando hoc certamine nullus  
spectacum, te nec æquabit, nec superabit.

Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem.

Μάτουα τὰς θωράκης πόλεις τὰς σεα.

Id est, Suni reliqua præ Crotone friuoli oppidula.  
Licebit accommodare ad rem aut hominē, usque adeo  
præcellentem, ut reliqui cum hoc collati nihil esse nisi  
deantur. Natum fortassis est a pugilum Crotoniatarū  
excellētia, quorum erat Milo &c.

**Martialis** Indignus, qui illi matellam porrigit.

De uehementer inæqualibus, ac ne illa quidē ex parte  
coferendis. Martia. Dispere à si tu Pyladi præstare ma-  
tellam Dignus, aut porcos pascere Perithoi. Nam sora-  
didiſsumum officium est nocturnenti matulā exhibere.

Nec dignus, qui me intueatur.

Qui contemnet omnino quempiam ut ignavum &c.

**Zenodo.** Κέλμισ ϕύσισ ι. Selniis in ferro.

Dici consuevit de ijs, qui præter modū suis fiderent ui-  
ribus, tanquam inexpugnabiles, invicti q; cæteris. Cel-  
mis, ut scribit Zenodotus, unus fuit ex idaxis Dactyliis,  
qui cum matrem deorum Rheam uiolasset stupro, de-  
inde à reliquis fratribus reiectus est. Ab hoc ferrum  
solidissimum cudi solebat.

**Aristop.** Αετὸς ϕύσισ ι. Aquila in nubibus.

Pleriq; interpretātur de re magna qdē illa, sed quā nō  
facile assequaris. Alij de ijs, q; longe reliquos præcellūt  
**Plutarch.** Manica. Μανίκα.

Pbrygio prouerbio dicebatur ingētia egregiāq; facta,  
ducta uo-

ducta uoce à Mane quodam prisca apud ipsos rege,  
quem ferunt uirum fuisse præpotentem, et admirabili  
uirtute præditum.

Multi discipuli præstantiores magistris. Tullius.  
Ad uarios usus accommodari potest, uel ad simplicem  
sensem, ut discipulus eruditione superet eum, a quo li-  
teras didicit, aut per iocum &c.

Pedibus trahere.

Tullius.

Est rē pro suo arbitratu uersare. Metaphora ducta ui-  
deri pōt, uel à vulcano illo Homericō, quē Iuppiter ut  
lōge uiribus præstatiōr, pedibus tractu ē cœlo deiecit

Solus sapit.

Homerus

Narrat Dioge. Laertius Chrysippū philosophū usque  
ad eō sibi placuisse, ut cōsultus à quodā, cui potissimū fū  
liū suū phīe præceptis instituendū traderet: Sibi cōmūt  
tendū respōderit. Nā si quē, inq̄t, aliū me præstantiore  
arbitrarer, ipse apud hunc phīe darē operā. Vnde et  
illud Homericū de eo uulgo iactatum fuisse. Quod so-  
lus saperet, reliqui uero umbr.e ferrentur.

Μύεικη κάμηλος. i. Formica camelus. Lucianus.  
De uehementer in equalibus, et modo minimis modo  
maximis, quod perinde sit quasi repete camelus in for-  
mūcam uertatur. Lucianus in prima epistola Saturna-  
lium &c. Neq; intempestiue dicetur in eos, qui sibi nō  
constant, in utramq; partem immodi ci.

Ηερκλῆς η πίθηκος. i. Hercules & Simia.  
De minime congruentibus. Simia dolis ualet. Hercu-  
les uiribus antecellit.

Elucet egregia virtus.  
Egregia uirt<sup>9</sup> etiā si qñ disimuletur, tñ semp eminet.  
Νένος ωρύπηκε. i. Cum sis nanus, cede.  
De pusillis dictū. Nani enī homontiōes appellātur, in-  
N.3. fra mo-

## EXCELLENTIA.

*fra modū humani corporis, et prodigiose breuitatis.*

**Plutarch.** *Hæc potior. Καρπόν τικη.  
Hoc est, præstantiorū uictoria. Illius sententia autem con-  
siliū magis quadrat.*

*Corui luscinijs honoratores.*

*Cum indocti doctis preferuntur, improbi probis, bla-  
teratores eloquentibus, rapaces ac fures cordatis &  
integris uiris.*

*Seruus seruo præstat, dominus dominō.  
Admonet adagium in eodem hominum genere non sta-  
tim omnes æquales esse, uerum hominum habendā esse  
rationem, non tantum conditionis.*

*Antiquis debetur veneratio.*

*Cū summis et inuictis, uel cū antiquis nō est certandū.  
Ακαρνικοὶ ἵπποι .i. Acarnici equi.*

*Dicebantur equi maximi. Conueniet uti de re quapiā  
eximia aut insigni præmio.*

*Inter cæcos regnat strabus.*

*In regione cæcorum rex est luscus. Inter indoctos, qui  
semidoctus est, doctissimus habetur. Inter mendicos, q  
paululum habet nummorum, Crœsus est.*

**Plato de  
le. i.**

*Qui prohus Atheniensis.*

*Sentit autem Plato ī male instituta maleq; morata repub.  
qui boni sint, eos natura & insignite bonos esse.*

*Vnus multorum instar.*

*Torqueri poterit ad quemcumq; uirtute præstantem.*

**Stephan⁹.**

*Alabanda fortunatissima.*

*Αλάβανδα καρπῷ εὐτυχεσάτη.*

*Id est, Alabanda Cariū fortunatissima. Stephanus in cō-  
mentarijs de urbibus tradit Alabandā Cariæ ciuitatem  
esse cōditā à Care, à cuius filio nomē sortita est. Siqdē  
is postquam in equestri prælio strenue nauasset opera,  
Alabana*

Alabandus est dictus. Cares enim sui lingua Ala uocat equū, Banda uictoriā. Eāq; uocē ait Rhomanis etiā in usu fuisse, ut Bandam uictoriā dicerent. Evidē opinor binc in Germania durare uocē eam, qua præpotentem & antique nobilitatis principē Banderum uocare: ut qui uictor olim hoc honoris uirtute bellica sibi pepererit. Quadrabit igitur ubi uolemus intelligi, fortunam amplam, & uitæ genus uoluptarium, quanquam à literis & uirtutis studio alienum. Veluti si dicat alicus aut negotiator quispiam: Alij sc̄ literis macerent, alij cum paupertate philosophentur. Poterit & per irrisiōnem usurpari.

## Alpha penulatorum.

Martialis

Martialis alpha uocauit præcipuum & quasi primatē. Idem alias iocatur in quendam offensum, quod cum dixisset Alpha, monetq; ut huius iniuriae talionē faciat, sc̄q; uicissim Beta, si uelit, appellat. Translatum à notulis literarum, quibus Graci numerum indicant. Eosdem signiferos & antesignanos appellant, meta phora sumpta à militia.

Ακέστεως, καὶ ἐλικῶν οὐ τέγμα .i.

## Acesei &amp; Heliconis opera.

Quæ singulari artificio cōfecta uideretur, sic antiquitus appellabātur. Locū prouerbio fecerunt duo quidā celebratæ artis artifices, Aceseus & Helicon.

## Ambrosia alendus.

Cicero.

In egregios uiros adaziū. Ambrosia cibis est deorum

Gorgonem Perseus aggreditur.

ῥέψυον τῷ σπερμῷ ἔχειε πότο.

Id est. Gorgonem Perseus adortus est. Vbi quis egredium facinus acceptat. Notissima fabula &c.

Αὐτὸν ἄξειν .i. Lydius currus.

Diogenes.

N.4. Hoc scom-

## EXCELLENTIA.

Hoc scommate notabantur, qui in certamine quopiam  
longe ceteris esse inferiores. Refertur adagium à  
Diogeniano. Quidam ad Pelopem Lydum referunt,  
qui suo curru uicerit Oenomanum.

Μὴ πρὸς λέοντα δορκάς .i.

Diogenia. Ne caprea contra leonem.

Ne longe inferior cum potentiore decertes.

Persius. Monstrari digito.

Pro eo quod est insignem esse. Hora in Odis. Quod  
monstror digito prætereuntū. Persius. At pulchrum  
est digito monstrari, et dicier hic est.

Aristop. Προδίκης σοφώπερ .i. Prodicō doctior.

Aiunt hūc Prodicū in dijudicādis litibus et arbitrijs,  
inter dissentientes amicos, acerrimū fuisse iudicij.

Quo properas? Num ad Ephebum?  
Parum liquet quid sibi uoluerit Cilicum illud adagii,  
nisi forte sumptum est ab Apollinis oraculo, ad quod  
undiq; festinabatur. Fingebatur autem imberbis Apol-  
lo, quemadmodum et Bacchus.

Alius alijs in rebus præstantior.

Qui dicet aliū alia dote præcellere. Accomodabit il-  
lud: Hic dictis, hasta longe præstantior ille.

Vergilius Non omnia possumus omnes.

Porro contingere non potest, ut omnis felicitas uni  
contingat.

Plato. Διuinū excipio sermonē. Θεον ἔχοντα λόγον  
Id est, Diuinū excipio sermonē. Quoties, opinor, glo-  
riosius aliquid dictum esset, omnis gratia deos exci-  
piebant, q; nihil nō possunt, et quibus nemo præscribit.

Dñ omnia possuit.

Quadrabit in monarchas, quibus promptū est facere  
quicq; dñ collibitum fuerit, siue iure, siue iniuria.

Excrans

## EX ECRANDI.

Deuotionis templum. Αράς ἵρεοπ.

Dicgeni.

Id est, Execrationis templum, in eos dicebatur, qui  
crebris execrationibus uti consuerunt. Qui mos nūc  
uulgo plerisq; plurimum improbandus, ut nihil dicat  
nisi diras admisceant deuotiores, et imprecamina, uel  
ipso horrenda auditu.

Oid' ποδ. Οὐαὶ. i. Oedipi imprecatio.

De tragicis et ingentibus malis. Qui graca colligunt adagia, citant ex Aeschylo huiusmodi fabulam.  
Eteocles et Polynices de more patri ex unoquoque  
sacro, partem anteriorem mittebant. Cum autem alii  
quando per imprudentiam atq; incogitantiā, coxam hoc  
est posteriorē partem mississent, ille existimans id nō  
oblivione, neq; imprudentia, sed contumelie causa fa-  
ctum, imprecationibus diris eos est execratus.

Φωκέων ἀπό. i. Phocensium execratio. Herodot.

De iure iurando multis vinculis astricto. Nam olim  
in foederibus quo minus uiolarentur, adhibebant non  
solum promissa, dextras, et sacrificium, uerū execra-  
tiones in caput eius, quicunq; non staret pannis. Pro-  
uerbium autem ab huiusmodi profectum est casu. Pho-  
censes olim communi populi consilio, patriū solum re-  
liquestrū adacti deuotionibus atq; execrationibus qui-  
busdā, ne quisquam usquam de repetēda patria cogitaret.

Phocensiū amolitio. Φωκικὴ τῶν οἰνοῖς.

i. Phocica desperatio. Hora. Malis carere queritis la-  
boribus. Malorum expulsio hoc notatur proverbio.

Adiurantis se facturum aliquid.

Homerus

Cum adiuramus nos facturos qnippiā, si modo uita  
non destituat, licet accommodare uersiculū hunc. Post  
hac ne caput hoc humeris infistat vlyssis.

Ἐπιτίχει μέσῳ ηγή σλουσάλας μῦσος.

## EX EVENT V.

i. In omni fabula & Dædali execratio.  
Quadrat in autores atrocii facinorū, aut ingentiū calamitatū, ut frequenter illorum incidat mentio, sed non sine detestatione. Tradunt ab hac ortum fabula, Pasypheae regina Crete tauri amore capta, Dædalum exorauit, ut sibi uaccam lignā ad proximā uerae uaccē simulationē effingeret. In hac insula mulier ē taurō concepit, ac minotaurū monstrum abominandū perperit. Minos autem certis de causis iratus, Athenicis fibus indixit, ut quotannis, septem uirgines, & totidē adolescentulos mitterent Minotauro obiciendos. Horum omnium quoniam Dædalus causam dedisse uideatur, in eum uulgo dira imprecabantur, unde res in proverbiū abiit.

## Plutarch. EX EVENT V Indicium.

Mox sciemus melius vate.

Τάχιστον μεθαπέδειον πέπερον.

Id est, Mox melius ipso uate rem cognorimus. Ad eum modū dicebant, qui rem non conjecturis diuinauit, sed experientia deprehendere tentarent.

Cocta numerabimus exta.

Id est, Ex euentu sciemus. Huic confinis color ille comicus, Res indicabit. Oui. Exitus acta probat.

Res indicabit.

Cum significamus experientia exituq; perspicī sermonis ueritatem.

Magistratus virum indicat.

Αρχής τοῦ ζωγράφου στίμη.

Id est, Imperia demonstrant uirū. Quidā Pittaci Myteleni putat apophthegma. Sunt q; soloī tribuāt. Sensus est in uita priuata uix satis perspicī posse mores & ingenium

## EXITIVM HONESTVM. 104

Et ingeniuū hois. Verū si cōmittas imperiuū, ut quod li-  
beat, idē liceat, tum denuum apparere quo sit animo.

## EXIT IVM HONESTVM. Aristo- De pulchro ligno vel strangulare. phanes.

Ἄνθος καλλίσ ξύλος καὶ πάγχος.

Id est, De pulchro ligno etiā strāgulari conuenit.  
Admonet calamitatē tolerabiliore esse, si cū honestate  
fuerit coniuncta, ex dedecore uacauerit. Veluti, si uir-  
go uitietur à generoso, ac prædiuite amante. Circuns-  
fertur huic simillimū proverbiū etiā hodie apud no-  
strates, si demergēdus sim, in aqua pura me demergā  
hoc est, si pereundū est, honesta morte perire satius.

## EXILIVM.

Seruabis bouem. ΒΥΧΟΛΗΟΣ.

Plutarch.

i. Bubulc⁹ eris, hoc uelut enigmatis significabat exiliū

Terram pro terra. Γλῶς πρὸς τῆς ελασινῶδες Lucianus  
In hoīem exulem, erronē ex incertis vagantē sedibus.

## EXPERIENTIAE seu pericitatiōis.

Ἐπ τοῖς τὸ πόνον ωροῦ, i. In care periculum. Socrates.

Subaudi facito. Hoc est in hoīe, aut in re uiliore fac  
periculosam experientiā, in qua si parū feliciter cesse-  
rit nō multū sit diffēdij capiendū. Suidas scribit Cares  
primos mortaliū mercede militasse, ut qui uitā suā ui-  
lem haberēt. Hos igitur, q̄ conduxerāt primos in acie  
collocare cōsueuerāt, ut primos hostium impetus suo  
exciperent periculo, aut ubi fortuna belli difficillima  
uideretur, illuc obiiciebātur. Cæterū in bellicis reb⁹ ita  
præcelluisse, ut paſsi apud Poētas, arma bellica Carica  
noiantur. Illos si pdas, nō admodū grauis fit iactura.

Ὕπ πίδω την κορα μειορ μανθάνει.

i. In dolio figularem artem discere.

De ijs

## E X P E R I E N T I A E.

De ijs, qui protinus maximis in rebus artificij capiunt experimentum, cū paulatim à minutis ad summa proficiisci cōueniat. Neq; enim si gulis statim a dolio, id est uase maximo, arte auspicatur, sed à pusillus quis busdam uasculis. Dic earchus ad alia sententiā torquet proverbiū, ut admoneat unumquēq; artifice in suis negotijs exerceri oportere, uelut aurigā in ducendis curribus, Nauclerū in gubernanda nauī, Medicum in curandis morbis. Horati. in epist. Nauim agere, ignarus nautis timet, abrotanum & gro. Non audet, nisi qui didicit dare, quod medicorum est promittunt medici, tractant fabrilia fabri, Scribimus indocti, docti pōmata pāsim. &c.

In harenam descendere.

Pro eo quod est, certamen inire.

O : α μῦς ϕύτισθη.

.i. Quanta mus apud Pisam.

Subaudi tulit. De ijs, qui uincunt, et optatis potiū tur, sed non sine summo negotio, neq; citra magnū in commodum suū. Suidas natum ait ab Athleta quodā, seu pugile Tarentino, qui in Olympiacis certaminibus apud Pisam, semel duntaxat uictor discessit, idq; plurimis acceptis plagis.

**Basilius.** Omne mouere lapidem. πάντα λίθον κινεῖ.  
Id est, Vnumquēque moue lapidem .i. omnia exp̄iri, nihilq; intactū relinquere. Diuus Basilius ad nepotes. Ad quod ut uiaticum paremus, omnis lapis, ut dici solet, mouendus est.

**Cicero.** Pedem conferre.

A militia sumptum. Vsurpatur, ubi proprius accedi tur ad rem. Cicero. Non possum magis conferre pedē, ut aiunt, aut proprius accedere.

Omen

Omnem rudentem mouere.

Iuli. Pol.

Πάντα κέλωρ σείει.

*Id est, Omne funē mouere. Pollux. Nauigabamus omni moto rudente, & omnibus rudentibus. Ad eum modum significat difficultē nauigationem, in qua omnia sint tentanda.*

Πόλις ἐρδηγος Διδάσκαλος.

.i. Respublica virum docet.

Plutarch.

*Significat neminem ad rem gerendā idoneum esse posse, nisi qui sit usu exercitatus.*

Omnem iacere aleam.

*Est rem uniuersam periclitari, fortunaeq; arbitrio committere. Siquidem alea fortunae ludus est magis q̄ artis. Vnde proverbiali figura, si quando ancipitē rei euentum significamus, quasi non ab arbitrio iacentis, sed a fortuna pendentis, aleam iaci dicimus. Cæsar ad Rubiconem. Eamus, inquit, quo deorū ostenta, quo iniuriorum iniquitas uocat. Iacta esto alea.*

H. Tp̄is εζ, H. Tp̄is νύκοι.

.i. Aut ter sex, aut tres tesseræ.

*Siquando significabimus nos extrema periclitari nelle, & aut plane uincere, aut prorsum uinci. Sumptum est i. uictuso tesserarū lusu, in quo qui nouē. ie cisset, is modis oībus superabat, q̄ tres, is lōgiſſime aperiūt à uictoria. Nā antiquiores tr̄ibus, tessera uti cōsueuerant. Tesseram aut etiam ipsum iactum appellant.*

Bectileus ή ὄν. .i. Rex aut asinius. Plato.

Hoc est, Aut uictor, aut uictus.

Vela ventis permittere.

*Quinti. Permittamus uela uentis, & orā soluentibus bene prece mūr, hoc est adiōnis ancipitē euentū ut cungs cadat experiamur. Sene. Fluctibus dedi ratē:*

Deo for-

## EXPERIENTIAE.

Deo fortunæq; committo.

Est euentum negotij fortune committere.

**Liuus.** Res ad Triarios redijt.

Romanum extat adagium elegans. Eo licebit uti, cū significabimus rem eo periculi redactam esse, ut extre mo conatu, summisq; viribus sit enitendū, et ad su prema configiendum consilia, quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquū esse uidetur, unde subsidiū spe rare possis. Natum adagium è ratione, modoq; compo nendi Romani exercitus. Refertur et explicatur à Tito Liuio, Decadis, lib. 8.

**Lucianus** Sacram ancoram soluere.

ἱερὸν ἄγκυραν καθάξειν.

Id est, Sacram solucre ancoram. Quoties ad extre ma præsidia configitur. Translatū à nautis, qui maximam ac ualidissimam ancoram sacrā uocant, eamq; tū demum mittunt, cum extremo laborant discrimine. Lucia in Ioue Tru. Audi iam sacram(ut aiunt)ancoram, quamq; nulla ui queas abrūpere. Sic enim appellante argumentum insolubile.

**Plutarch.** Mouebo talum a sacra linea.

Diogenia. κινῶ τὸν ἀφ' ἵρος.

Id est, Sacre linea talum moueo. De ijs qui extrema parant experiri. Id Iulius Pollux exponēs, ait à ludo quopiam tessarū esse natum adagiu. Lusum autem fuisse huiusmodi, ut utriq; ludentiu essent calculi quinque, totidē impositi lineis. Inter eas lineas utriq; quinas, unā fuisse mediā, quā sacrā uocabat, unde qui talū mouisset, is sacra linea calculū mouere dicebatur.

**Ouidius.** Semper tibi pendeat hamus.

Ouidius in amoribus. Semper tibi pendeat hamus. Casus ubiq; ualeat, semper tibi pendeat hamus,

Quo

*Quo minime credis gurgite piscis erit.*

*Tentantes ad Troiam peruenerūt Græci. Theocri.*

*Tentando atque experiendo, quantumlibet etiā ar-  
dua perfici.*

Post malam segetem serendum est. Seneca.

Seneca lib. epist. ii. *Quo licebit uti, quoties res pa-  
rum ex animi sententia cecidit, et significabimus nō  
esse desistendum à conatu. Quanquam Seneca loqui-  
tur de ijs, qui refugium in illum hominem beneficium  
collocare, quod semel inciderint in ingratiū. Eiusdem  
generis est. Post naufragium maria tentantur.*

*Domi habet domi nascitur.*

*Nam id dicitur domi habere, quod in nobis sitū est,  
neq; necesse est ab aliis mutuo sumere. Terentius. Phi-  
losophos domi habet unde discat.*

*Domellicum malum.*

*Quod ad alios nihil attinet. Ad me pertinet.*

*Οὐδὲ πέπονδες λενόπειμη προστοίει. Diogeni.*

*Nihil graue passus es, nisi tibi vindicas.*

*Meminit Diogenianus. Nemoleditur nisi a scipso.  
Nemini sit iniuria, si ea existimet ad senō pertinere.*

*Emete malo, quam rogare.*

*Quo significatum est, haud quaquam gratis accipi,* Tullius.

*quod precibus emutur, imo nihil emi charius,*

*quam quod roganti datur.*

# FACUNDIA.

## ἌΓΡΙΚΗ ΜΟΣΧΑ. i. Attica musa.

Diogenes  
Laertius.



RO uenusta, lepidaque oratiōe. Nam inter dicendi genera laudatur in primis Atticū. Diogenes Laertius scribit id cognominis uulgotributū fuisse Xenophonti, ut Attica musa uocaretur, propter admirabile quandā hominis uenustatē in dicendo. Vnde ex Atticam eloquentiā, et Atticū leporem. Sed ad hominē accommodatū, erit uenustius, præsertim si accedat ironia, ueluti si inelegantem aliquem, ex ab omnibus literis gratijs alienissimum, Atticam musam hoces.

Hierony.

Lepos atticus, Eloquentia attica.

Inter reliquos Græciae populos, lepos quidā, ex festiuitas quedā quasi uernacula, ac peculiaris adest Atticis, adeo ut in proverbiū abierit, Ihero. ad Pand.

Cygnea cantio. κύκνεος ἀστυε.

Id est, Cygnea cantilena. Conuenit in eos, qui supremo uitæ tempore faciūt disserūt. Porro Cygnos instantे morte mirandos quosdam cantus adere, tamen omnium literis est celebratū, quam nulli uel compertum uel creditum. Martia. Dulcia defecta modulatur carmina lingua, Cantator cygnus funeris ipse sui.

Tunc canent cygni, cum tacebunt graculi.

Hoc est, Tū loquentur eruditū cū garrulis non erit loquendi locus. Aut inter garrulos ex obstreperos, non est eruditis dicendi locus.

Nestorea eloquentia.

Nestoris Pyliorū ducis facūdia in proverbiū abiit, si quando senilem suauiloquentiā significamus. Num huic Homerus, ut tria secula, ita plusquam mellitam quadam

quandam facundiam affuit.

Nihil ex agro dicas. Οὐδὲ πὲρ ἀγρὸν λέγεσθαι. Suidas.  
Id est, Nihil è rure loqueris. Nihil humile, neq; tri-  
uiale. Quod enim parum elegans, parū expolitum, id  
ex agro profectum dicitur. Contra quod festiuū quod  
lepidum, id urbanum ac ciuile uocant.

Αὐτὴν τὸν σοφίας χρ. i. Nunc ipsa viuit sapientia.

Applaudentis et adgratulantis est sermo, si quid  
aliquando uidetur scite dictum et arte, factūne. Festi-  
vus erit si per ironiam efferatur.

Αὐτὴν τὸν κανθάρον μάθοσθαι.

i. Nunc ipsa floret musa.

Vbi quid erudite, facunde, uenustè dictū aut scri-  
ptum uidebitur. Et hoc uenustius fiet per ironiam.

## F A M E S.

Plautus.

Fames & mora bilem in nasum conciunt.

Id est, Latrante stomacho, omnis mora biliē mouet.  
Ducta est metaphora ab animātibus iram nariū flatu  
significantibus. Quin hominibus etiā nonnullus ex na-  
ribus indicū iracūdīa. Vnde et corrugare nares dicū  
tur, que offendunt. Potest id trahilatius, nēpe ad quē  
libet uehementius aliquid cupientem, cui omnis mora  
quantūvis pusilla, lōgiſſima uidetur, attestante Mimo.  
Etiam celeritas in desyderio mora est. Horatius.  
Vt nox longa quibus mentitur amica, diesq;. Longa  
uidetur opus debētibus, ut piger amus. Pupillis, quos  
dura premit custodia matrum.

Miserrimum fame mori.

Homē. Odyss. Dura quidē miseris mors est mortalibus  
omnis, At periisse fame, res una miserrima longe est,  
Accommodari potest in sordidos, parcōs, et auaros.

O Molestus

Homerus

## F A M E S.

Molestus interpellator venter.

Venter improbus interpellator, non sinit unquam quempiam obliuisci sui, id ad egestatem torqueri poterit, que mortales ad omnia, tum facienda, tum ferenda solet cōpellere. *Vlysses*, Nō est improbior res altera uentre molesto, Quippe uel inuitū meminisse sui iubet, & si Valde aio crucieris, & angit pectora moror.

Suidas.

Kεστρος ενειδι. i. Cestreus iejunat.

De famelicis & uoracibus dici consuevit. Alij mandant referre ad eos, qui uitam innocuam agunt, & ab aliorū iniurijs abstinent, nec ullum emolumenatum ex sua innocentia ferunt. Est enim Cestreus piscis genus quoddam, quod reliquis mutua deuoratione uictitibus, unum ab aliorum carnibus abstinet, ideoq; non capitur esca, sed in limum abdit se, atq; ibi perdurat, & ut arbitrantur nonnulli, limo pascitur.

Non interpellandus famelicus.

Quoties innuemus non esse confabulandi otium, nisi prius placauerimus latrantem & iratum, ut ait Horatius, uentrem.

Plutarch.

Ventre pleno melior consultatio.

τασθός ἀποτελεῖς βολὴ καὶ μῆλος ἀμένων.

Id est, Consultatio tum melior, cum expleueris aliuum. Cū fames interpellat, non uacat deliberare, propterea quod consultatio moram desyderat, & animi tranquillitatem, at fames bilem acuit.

Etiam Bætylum deuorares.

καὶ ξύτιλος ἀρκατεπίοις.

Id est, Etiam Bætylum deglutires. In uoracem & omnia concoquenter. Nam Bætylus dicitur saxum ilud fascijs obuinctum, quod pro loue deuorauit Saturus. Hæc Hefychius.

FESTI

# FESTINATIONIS.

108

Flaccus.

Nauibus atq; quadrigis.

Pro summo studio, summaq; festinatione. Flic. in epis.

Strenua nos exercet inertia, nauibus atq;

Quadrigis, petimus bene uiuere, quod petis hic est.

Citis quadrigis, Iouis quadrigis.

Plautus.

Subaudi fugere. Pro eo quod est, quam oxyssime fu-  
gere, legitur apud Plautū, ab Homero translatū, qui  
dijs quadrigas affixit, quibus quo lubitū sit repēte ra-  
plantur, ex olymbo in terras, rursus ē terris in cœlū.

Equis albis præcedere.

Plautus.

Vbi aliquē alijs quapiā in re longe superiorē signā  
sicabant, lōgo anteire interuallo. vel quod antiquitus  
equi albi meliores haberētur, uel quod uictores in tri-  
umpho albis equis uectari soleat.

Talaria induere.

Tullius.

Pro eo quod est, fugā adornare, quasiq; uelle quapiā  
auolare. Itaq; talaria iduere dicim⁹, q̄ parat aufugere.

Citius quam asparagi coquuntur.  
De re uchementer properata.

E vestigio.

Quod citra moram ac protinus fit, quod prisci di-  
cebant extemplo.

Θᾶττον ἡ βότρε. i. Celerius quam Butes. Zenodot.

Hoc adagio significabant aliquid quā primū absoluī,  
compendioq; explicari. Butes Athenis depictus erat,

ut summa capitis pars, cum oculis tantum uideretur.

In eius igitur pictura quoniam non multū operis sum-  
pserat pictor, prouerbio iactari consuevit de his, que  
facile perficiuntur.

Simul ut dictū & factū. Αὐτὸν ἐπὶ Θησέων οὐερού Homerus

Id est, simul dictum, simul et factum. Vbi quis ci-  
tra morā idre p̄estat, qđ uerbis pollicetur. Home.

O.2.

Mox si-

## FESTINATIONIS.

Mox simul ac dictum est uerbū, res ipsa peracta est.  
Duobus pedibus fugere.

Aristid. Εκ δύοις ποδοῖς καταφεύ γρψ.

Id est, Duobus pedibus confugere. Summa uisim  
moq; conatu fugere. Aristophana. E patria utroq; deuo  
lauimus pede.

Genesis. περὶ τὸς Δύεας. i. In foribus adesse.

Pro eo quod instat, iamq; in proximo est. Dominus  
ad Cayn. Si male egeris, statim in foribus peccatum  
tuum aderit.

Tullius. Velis, equisq;.

Hic respicit non ad celeritatem, sed ad utrumq; pugna  
genus, nauale, ac equestre.

Vir fugiens haud moratur lyræ strepitū.

In eos, qui in rebus pericolosis ac serijs, properādi  
studio negligunt leuiora. Nam qui fugit in bello non  
putat sibi liberum, ac uacuum, ut cantore aliquē auscul  
tet. Id etiam ad complures res accommodari potest.

Ocyor accipitre.

Admirandam celeritatem hyperbola proverbiali  
licebit indicare.

Πηγάσος ταχύτερος. i. Pegaso velocior.

De praeuelocibus. Nota fabula de equo alato.

Σαλαμινίος νοῦς. i. Salaminia nauis.

De praeuelocibus dictitatum est. Celebratur enī uel  
in primis nauale bellum aduersus Xersem gestū apud  
Salaminem, siue quod ex triremibus, altera salamina  
uocari consuevit, altera πάραλος.

Parit puella, etiam si male adsit viro.

Τίκτε μόνη ὅταν κοκκώε ἀνδρὶ πάραλος.

Id est, Parit puella, cum male etiam aduersit uiro.  
Dici conuenit, quoties res facile conficitur ex senten  
tia, etiam

tia, etiam si negligenter et signauiter gesta fuerit. Vc  
luti puella propter etatis felicitate facile gerit ute-  
rum, etiā si cum uiro nō admodū uiro rem habuerit.  
Ea res nec Augustinū fugit Theologū. Nam questio-  
nem (quod Abrabā autore Paulo, Sarē effetus, tamē  
ex Cethura sustulisse prolem legitur) sic explicat ut  
dicat illum Sarē anui effectum fuisse. Cethuræ puellæ  
fuisse uirū. Egregiū ingenium etiam sub malo, et in-  
diligente præceptore bonas literas assequitur. Contra  
si discipulus sit ov̄o λύfxe, præceptor etiam optimus,  
oleum perdit ex operam.

### πῦρ τολαρίου. i. Ignem palma.

Dici solitū, signando protinus aliquid intellectū esset  
à quopiam, ut si scommate dicto, statim sentiat aliquis  
in se dictū. Sumptū uidetur ab ijs, qui per lusum ignē  
admovent manibus alienis, qui subito sensu excitati re-  
silire solent, risumq; mouere spectantibus.

### Αφύας πῦρ. i. Aphyā ad iguem.

Proverbum in ea, quæ celeriter intereunt aut absu-  
muntur, siue quæ facile ac statim conficiuntur. Nam  
Aphyā piscis genus molle, ac tenerum quod admotum  
igni protinus decoquitur.

### Ne nimium callidum hoc sit modo. Teretius.

Donatus proverbum esse demonstrat, quanquā an-  
ceps est lectio. Poteſt enim utruncq; legi, et calidum,  
et callidum, ut prius illud ad festinatum consiliū, al-  
terum ad nimis astutum referatur.

### ΕΥΤΟΣ ΕΒΔΟΜΗΣ. i. Intra septimam.

Zenodot.

Subaudi lineam. Edictū erat Athenis, ut ante septi-  
mum diē mensis exercitū educerent. Recte fortassis  
utemur hoc auctor, quoties admovebimus mature,  
suoq; tempore negocium aggrediundum.

O.3.

Priusquā

## FESTINATIO.

Priusquam gallus iterum cecinerit.

πρὶς ἡ διεῦτερον ἀλεκτρυόν ἐφδέμητο.  
Prius atq; gallus cātet iterū crīstiger. i. admodū mane  
et ante lucano. A prisca cōsuetudie sumptū, qua noctis  
deliquiū & acceſſū diei galli cātu metiebātur, gnomi-  
nibus horarijs nondū reptis. Huius mētio fit in Euā.

Suidas.

28. καθε πῦρ. i. Viuit incende igem.

Vbi negotijs periculosi punto festinandum admo-  
nemus, & occasionem arripiendā, ut cum reperta si-  
tillula properatur, ne pereat & illa.

Suidas.

A subeunte portū naui. Α τὸ κατασθομήν

Id est, A subeunte, subaudi, naue lucrū capias. Ad-  
monet adagiū celeritatem ad questū plurimū ualere.  
Sumptum a mercatorū diligentia, qui merces statim  
emunt ab ipsis nautis in portū appellentibus. Persius.  
Tolle recens primus piper ē sitiente camelō. Id est,  
Ilico cū adhuc deuia sītīt camelus, qui merces attulit.

Columell. Matura satio sāpe decipit, sera sp̄ mala est.

Admonet adagiū in omni negotio maturandum esse  
neq; paulo satius esse, occupare tempus legitimū, &  
serius aggredi. Veluti si quis admoneat, ut puer teneta  
ra adhuc ētate, præceptoribus committatnr erudiella-  
dus. Consultius enim anteuertere, quām prouectiori-  
bus annis tum demum incipere.

Prior occupat.

Vbi quis lucrum celeritate præripuit cuiquam.

Sacra celerius absoluenda.

In rebus diuinis attentū esse cōuenit magis, q̄ diutur  
num, ne uilescant assiduitate. Contra quorundā mōrē  
sacerdotū, qui nimium immorātur sacro, precibusq;  
quas uocant horarias.

Zenodot. Lupinum potum. Λυκῆον ποτόρ.

Id est,

Id est, Lupinum potum bibere dicebant, ubi q̄s uoluptate suo periculo capitis emeret. Narrant duos eru-  
pisse fontes sacros Appollini, quorū alter uino scat-  
ret, alter melle, ad quos cū aues aduolarent, arcu ferie-  
bantur. Porro Apollo super cætera cognōia dictus est  
¶ Lycius à luco quā aperit, siue à lupis intersectis.

Vt canis e nilo.

Macrobi.

Qui leuiter ac uelut obiter arte quampiā, aut auto-  
rē degustat, hi ceu canis ē Nilo degustare dicūtur. Na-  
tū inde adagiū. Post fugā Mutinensem, querētibus qd̄  
ageret, Antoni⁹ qdā familiaris respōdit. Quod canis in  
Aegypto, bibit et fugit. Nā i illis regiōbus cōstat canes  
raptu Crocodilorū exterritos, bibere & fugere. Soli  
ait, illos nō nisi currētes läbitare ne deprehendātur.

## FESTINATIO Properatio.

Qui nimium properat, serius absoluīt.

Monet adagiū instituendae rei non tam celeritatem  
quā curā adhibendā esse, ne postea sit in mora, quod  
in operis ingressu fuerit erratum.

Η κύωρωτεύδοσα τυφλὰ τίκτει.

Aristote.

i. Canis festinans cæcos parit catulos.

In eos, qui nimio festinandi studio, rē parū absolutam  
reddat. Hinc natū quod canis quia celerius pariat, ca-  
tulos cæcos uelut adhuc immaturos edidit. Animalia  
multisfidis pedibus, numerosum alunt foetum, ut nullus  
pes, ursa, lupa, leona, &c.

Πέρος οὐδὲν τεγκόμιορά δεῖται.

i. Ante victoriam Encomium canis.

In eum, qui præpropere gloriatur, re nondū cōfecta.  
Nā apud Græcos, qui rem strēnue gesissent in bello,  
ratione quapiā, aut carmine laudabantur. Quæ lauda-

O.4. tio pro-

## FESTINATIO.

tio proprie Encomium dicitur. Idē. Antequā uiceris triumphum paras. Non abluit hinc, quod ait Plato in Thecteo. Videbimus galli ignavi more, priusquā uicerimus, à sermone desilentes canere. Siquidem hic mōs animanti, cantu uictorem se testari.

Athenae.

Ωροφόι φενῆς αὐχάνεμ τίλω θωράκε.

.i. Ante lentem augere ollam.

Pro eo quod est, spes ingentes in animo cōcipere, priusquam res ipsa teneatur. Aut polliceri, quod ipse nō dum habeat, aut præproperè sibi placere, quasi iā pos fideat ea, que procul etiam dum absunt, ut teneantur. Ut si quis uitæ strepitum augeat spe magistratus, quæ incertum est, an sit impetratus. Lens, legumen est uilißimum ac plebeium.

Zenodot.

Επ θέρδη τίλω χλαῖνεμ καταργίβει.

.i. Aeltate penulam deteris.

Recte dicetur in eos, qui res necessarias temere, nec in tempore profundunt, aliquando futuras usui, si seruentur. Id quod uulgo factitant adolescentes, qui facultates patrias stulte prodigunt, in iuuenta, qua sustinenda fuerat imbecillitas senectæ.

Αμνιας θερίσθι. i. Muscum demetere.

Dici solitum, ubi quis tener adhuc, ex int̄pestilio, durius tractaretur, aut tolleretur emolumenū priusquam oportunū esset. Translatū ab ijs, qui statim ut ager obduci cōperit herba, demetunt, nec sinunt adolescere gramen.

Suidas.

Σικελος ομφακίζει. i. Siculus omphacizat

Omphaca Greci dicunt uiam acerbam & immaturam. Vnde dicebatur in eos, qui quantūlibet uilia tollerent furto. Ductum à furacitate Siculorum.

Aristides

Præmouere venatū. Προσοθέμ τίλω θηρευ.

Id est,

**I**d est, Præturbare ferā. Dici solitū apparet, ubi quis nō satis dissimulat, quod molitur. Quemadmodum usū uenit, ut fera tumultu excitata, subducat se se.

Odi puerulos præcoci sapientia. Apuleius.  
Vulgo inualuit opinio, ut credant puerulos maturius sapientes, aut nō fore uitales, aut dementes futuros, simul atq; ad maturā etatē perucnerint. Adaptare licet ad discipulū, q; i ipsis statim rudimentis sibi placeat.

Non statim finis apparet.

Conueniet in quorundā præproperas spes, qui negotio uix coepto, statim arbitrantur se rē factam habere, quū sepe exitus non respondeat iniyis.

## FIDES & Grauitas.

Folium Sibyllæ.

Iuuinalis.

Iuuinalis: Credite me uobis folium recitare Sibylle,  
**I**d est, rem indubitatam. Ductum adagium à Cumana Sibylla, cuius oracula cum primis celebrantur. Huic autem mos erat, ut testatur M. Varro, in palmarum folijs oracula scribere.

Ex tripode. Τὰ ἐκ τῷ τρίποδος Θεοῦ. Athene⁹.  
**I**d est, Ex tripode dicta. Dici solitum de ijs, que uehe menter uera atque indubitata uideri uolumus. Hac ex tripode dicta, id est, certissima perinde quasi ex Apollinis oraculo profecta. Tripodem autem fuisse lebetem, tribus fultum pedibus. Huius duo sunt genera: Alterum Apollinis, ob ueritatem oraculorum: Alterum Bacchi, in quo uimum miscebatur, quod ebrij uera loquantur.

Ἐκ τῷ τρίποδος θεοῦ μάρτυς οὐαὶ.

Ex Iouis tabulis testis.

Lucianus.

Pro certo ex indubitabili teste. Allusum est, ni fallor,  
O.S. ad diptis

F I D E S.

ad diphtheram, in qua Iuppiter omnia mortalium acta  
describere fingitur a poëtis.

**Diogenis.** Αττικὸς μάρτυς i. Atticus testis.

Pro probatissimo atque incorruptissimo teste. Quod  
si quis per ironiam torqueat in testem uanum, non in-  
concinne dixerit.

Αττικὴ ωἰσις i. Attica fides.

Legitur apud eundē de minime uanis, minimeq; perili-  
ris. Inde natū, q; apud Atticos templū effet Fidei de-  
constructū. Cuius meminit & Plautus.

**Pindarus.** Rhadamantheum iudicium.

Poëtæ μάρτυς κρίσις

Id est, Rhadamanthi iudiciū. De incorrupte iudicanti-  
bus. Rhadamanthus enī manū iudex, neq; muneribus,  
neq; gratia deflektitur, quo minus seuere iudicet. Accō-  
modari poterit ad mortis necessitatē, maximis pariter  
ac minimis ex aequo cōmuniē. Hora. Pallida mors aequo  
pulsat pede, pauperum tabernas, regumq; turreis.

**Tullius.** Iouem lapidem iurare.

Qui sancte & religiose deicrānt. M. T. in epist. Quō  
autem tibi placebit: Iouē lapidē iurare, cum scias ira-  
tum esse Iouem nemini posse. sumptum à prisco fe-  
riendi foederis ritu, quod a patre patrato manu tenen-  
te, lapidem conceptis uerbis peragebatur. Titus Livi.  
Macro: idem. Vtibantur & Arabes lapide in ferieno-  
dis foederibus. Aulus Gellius usurpauit ad hunc modū  
Iouem lapidem, inquit, quod sanctissimum ius iurandū  
est habitum, paratus sum ego iurare.

Poëtæ μάρτυς ὁρκος. i.

Rhadamanthi ius iurandum.

Dicebatur quod uerissimū quidē esset, ceterū nullum  
deū ascisceret. Socrates p carnem & anserē iurare cō-  
suevit,

Suevit, ne quæ deorum citaret, siue q. crederet nullos esse deos, siue q. arbitraretur non esse boni viri Deos suorū negotiorum testes accersere. Graci per caput alterius iurare cōsuerūt. Verg. Per caput hoc iuro.

Viri iureiurādo, pueri talis fallēdi. ὅροις plutarch.

ἄνδρες, ἀστραπάλοις, ἢ παῖδες ἐξαποτέομ.

Id est, iureiurando viros, talis pueros oportet fallere.

Docet viris nulla re citius imponi posse, q. iureiurādo, q. nemo tam improbus esse credatur, qui id uelit uiola re. Laconis cuiusdam apophthegma.

Διός Φίλος. i. Louis suffragium.

Dicebatur sacrū et inuiolatū. Vnde sententiā eius, cuius sit uelut irrefragabilis autoritas, Louis suffragium recte dixeris. Aut p. ironiā, ubi qd arrogati⁹ de re qua pia pronūtiat, suāq; opinonē pro lege atq; oraculo postulat accipi. Aīt enī locū in quo Neptunus et Minerua iudiciū pegerūt, utri⁹ noīc auspicijsq; ciuitas Athēniensīū istitueretur, Louis suffragiū appellatū fuisse.

Amphictyonum confessus.

Αμφικτυονικὸν συνέδειομ.

Id est, Amphictyonicus confessus. De frequente gratiūm virorum conuentu. Ductum à conuentu illo Grecorum olim celebratissimo, qui Amphictyonū dicitur, uel ab Amphictyone Deucalionis filio.

Pollicentis se promissa re præstiturum.

Significantes promissorū fidē non irritam futurā, sed re præstituros nos, qd uerbis simus polliciti. Home.

Nec reuocanda, nec irrita, uana ue dico futura,

Quæcumq; annuero et promisero uertice moto.

Πεχθεὶ τηγαχθεὶ. i. Dictum ac factum. Terētius.

Qua nihil in negotio procurando prætermissum signiſicamus. Terentius: Dictum, ac factum reddidi.

F I D E S.

Η ἀθλῶας φίλοι. i. Mineruæ suffragium  
De exacto iudicio, contrarium illi: Sus iudicauit. Sed  
lepidius fiet, si per ironiam efferatur in stupidum &  
nullius iudicij hominem.

Αλκησθόπερ τὸν επὶ σάγρα .i.

Strabo.

Veriora ijs, quæ apud Sagrā acciderunt  
Dictum olim in incredulos, quiq; nō nisi magno malo  
docti credunt. Strabo: Post Locros, inquit, Sagra flu-  
uius labitur, in cuius ripa Castoris & Pollucis aræ sitæ  
sunt, ad quas decem Locrorum mília, unâ cū Reginis  
aduersus Crotoniatas, numero centies ac tricies mille,  
Marte collato, uictorian reportarunt. Addidere ple-  
rique quo dñe certamen initum est ijs, qui in Olympijs  
erant, eum belli euentū nunciatiū fuisse. Tanta celerita-  
te nunciatae pugnæ ueritas comperta est.

Oculis magis habenda fides, q̄ auribus.

Ωτίωμ πιστοφοροῖ οφθαλμοῖ.

Id est, Oculis credendum potius, quam auribus. Quæ  
cernuntur certiora sunt, q̄ que audiuntur. Horatius:  
Nec retinent patulæ commissa fidelius aures,  
Quam quæ sunt oculis subiecta.

Οἰκοθεμ ὁ μάρτυς .i. Domesticus testis.  
Vbi quis ipse se se laudat. Quasi domi testem habeat,  
non aliunde adductum.

Venereum iusiurandum.

Αφροδίσιος ὁ ὥρης οὐκ ἐμποίουμε.

Id est, Venereum iusiurandum non punitur. Sensus est,  
Amantium iusiurandum irritum esse, neq; ad deos q̄  
quam pertinere, tanquam iocosum.

Plato.

Tullius. Dignus qui cum in tenebris mices.  
Qui certissima esset fide, cum dignum dicebant, qui  
cum in tenebris micaretur &c.

De manu

De manu in manum.

Tullius.

Cicero lib. epist. 7. Totum deniq; hoīcm tibi trado de manu, ut aiunt, in manū tuam istam, & uictoria & fide prestanē. Traduntur enim & qui commendantur.

Manu longa, & manu breui tradere.

Qui promissis agit, ac spem tantum ostendit, longa manus dat. Contra, qui præsens ac statim exhibet qd promittit, breui manu dat.

## FOE MINAE.

Homerus

Fœmina nihil pestilentius.

Homerus: Vsq; adeo nihil improbius, mulierēq; peius.

Ignis, mare, mulier, tria mala.

Πῦρ ή θάλασσαν γυνὴ κακὸ τρία.  
Id est, Ignis, fretumq;, & mulier, hæc mala tria. Nā incendio nihil formidabilius, mare itē periculosissimum est. His autem simillimum quiddā esse mulierē sentit pœmnia. Lacon quidā, qui cū uxore duxisset præpusillā dicebat ē malis, quod minimum esset, eligendum.

Sublata lucerna, nihil intereat inter mulieres. Plutarch.

Λύχνος ἀρθέντος γυνὴ τόπος οὐτοί.  
Id est, Lucerna sublata, nihil discriminis inter mulieres. Sentit adagium nullam mulierem non esse impudicam, si detur facultas sine teste peccandi. Mibi uidetur ē uulgo sumptum, non ab autoribus.

Male coniugati.

In eum, q; coīugio uinculus est cū ea, quā non amet &c.

Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem. Diogenes:

Γυναικὶ μή τίσθε μηδέ παραποθανῃ.

Id est, Ne fidem habeas, nec emorienti fœmine.

Nec mulieri, nec gremio credendum.

Quod illa incerti ac leuis sit animi, & plerūq; fiat ut in grec.

## F O E M I N A E.

in gremio posita, cum in obliuionem uenerint exiit  
gentibus procidant.

γυναικῶν ὄλεθροι .i. Mulierum exitia.  
De ijs, qui funditus ac miserabiliter pereunt. Mulie-  
res enim omnium fere calamitatum autores fuisse ui-  
ris dicuntur. Testis bellum Trojanum. Testis Hera-  
cules à Deianira extinctus. Quanquam h.ec magis con-  
ueniebat stultitiae uirorum adscribere, qui tantum in-  
dulgeant mulierculis.

γυναικός ὄμματα .i. Mulieris oculus.  
Mulieris oculus spiculū iuuētibus est. Vergi. Vritis  
uidendo foemina. Ex aspectu nascitur amor.

Mulier pudica ne sola sit usquam.  
Cum admonebimus non conuicire, ut pudica mulier so-  
la, citraq; testes cum uiris colloquatur.

Hierony. Qui non litigat, cœlebs est.

D.Hieronymus.indicat adagiū, rixosum esse omne cō-  
iugium, nec esse tranquillā uitā, nisi in coelibatu. Iude.  
Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,  
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.

Mulier in ædibus atra tempestas uiro.

Incendit omnem foemina zelus domum.

Ωωδῇ χαλκιδίκῃ τέτοκεν ἡ μῆν γαῖα .i.  
Tanquā Chalcidice nobis peperit vxor.  
De ea dicebatur, que liberos quam plurimos pepe-  
risset. Tradunt Heroinam quampiam fuisse nomine  
Comben, cui cognomen fuerit Chalci, quod prima  
arma ærea consecerit. Ea uiro coniuncta centum libe-  
ros enixa dicitur.

Aristop. Θεσσαλικὴ γαῖα .i. Thessala mulier.  
In ueneficas, malarūq; peritas artiū dici solitū, propte-  
re ea q; ea gens præter ceteras hoc nomine notata est.

XVII

Υπεψησμένος.

Dicitur iā propinqua partui. Sumpta metaphora à fīcis post immisso p̄fēnas mātērēntib⁹.

### FOCVS.

Focus luculentus in cēdibus.

Homerus

Primum donus ornamētū est, ut luceat foc⁹. Home.

Nunc ante omnia mi lucescat in cēdibus ignis.

### FORMA. Deformitas.

Σε δὲ οἰωνιταῦτα ἀπ τοις ιδωμ .i.

Ominabitur aliquis te conspecto.

Qui te conspexerit, auguriū poterit capere. Dici consuevit in deformes fœdoq; aspectu. Veteres ex prima boīs occurſu sumebant omen. Occurrere formoso, fœlix omē habebatur. Occurrere deformi nigroq; cōtra.

A furijs oriundus. Εριννίων & ηρξών.  
Id est, A furijs profectus. Olim dicebatur tetra, fœdaq; specie. Item quod noxiū & exitiale sit, id afurij ortum aiunt.

Leporem non edit.

Martialis

Antiquitus superstitione creditū est, esu leporinæ pulpe conciliari formam.

Μυκόνιος φαλακρός .i. Myconius caluus. Plinius.  
Strabo refert uulgo Myconios caluos dici solitos, qđ in ea insula uitium hoc quasi gentilitium sit, atq; omnibus ferme commune.

Υπέρφαλακρός .i. Pistillo caluior.

De magnopere glabris. Nam imā pistilli pars calui cranium referre uidetur.

Multam syluam gestas.

Δόχ μιν τοδιλὺ φορεῖς.

Id est,

F O R M A.

**I**d est, Syluam multam portas. Dictū in Phormionem  
militem quendā hirsutum, densaque pilorum obfītū sylua.  
Quadrabit in agrestem et stupidum.

**Aristop.** Προνόμιο πώτωμα .i. Pronomi barba.

De praelonga dicebatur. Pronomus tibicen quispiā fuit  
prolixa barba, gestamine nō admodū apposito profesa-  
sione. Quandoquidem tibicinum molliciem etiam pro-  
uerbia notant. Conuenit igitur in quosdam, qui alio-  
quin molliissimi, uultus uestiumq; seueritate uitæ con-  
tinentiam præferunt.

**Eustathi⁹** πλεύσθαις τροπήων .i. Nauiges Troezenē.  
Dici solitum in eos, qui cum mento imberbi essent, tam  
men appositijs pilis barbam uirilē mentirentur. Ad-  
dit inde natum, quod Troezenis portus quispiam uul-  
go celebratus fit nomine barba.

**Aristop.** Perdicis crura. Πέρδικη σκέλος.

**I**d est, Perdicis tibia. Perdix caupo quispiam erat claus-  
dus, ab Aristophane locis aliquot notatus. Dicebatur  
in crura gracilia, distortaq;. Perdicis pes, in loripes-  
des quadrat.

Ex ouo prodijt. Εξ ωντος εξηλθευ.

**I**d est, Ex ouo emersit. Aiune dici solitum de magno-  
pere formosis ac nitidis, quasi neges communi homi-  
num more natos, sed ex ouo more Castoris et Pollu-  
cis. Siquidem est in poëtarum fabulis, Ledam Tynda-  
ri filiam ex Iouis concubitu duo peperisse oua, è quo-  
rum altero prodiere gemini Castor et Pollux, insigni  
forma iuuenes. Ex altero nata est Helena, cuius for-  
ma literis omnium est nobilitata.

Τῶμ κοελῶμ, ηγέλ ὅπωρη κοελή .i.

**Plutarch.** Pulchrorum etiā autumnus pulcher est.  
Vernis enim mensibus, nihil non tenerum, ac nitidum,  
cum om̄

omn̄ omnia adhuc in flore sunt ac in herba. Ceterum autumni tempore posteaquam iam in culmos aut caule excreuerunt, horridiora uidentur. Quadrat igitur in ea, quæ cum natura sint egregia, ne tum quidem fastidienda uidentur, cum maturuerunt. Dicetur non ineleganter in hos, qui belle portant etatem.

Πίθηκος ὁ πίθηκος, καὶ μ. χρύσεος ἔχει σύμβολον

.i. Simia est simia, etiam si aurea gestet Lucianus, insignia.

Admonet fortunæ ornamenta nō mutare hoīs ingenii. Natū uidetur à simiis illis Aegyptiis, saltationē humam imitatiibus. Lucianus refert apologū in hunc modum. Rex quidā Aegyptius simias aliquot instituit, ut saltādi rationē perdisceret. Arte itaq; saltādi protinus edocet, saltare cœperūt, insignibus induitæ purpuris, ac psonatæ. Multoq; iam tpe maiorē in modū placebat spectaculū, donec a spectatoribus facetus quispiā, nūces, quas clanculum in sinu gestabat, in mediū abiecit. Ibi statim simiae simul atq; nūces uidissent, oblitæ chore, id esse cœperūt, quod ante fuerant, ac repete è saltatricibus in simias redierūt. Contritisq; psonis, dilaceratis uestibus, pro nūcibus inter se depugnabat, nō sine maximo spectatorū risu. Idem de sele etc.

Thersitæ facies. Θερσίτιον βλέψουσ. Suidas.  
Id est, Thersitica facies. De prodigiose deformi dici solitum, qd Homerus scripserit hunc oīm qui ad Troiā uenissent foediissimum fuisse. Ac totum hoīem à capite ad pedes usq; ita graphicè depingit, & corporis uitia & animi morbos etc.

Kορυθέως εἰδεχθέσθος. i. Corytheo deformior Zenodo.  
Aiunt Corytheum quempiam fuisse hominem insigni-  
te stultū ac uerodem, ad hoc, forma infeliciissima fœ-  
P diſimāq;

## FORTITVDO.

*Diffimāq; cui liberi item fuerint omnes patrem referentes. Vnde vulgaris dictus est iocus in hominē barum ac deformem &c.*

*Τῷ πιθήκῳ ὡμορφότεστος δύσμορφός έστι. i.*

**Plato.**

*Simiarum pulcherrima, deformis est. Si quis dicat lenonem integerrimum, esse periurū, aut honestissimum histrionem, infamem.*

**Lucilius.**

*Monoγάλαμοι. Monogrammi. In hoīes macie prætenues, aut decolores. Monogrammos appellat Cicero informes, nullaq; specie.*

## FORTITVDO:

**Plato.**

*Αδαμάντινοι. i. Adamantinus.*

*Pro eo quod est, inexorabilis aut infatigabilis. Huic proverbio incredibilis huius lapidis duricies locū fecit Socrates in Gorgia Platonis, rationes adamantinas uocat. i. inexpugnabiles. Deniq; scriptoribus aliquot propter infatigatā studij tolerantiam, adamantini cognomen inditum: ut Didimo, & Origeni.*

*Aut manenti vincendum, aut moriendū  
ἢ ψλύοντα ἢ ποδωέμ, εἰ νικᾶμ.*

*Id est, Oportet aut manentem uincere, aut interire. Dici solitum, ubi certa stat sententia, aut negocium aliquod absoluere, aut immori. Translatum ab insituto Lacedæmoniorum, qui hoc animo præliū inibant, ut aut uictores redirent domū, aut uicti occumberent.*

*Moenia ferrea, non terrea.*

*Inuit autem non oportere tutamentum ciuitatis in moenibus collocare, sed in uiris armatis, quorum consensus, murorum inexpugnabilitum uice, ciuitatē optime tuerit. Horatius huic leuiter allusit, cum ait:  
Hic murus abencus esto.*

*Præbe*

Præbere viros.

Ad fortiter agendū ferendūue adhortabimur hoc car.  
Eia estote uiri, ualidasq; expromite uires.

Reipliantis autorēm formidinīs.

Territanti, metumq; ināē inijcenti, uersum hunc o-  
cimere licebit. Diome. Ne trepidandi autor mibi sis.

Inflige plagam ab aratro.

Noīt τίλι επὶ ἀρότρῳ.

*Id est, Inflige plagam aratri, siue impinge uomerem.*  
Cum iubebimus strē nue pugnare. Natū aiunt ab hmōi  
fabula: Glaucus quidā Carystius, cū terram aratro pro-  
scindenti forte fortuna uomis excidisset ab aratro, sub-  
latum aptauit manui uice mallei. *Quod ubi conspexis-*  
*set pater, iuuenē produxit in Olympia ad pugilū cer-*  
*tamen, uerum ubi iā artis imperitus, plagis afflictus pe-*  
*ne deficeret, pater acclamauit, admonens ut uomerem*  
*impingeret, quem inter arandum fustulerat. Hac uo-*  
*ce rediūt animus iuueni, uicitq;.*

Vnum augurium optimū, tueri patriam **Homerus**  
Abiit in prouerbium etiam hic uersus Homericus:  
Εἰς οἴωνος ἄρισθον αὐτεδού τῷσι τάχης,  
Id est, Vna uis optima, pro patria pugnare tuenda.  
Hanc Homeri sententiā uidetur expressisse Q. Fabius  
Maximus apud M. Tullium libro de senectute. Is enī  
cum esset augur, dicere ausus est, optimis auspiciis ea-  
geri, que pro Reip. salute fierene. Que cōtra Remp.  
ferrentur, contra auspicia fieri.

Bπὶ λέψυδρίω μέχν. In lipsydrīo pugnas  
Lipsydrīū locus erat haud procul à Parnethc, quē mo-  
nibus cinxerant tyranni, q; profugerant ex urbe, prius  
cōdiderant Almoeonide, sed in hos obsecros uictos q; à  
Pisistrati copijs, obliqua cantio cani cœpta est hmōi:

P.2. Heubcu

## F O R T V N A E

Heu heu Lipsydrion, sociorum proditor, quales uiros  
prodidisti, ad pugnandum idoneos & claros, cū ostendere  
rent a qualibus essent orti maioribus. Proverbiū  
dictum in strenuos & bellicosos uiros.

Μόναλον οὐδεναν τίκτουσι. i.

Plutarch. Solæ Lacænæ viros pariuut.

Apud Lacedemonios fortissimi uiri nascebantur, &  
apud eosdem matres scuere natos educabant.

## FO RT V N A E commutatio.

Lucianus. Testulæ transmutatio. Οσπάκης προσφέρει.  
Id est, Testulæ cōuersio. De rebus repētis in diuersum  
cōmutatis, nō absurde uideri potest ductū adagium. De  
lusu Ostracorū, Iulius Pollux in hunc fere tradit modum:  
Pueri, ducta in medio linea, duas i partes se se di  
stribuebant, quarū altera intra ostracū, altera extra di  
cebatur. Deinde mittente quopiā ad linēam testā, utrius  
partis superior extitisset aliquis, hunc insequebantur  
qui illi adhærebant, reliquis in fugā conuersis. Ceterū  
ē fugientibus, q̄ cōprehensus esset, is cōsidebat, asinus  
dictus. Testaq; projecta dicebat, nox dies. Nā interior  
testæ pars pice sublita erat, quæ nocti respondebat, hoc  
autem lusus genus uocabatur testa conuersio.

Alia vita alia diæta. Αλλοι εἰς ἄλλην τικτούσαι  
Id est, Alia uita, alia uiuendi ratio. In eos quadrabit, q̄  
cōmutata in melius fortuna, pariter & uite rationem  
moresq; commutant. Translatum ab ijs, qui lauius in  
cipiunt uiuere, ubi res lauior obtigit.

Theocri. Nunc pluit & claro nūc Iuppiter æthere  
fulget. χ' ὥξεις ἀλλοκαὶ μὲλαῖς θεοῖς,  
ἀλλοκαὶ δὲ θεαῖς.

Id est, Nunc pluit, &claro nūc Iuppiter æthere lucet.  
Huic as

Huic affinis est allegoria Pindarica. Non semper eisdem  
flare uentos, sed nunc hos nunc illos.

Cum deo quisq; & gaudet & flet.

Sophocles

Ἐώς τοι δεῶ πᾶς καὶ γελᾷ καὶ ωδῆς τοι

Id est, Deo uolēte, quisq; ridet atq; flet. Admonet ad  
gium rerū humanarum celerē esse cōmutationē, neq;  
in nobis situm, ut res perpetuo secundā sine.

Ἄλλοτε μητρήν τέλειη μέσοι, ἄλλοτε μήτηρ

.i. Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; Hesiodus  
nouerca est.

Eo uersu significatum est, nō omni die bene esse posse,  
sed isto bene, atq; alio male. Inde translatum, q; matres  
bene uolunt liberis, nouerce oderunt priuignos.

Omnium rerum vicissitudo elt.

Teretius.

Quae sententia significat, in rebus mortaliū nihil esse  
perpetuum, nihil stabile, sed oīa uelut aestuaria quodam  
fluxu, refluxuq; decadere, atq; accedere. Varias uices  
res obtinent mortalium, Circulus res mortalium.

Multæ rotæ voluentur.

Per multis uoluetur adhuc rota mota caballis, Id est,  
Multum adhuc temporis restat, multæq; rerum inci-  
dente mutationes.

Rerum omnium vicissitudo.

Variae fortunæ uices, nūc leta nūc tristia contingunt.

Fortuna æstuaria. Τύχη εὐρηπό.

Id est, Fortuna Euripus, siue uolubilis, q; uiciissim nūc  
huic fauore soleat, nūc illi. De qua Boëtius: Ex æstu-  
antis more fertur Euripi. De mari Euripo loquitur.

Res in foro nostro vertitur.

Plautus.

Id est, Fortunas nostras cōmutari in diuersum intelli-  
go. Traductū a mercantibus, in qbus rerū preciū, pro  
tpe, se per numero cōmutatur. Cognatū illi: Vti foro.

P.3. Catastrophe.

# FORTUNAE

**Lncianus.** Catastrophe fabulæ.

Cuiuslibet exitū rei, proverbiali figura, Catastrophē vocamus. Porro fabula oīs, ut ostēdit Donatus, in tres partes distribuitur, in πρότασιν, ἐπίτασιν, κατάστροφήν. Protasis est primus ille tumultus iam quasi gliscens. Epitasis, turba feruidissima. Catastrophe, subita rerum commutatio.

**Tullius.** Vbi non sis qui fueris, non est cur velis viuere.

Sumptū est à cōmuni mortalium affectu, qui nihil minus tolerandū putant, q̄ ut inter eos neglecti, aut etiā notati uiuant, apud quos aliquando cum splendore, atq; autoritate sint uersati.

**Plantus.** Ad pristina præsepio.

In eos dicebatur, qui è uita quapiā lautiore excusi, ad pristinā tenuitatē redigūtur. Trāslatū ab animatibus, qbus nota familiariaq; præsepio gratissima solent esse.

A τῷ κώπτῃ ἐς τὸ βῆμα .i.

A remo ad tribunal.

Dici solitū, ubi quis repente ab infima conditione præuditur ad honesti muneris administrationem.

Διονύσιος γν̄ κορίνθω .i. Dionysius Corinthi Proverbialis allegoria, qua significamus aliquē è summa dignitate atq; imperio, ad priuatā humilem q; redactū fortunam, quemadmodum Dionysius Syracusæ norum tyrannus expulsus imperio, Corinthi pueros literas ac musicam mercede docuit.

**Plinius.** Nemo mortalium omnibus horis sapit. Sensus uel citra interpretē liquet: nempe, nemine ēsse, qui non aliqua parte uitæ desipiat.

**Zenodo.** Πιτάνη εἰ. i. Pitana sum.

Zenodotus indicat dici solitum de ijs, qui in extremis redacti ca-

redacti calamitates, ab eisdem denuo in pristinam fecitatem restituuntur. Sic enim euenisce quondam Pisane Aeolie ciuitati.

**Quod** alius cōdiuit coquus, aliter condia Plautus.  
Vbi quis rem oēm nouat, ac perturbat, conueniet Plautum illud ex eadem fabula, non dubium quin propter biali dictum forma: Ibo intro, ut id quod alius cōdiuit coquus, ego nunc uiciſſim, vt alio pacto condiam, quicquid prandij est &c.

Bona nemini hora est.

Arrisit et hic: Bona nemini hora est, quin alicui sit malitia. Ita fortuna temperauit res mortaliū, ut quod huic letum est, alij pariat dolorem. Nemo ditescit, nisi malo alterius. Nemo uincit in bello, nisi exitio alterius. Nisi mauis pro alicui legere alicubi.

Osculana pugna.

Fest. Pō.

Festus Pompeius indicat, Osculanam pugnam propter uerbio dici solitam, quoties uicti uincerent. Idq; inde natum, quod Valerius Leuimus imperator prius à Pyrrho uictus, paulo post eum regem deuicerit. Citat Ticinium, qui huius adagij fecerit mentionem. Quanquā hic quoq; locus mutilus ac truncus est apud Festum Pompeium.

Per manus tradere.

Aul. Hir-

Quod successionē quadam ab alijs ad alios deuenit. cius.  
Quod translatum uidetur ab his, qui nauim aut plausum exonerant.

De manu in manum.

Tullius.

Vt non arbitror idem esse cum superiori, ita nō usque quacq; dissimile est, quod scribit Cicero libro epistolarū familiarium septimo: Totum deniq; hominē tibi trado de manu, ut aīunt, in manum tuam istam et uictoria

P.4. et fide

## FORTVNATA STVLTITIA.

ex fide præstantem. Traduntur enim ex qui cōmentantur. Teren. Hancim maxum dat.

## FORTVNATA Stultitia.

H τῷ ἀδιλούχῳ οὐρβουλία .i.

Atheniensium inconsulta temeritas.

Quadrat in eos, quibus male consulta uertunt bene.  
Nam id olim uulgo tributum est Atheniensibus, quod  
ipsi quidem socorditer consultarent, parumq; prospic-  
cerent, uerum Minerua ciuitatis præses, illorum male  
instituta bene uertere consueuit. Simile est huic:  
Est fortunatior, quam prudentior. Theognis:  
Multis lœua quidem mens est, sed numina dextra,  
Quis bene uertit ex i d quod temere instituunt.

Dormientis rete trahit.

Εὐδοτικύπτης αἴσθι.

Id est, Dormienti rete capit. In eos, quibus citra co-  
natum obtingunt ea quæ cupiunt. Natum ex euentu,  
quod aliquando acciderit, ut dormientibus pectorio-  
bus, pisces forte retibus inuoluti caperentur.  
Apud Atheneum: Vrbs urbs, ut es felix magis,  
quam prouida.

In nihil sapiendo iucundissima vita.

Sophocles in Aiace. Suauissima hic est uita, si sapias  
nihil. Nam sapere nil, doloris expers est malum.

Eccle.1. Huic concinit illud Ecclesiastæ dictum: In multa sa-  
pientia, multa indignatio. Et qui addit scientiam, ad-  
iicit ex laborem. Heraclides Ponticus apud Athe-  
neum autor est, Thrasylau Axonensem Pythodori si-  
lium hoc insanæ genere correptū fuisse, ut existimat-  
ret naues omnes, que in Pireum appellerent, suas esse  
Eas appellentes summa cum uoluptate recipiebat.  
Soluentes

Soluentes dimittebat, ac prosequebatur, in summa felix erat, perinde quasi tantarū rerum dominus. Si qd perisset, non requirebat, si quid esset incolumē, uehementer gaudebat, alijs iactitans suam fortunā, donec Crito frater eius ē Sicilia reuersus correptum hominem traderet medico. Cæterum is ad se reuersus, ne gauit unquam suauius uixisse sese, quam cum eo mentis errore teneretur.

Κακόμ ὄγη οὐ κλάτοι.

.i. Malum vas non frangitur.

Similis metaphora, Malam herbam non perire.

## FRAVS AB AMICO.

Η χάραξ τῷ αὐτελοῦ ἐξηπάτησεν.

.i. Vallus vitem decipit.

Vbi quispiam ab eo fallitur, aut læditur, à quo pen= Aristo a debat, cuiusq; fidei nitebatur. Aristophanes in Vespis, phanes.  
Itane circumuenit ipse vineam palus suam?

Κίων τῷ πτωχῷ βοηθῶμ.

.i. Canis mendico auxilians.

Vbi quis nobis aduersatur, et diuersis studet parti= bus, is cuius auxilio nitebamur. Nā canes infesti sunt mendicis, uelut δομοτέχνοις, nisi quando frusto pacis corrumpuntur.

## FRVGALITAS.

Στιβάδες φορμίον. .i. Phormionis thori. Suidas.

De stratis sordidis, ac frugalibus, minimeq; delicatis, qualia sunt cubilia militaria, et quale sibi apud Hōmerum parat Ulysses, ex arborum congestis frondibus, ac ramis humi substratis. Refertur a Suida. Phormio dux fuit quispiam militum.

## F R U G A L I T A S.

**Diogeni.** Cilicij imperatores. Κιλικίοις σφεργκύοις.

Id est, Cilicij duces. Dicebantur homines hirsuti, & pilis obsiti. Vnde ex saga pilis contexta, Cilicia vocatur, auctor Diogenianus.

**Vita doliaris.** Ζωὴ πίθη.

Id est, Vita dolij, proverbio dicitur uita frugalitatis, parca, ab omni strepitu atque ambitione semota. Brevis ter talis, qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur. &c. Poterit torqueri ex in eos, quoniam sordide, nimisque dure, atque immunde uiuunt.

**Sicyon arrodens uxoris lacernam texe.**

Athenaeus libro Dipnosophistarum tertio, heroicum hunc ut proverbialē adducit. Arrodens Sicyon uxoris subtexe lacernam. Apparent esse uerba maritii iubentis, ut uxor tenui contenta uictu, perageret opus suum. Nam Sicyon seu Sicyos bulbi genus est, aut certe peponis, nonnulli putant cucumber. Vox ea prope modum quadrat in huius temporis principes, qui strene profundunt, quod populus esuriens, summis laboribus parauerit. Idque suum ius esse putant, ut cœnfuci quidam alienis fruantur sudoribus.

**Tanquam in phiditijs.**

Ωντα ράχη φειδίτιοις.

Id est, velut in phiditijs, ubi quid parcus, nimisque frugaliter actum significabimus. Lacedæmonij publica loca habebant, in quibus cibum caperent. In his accipiebant hospites, ac Legatos suos, sed apparatus perparco.

**Hecatae coena.**

Veteres coenam perparcam ex impendio frugalem Hecatae coenam appellabant, quod apud inferos tenuiissimum uictu, minimoque cibo, eoque uiliissimo uiuitur, iuxta Poem

Ita Poëtarum theologiam. Siquidem umbrae plebeiae malua porroq; uictitant. Olim etiam in triuijs uenerabantur Hecaten, quod eadē tribus nominibus appellatur. Luna, Artemis, & Hecate. Ceterum sub nouilium diuites mittebant coenam uespere. Veluti coenā Hecate in triuijs. Pauperes autem esurientes diripabant, ac deuorabant que erāt apposita, dicentes quod Hecate comedisset. Itaq; congruet, ubi res per tumulum diripitur.

**Thymbra** uictitans.

Θυμβροφάγοι.

Id est, Thymbra uictitantes. Adagio dicebantur, uel qui tutius ac liberius uitam agerent, uel qui moribus essent parum blandis, uel qui hilariter citraq; sollicitudinem paruo contenti uiuerent, quod Thymbra herbe genus sit. &c.

Αλάλεχδη. id est.

Salem lingere.

Dicuntur qui perquam tenuiter uictitant. Diogenes cum à Cratero prædiuite quodam inuitaretur, ut ad se ueniret, usurus hospitio suo, suaq; liberalitate, respondit se male Salem Athenis lingere, quam apud illum opiparis mensis frui.

Si caseum haberem, non desiderarem Platarb. opsonium.

Εἰ τυρόπειχον, οὐκ ἔτι εὔμελων.

Id est, Si caseum haberem, non egerem opsonio. Dicendum, ubi quis minimis uiliissimisq; cōtentus est.

Συνορέατας τυρίου. id est.

Xenocratis caseolus.

De cibo, qui perquam diu durat, priusquam absumatur.

Quanquam

Plautus,

Stobæus.

## FRVSTRATA SPES.

Quinquā nihil uetat, quo minus ad alia quoq; transfe-  
ratur, puta ad uestem, ad librū, ad pecuniolā, aut simi-  
le quippiā, quo sic parce circūspecte q; quissipā utitur,  
ut quā diutissime duret. sumptū adagiu ab admirabili  
Xenocratis philosophi frugalitate. Proinde prouer-  
biū apposite dicetur in sordidosquidā, qbus hic mos,  
oēm penū, eosq; seruare, quoad fuerit corruptus,  
perīn quasi nefas sit, rebus synceris et integris frui.

A spera vita, sed salubris.

In uitæ rationem, duriusculam quidē, sed tamen ad  
rectam morum institutionem idoneam.

Plinius.

Salem & caseum edere.  
Plinius libro. 21. ca. 7. indicat prouerbium, quod ta-  
men non refert. Siquidem inter laudes salis et hoc re-  
fert. Varro etiā pulmentarij uice usos ueteres autor  
est, esitasse enim salem cum pane et caseo, ut prouer-  
bio apparer. Coniūcere licet tale fuisse dictū, nihil cō-  
uiuio deerat, habuimus salem, panē et caseum. Aut ne-  
sis sollicitus quo me apparatu accipias, præter salem,  
panem et caseum nihil requiram.

## FRVSTRATA SPES.

Horatius

Coruum delusit hiantem.

Nam hec quoq; ausi cadaueribus imminet. Plerūq;  
inquit, recoctus scriba ex quinq; uiro coruū delusit hi-  
antem. Loquitur de Corano, qui Nasicae socero, spe tes-  
tamenti per dolum ostentata, moriens, nihil præter  
plorare reliquit.

Lucianus

Thesaurus carbones erant.

Αὐθεσκές ὁ θησαυρός πέφυκερ.

Id est, Carbones thesaurus erant. In eos competit,  
qui spe sua frustrantur, quiq; magnificis rebus expes-  
statis, mea

Eatis, meras nugas reperiunt. Ex cunctu quopia<sup>n</sup> natum uidetur, quo quispiam thesauri spe fodiens, carbones defossos inuenit. Nam antiquitus carbones in terra defodi solent, ad indicando agrorum terminos, propterea quod, ut testatur in opere de ciuitate dei diuus Augustinus, nulla res magis durabilior, magisq<sup>p</sup> perpetua, quam carbones sub terra defossi.

Bolus eruptus e faucibus.

Terentius.

Terentius. Crucior bolum tantum mihi esse creptū subito ē faucibus.

Māv ἀντὶ λέοντος ἀπέδεξε.

.i. Murem pro leone ostendit.

Proverbiali schemate dictum, pro eo, quod est, ingētia pollicitus, et fortia, longe diuersa exhibuit.

Hocto δηπτῶ αλένω.

Theocri.

.i. Concupiuit assam farinam.

In eum dicebatur, qui domesticā tenuitatē pertesus apud alios lautiore uitam quæfisset. Dictum est in Platonem, qui relictis Athenis, ter in Siciliam nauigavit, quo fortunā suam redderet lautiore, quemadmodum interpretantur emuli. Porro farinam assam et nouā lautiore uictus rationem uocat, propterea, quod priscos illos pulce duntaxat uictitasse legimus, uidelicet clibanō coquendi panis usu nondum reperto.

Ne per somnium quidem. οὐδὲ ὄνειρον. Lucianus

Id est, Ne in somnio quidem: Græcis proverbialiter dictum est pro eo quod est, nulla ratione, nullo tempore. Alioqui nemo fere tā omni felicitate destitutus quim aliquando per quietē uel somniet latiora quæpiā. Lucia. Ne per somniū quidē unquam albo pane satias. Itaq<sup>s</sup> ne per somniū quidē perinde ualeat, quasi dicas, quod ne sperare quidem audcas.

Alicia

## FRVSTRATA SPES:

Diogeni. Αλόγρια βάλλεται. Alienai iacis.

Quoties res parum ex animi sententia cadit. Transfatum ab ipsis, qui ludunt alca, quibus iacentibus interdum ea cadunt, que minime sunt ad uictoriam accessa commoda.

Aristophanes. Larus parturit. Κέωφος ωδίνα.

Id est. Cephus parturit. Antiquitus dicebatur in eos, qui pollicerentur ingentia, nihil dignum promissis exhiberent. Aliunt Cepphum auiculam esse stupido ingenio, unde et in proverbiū stoliditatis abiit, quam nonnulli Larum appellant, eam uiuere spuma marina, plumis ac pennis esse copiosis, corpore pusillo cum parturit uociferari. Hinc natum proverbiū. Larus parturit, ubi quis magna præ se fert, pusilla præstiturus. Confine est illi, Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Aesopus. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Αστινεπού οὐγός εἰτα μῶν, & τοέκτεκερ.

Id est, Mons parturibat, deinde murem prodidit. Senarius proverbialis, dici solitus in homines gloriosos et ostentatores, qui magnificis promissis tumulis uestitusq; autoritate muram de se mouente expectationem. Verum ubi ad rem uentum est, metas rurgas afferunt.

Zenodot. Lupus circum puteum choream agit.

Λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει.

Id est, Lupus circa puteum chororum agit. In eos dilicitur, qui sumpta miniter opera, spe sua frustrantur. Aliunt enim lupo morem esse, ut si quando sitiatur, nec tuto se possit dimittere, circum puteum obserret, frustra inhians aque, quam non possit contingere.

Lupus

Lupus hiat. Λύκος ἔχειρ.

Dicebatur, si quis re multum sperata, multumq; ap phantes.  
petita, frustratus discederet. A iunt enim lupum praedictum  
de inhiantem rictu late diducto accurrere, quasi frustetur obambulare hiantem.

Aurificem te futurum credebas.

Χρυσοκονσερβών.

Id est, Aurificem te futurum arbitrabare. Natum  
aiunt ab huiusmodi quodam euentu. Invaluerat aliquā  
do fama apud uulgos Atheniensium in Hymetto mon-  
te, magna auri fragmenta uideri, que à formicis illis  
pugnacibus seruarentur. Itaq; quidā creduli, sumptis  
armis, exierunt illas expugnaturi. Qui cum re inse-  
cta, frustraq; sumpto labore, redirent in urbem, irrisi-  
sunt à ceteris ciuib; illud obiectantibus. &c.

Quærens opsonium, uestem perdidi. Suidas.

Ζητῶντις ὁποῖοι μάτιοι ἀπώλεσσε.

Id est, Opsonium dum quæro, uestem perdidi.  
Vbi res pessime cadit. Aut cum pusilla quedam ca-  
ptantes, maiora perdimus. Refertur à Suida & ab  
alijs, nec indicat unde natum sit. Quanquam obscurū  
non est, ab euentu profectum esse. Quo fur quispiam  
dum studet cibum tollere comprehensus, uix pallio  
quog; reiecto effugit.

Ne quære mollia, ne tibi contingent Phurnut.  
dura.

Μή τάμαλον καὶ μῶρω, μή τὰ σιλικρά ἔχῃς.

Id est, Ne quære mollia, ne dura feras. Refertur à  
Phurnuto in opere de natura Deorum, capite de  
Musis, & ita refertur tanquam uulgo iactatum.  
Congruit in eos, qui dum nimis improbc, ac moros  
se petunt, quæ uolunt, offensis ijs a quibus petunt,  
accipiunt

## FRVSTRATA SPES.

accipiunt ea, que nolunt. Aut in eos, qui dum preter modum captant uoluptate, incident in molestiam.

Duos inseguens lepores, neutrū capit.  
Οδύο πήγκας, διώνωμ οὐδέτερον καταλαμβάνει  
Id est, Qui duos insectatur lepores, neutrū capit.  
Huius proverbiū sensus est, Qui simul duplex capit  
commodum, utroq; frustratur.

Aristo=  
phanes.

Hic funis nihil attraxit.

Αῦτη μὲν ἡ μέρινθ οὐδέπου ἔστω σεσημ.

Id est, Funis quidem iste piscium attraxit nihil. Quid  
significabant operam frustra sumptam, neq; ex senten-  
tia euensis quod quis conabatur.

In spem frustratam.

Si quando significabimus aliquam sua spe frustrati,  
ac rem euensis secus, atq; ille expectabat.

Inani spe flagrat.

Κενοῖσι μὲν ἀλωσι, δεξιούντε τολ.

Id est, Inanibus spebus incenditur. In cum qui frus-  
tra sibi magna pollicetur.

Aesopus.

Fluuius non semper fert secures.

Οὐκ ἀεὶ ποταμός αχίνας φέρει.

Id est, Non semper secures fert fluuius. i. non pro-  
tinus tibi spares idem, quod alijs feliciter ceſſit. Natū  
ab apolo Aesopico. Cuidam cedenti syluam, secu-  
ris ē manibus excidit. Mercurius inuocatus reddidit  
argenteam. etc.

Terentius.

Spem precio emere.

Est lucrum incertū, et in euentu situm, certo af-  
fectare damno. Terentius in Adelphis. Ego spem pre-  
cio non emam.

Semper agricola in nouum annū diues.

Ἄει γεγγός νέωται πλόστι.

Id est,

Id est, Agricola semper diues annum in proximū.  
De ihs dictatum, qui spe futuri cōpendij diuites sunt,  
ac sibimet, expectatione rerum ampliarum blandiuntur.  
Ductū à colonis, qui semper proximæ astutis uberiorē prouentum sibi pollicentur, eaq; spe, iam sumptus nonnullos audent facere.

Cretenses sacrum. Οἱ κρῆτες τὴν θυσίαν. Zenodot.

Id est, Cretenses sacrum, subaudi, faciunt, aut simile quippiam. Adagium Zenodotus ad huiusmodi refert fabulam. Tempestate iactatus Agamēnon, delatus est in Cretam, ingressusq; Polyrrhenen (nā id est Cretae insulae oppidum, ab ouium copia sic appellatum, auctore stephano) rem diuinam fecit. Interea uero captivi consensis nauibus aufugerunt. Quæ res cum illi renunciaretur, fertur dimidiatum & imperfectum sacrificium, & iam incensam uictimam reliquisse. Mibi uidetur quadraturū, ubi quis non fruitur his, quæ paruit. Quemadmodū usu uenit Agamēnoni, cuius uictimas deuorauere Cretenses.

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina<sup>c</sup> Plautus.

Plautus in capti. duo. Verba sunt Hegionis, ubi resciuisset sibi impositum esse, & herum amissum pro seruo, & seruū pro domino retentum. Is enim ex quo fructus expectabatur, aufugerat, eo relicto, ex quo nibil emolumenti poterat capi. Allegoria per se liquet.

Præuertit ancora iactum deus.

Ἄλλος ἀντέπεισε τὴν ἐπίστροφην δέος.

Id est, Sed anteuerit ancora iactum deus. Cū res præter spem euenerit. Traductum à nautis, quibus accidit sè penumero, ut cū param fese, ut ancoram iaciāt, in portum appuljuri, repellantur a uentis, & in medium tempestatem reuocentur.

FVERVNT, NON SVNT.

In caducum parietem inclinare.

Item qui senis præsidio ntitur, qui forma superbit,  
qui in caducis fortune bonis uite præsidia collocat,  
recte dicetur in caducum inclinare parietem. Huic  
proximum est illud Maronis. In te omnis domus in=  
clinata recumbit.

**Homerus** Fœdū est & mansisse diu, vacuūq; redisse.

Versus hic Homericus ex secundo Iliados libro. Cō  
ueniet, ubi quis longam de se concitauit expectationē,  
cui postea non respondeat. Vcluti si quis studij causa  
diu peregrinatus, domum redeat nihil doctior. Aut  
si quis admodum longæus, nihil præclari gesserit in  
uita, quo se uixisse testaretur.

**Homerus** Nō omnia eueniūt quæ in animo statueris.

Recte utemur quoties significabimus, non cuen=  
re protinus, quicquid sp̄e uotisq; conceperimus. .

**Esaie.36.** Scipioni arundineo inniti.

**4. reg. 18** De eo qui sp̄es suas figit in his, qui non solum non  
possunt esse præsidio, uerum etiam noceat destituto.

Siquidē arūdineus scipio, non modo nō sustinet ini=  
tentem, uerum etiam manū penetrat, ac uulnerat. Nō  
admodum abludit ab illo, quod alibi retulimus. Picul=  
num auxilium.

¶ FVERVNT, Non sunt.

Nam illi iam non sunt, at qui sunt mali.  
οἱ μὲν γὰς οὐκ ἔτι ἀστιμοῦσι τὸν κόσκον.

Idest, Partum haud quidem iam sunt, at ij qui sunt  
mali. Dici solitum, ubi quis requirit ea, quæ quondam  
quidem extiterunt, uerū temporum culpa perierunt.  
Vcluti si quis inter principes, Codros, Camillos, Fa=  
bricos,

bricos, Epaminondas, hac tempestate requirat. Aut inter monachos Paulum, Antonium, Hieronymum. &c.

Fuere quondam strenui Milesij.

Πάλαι πότεροι αλκιμοί μαλήσιοι.

Id est, Fuere quondam strenui Milesij. Hoc sensatio notabant eos, qui à pristina fortuna defluxissent, aut à maiorum moribus degenerassent. Breuiter in omnes quadrabit, qui desierunt esse quod erant, facti deteriores. Quidam aiunt Milesios olim belli gloria preter ceteros floruisse, adeo ut quoscunq; bello lassesserent, eos superarene. Proinde Polycrates Samiorum tyranus, bellum quoddam gesturus, cum in anno haberet Milesios socios ad eā rem accersere, oracula super eo negotio consuluit. Deus respōdit: Quōdam fuere strenui Milesij.

Ηλύν τρῶες, i. Fuimus Troes.

Vergili.

Hic loquendi color in Græcanicis tragœdijs adeo paſsim obuius est, ut tanquam in adagium abierit, ubi perijisse quempiam significant. Vergi. Fuimus Troes, fuit ilium ex ingens Gloria Teucrorum.

Omnia bonos viros decent.

Diogeni.

Απαντα τοῖς καλοῖσιν ἀνδράσιν πρέπει.

Id est, Bonos probosq; cuncta perdecent uiros. Habet hoc improbitas, ut si quis illaudatus, recte faciat, dicatur, tamen nescio quo pacto non adsit decorum ilud. Contra, ueram uirtutem decus quoddam comitatur, ut quidquid uir bonus agat, id decorum esse uideatur.

Πολλάκις ή κύπος Θεοῦ μάλα καίροις εἴπει.

i. Sæpe etiam est holitor valde opportuna locutus.

Quo quidem admonemur, non esse fastidiendam

Q.z. salutarem

## G A R R V L I T A S.

salutarem sententiam, propter autoris humilitatem.  
Cicero. Sepe est etiam sub pallio sordido sapientia.  
Plau. Ut summa sepe ingenia in occulto latent:

Ρωπικόν ωντού. id est.

Diogeni.

Summatoria indicatura.

De rebus uilibus, magno tamen emptis. Quemadmodum fit non unquam in auctionibus, cum non expeditur sigillatim, uniuscuiusq; rei preciū, sed multa simul congesta pariter aestimantur.

## G A R R V L I T A S.

Αρχύτας πλάστης. i. Archytæ crepitaculum.



N hominem uchementer garrulum, et obstreperum iaciebatur. Archytæ, crepitaculi genus æreum excogitauit, quod pueris lusitantibus daretur, ne quid interim ex uasis domesticis contingent. Unde non absurde torquebitur in eos, qui naturæ uitio, quo uis loco, quauis de re, et apud quos uis, quid uis garrium. Quos Latini garrulos, locutus leios, rabulas, blaterones, et linguaces appellant. Haec bebant simile quiddam et apud Romanos, quod Citeriam appellabant. Ea erat effigies quædam arguta et loquax, que ridiculi gratia in pompa uechi solita est. Ergo prouerbij speciem habebunt orationes huiusmodi. Citeria loquacior.

Menäder.

Αραβίος αὐλαῖς. i. Arabicus tibicen.

Aut Arabicus nuncius. In eos dici solitu, qui à semel cœptis nunquam desistunt. Quod uitij Flaccus cantoris peculiare esse scripsit, ut insi cantare, nunquam adducan-

*adducantur ut incipient, si iniusti coepirint, nunquam desinant. Citatur ex Menandro. Adagium hinc natū existimant, quod olim tibijs canendi arte non discebat ingenii tanquam sordidā, sed hanc sola mancipia excepcebant, quæ plerumq; ex Arabia producebantur.*

Tεγυγόνος λαλισός. i. Turture loquacior. Zenodot.

In garrulos et impendio loquaculos homines dici solitum. Sumpta metaphora ab axis natura, quæ non ore tantum, sed etiam postica corporis parte clamare fertur, ob id opinor, quod uocem ædens, etiā illa movere uideatur. Citatur apud Zenodotum.

Prolixius Iliade.

Iuli. Pol.

Μακρόπονος φωνή ήλιασθείσης λαλών.

Id est, Prolixiora Iliade loquens. Refert Iulus Pollux. Non dissimile est huic: ilias malorum. Sed quoniā hoc congruit immensis malis, quod nunc referimus immodice loquacitati. Est autem ilius nobile opus Homeri, quo Troiae captæ historiæ libris uiginti quatuor explicat, quum Vergilius duodecim libris complexus sit, quod ex utroq; opere uisum est decerpere.

Cornicari.

Persius.

Quia et Greci prouerbio, κέρωξ επ dicunt, pro eo quod est inhibare præda, aut in epte garrisire. Prouerbium in eos, qui cornicum more frustra cornicantur. Persius Saty. 5. Nescio quid tecum graue cornicaris impete. Id est diuus Hiero. in Epistola ad Rusticum.

Daulia cornix. Δαυλια κορνικά.

Id est, Dauliam cornicem. Lusciniam uocant Poëtae siue quod Tereus in Daulide Phocidis cum ea uixerit, siue quod illic Philomena mutata sit in auem. Non video quid sibi uelit adagium, nisi forte dictum est in garrulos, aut canoros.

Q.3.

Hirundi

## S A R R V L I T A S.

Aristophanes.

χελιδόνος μωσῆς. i. Hirundinū museas  
In impendio loquaces, et obstreperos. Hirundines  
enim incepto garritu plus tediū auditoribus adferre,  
quam voluptatis. Aptè dicetur in Poëtas indoctos,  
oratores loquaces magis quam eloquentes, aut in cœ-  
tum hominum incepto loquacium.

Ἄνθροις λέχεις σύγκατην μεντον.

i. Lusciniae nūgis insidentes.

Proximum illud ad imperitos, et tamen garrulos  
conuenit. Hoc ad eruditos, qui tamē immodice suo stu-  
dio delestantur. Quod genus sunt poëta potissimum.  
Plinius lib. 10. ca. 29. de Luscinia.

Dodonæum æs. Δωδωναῖον χαλκεῖον.  
Id est, Dodonæum cymbalum, aut tintinnabulum. In  
hominem dici consuevit, improbae atq; importunæ lo-  
quacitatis. Zenodotus citat ex Ariphoro Menandri.  
Tradit autem in Dodona duas fuisse sublimes colum-  
nas, in altera positam peluim æream, in altera pensile  
pueri simulachrum, flagellum æreū manu tollentis,  
quoties autem uentus uehementius flauerit, fieri, ut  
scutica impulsa crebrius lebetem feriat, isq; percussus  
tinnitū reddat, ad multum etiam tēporis resonantē.

Πάχιας λαλέσερ. i. Cauite loquacior.

In hominem immodice ac permoleste garrulum.  
Sumpta metaphora à cautibus, que quoniā assiduis fin-  
ctibus tunduntur, multo resonante fragore.

Πάχιας λαλέσερ. id est.

Littore loquacior.

In rabulam et obstreperum dicebatur. Nam rha-  
chia Græcis littus appellatur, præsertim scopolis ac  
rupibus asperum, quod assiduis tunditur fluctibus, non  
sine fragore, unde et græca uox ducta uidetur.

Cicada

## Cicada vocalior.

Dicebatur in hominem impendio garrulū, aut admodum musicum, propterea quod hoc insectum rore dūtaxat uiuens, cantu potissimum delectetur. Et quosdam ita musicæ deditos, ut neglecto cibo, perituri furent inedia.

Non est eiusdem & multa, & opportuna dicere.

Χωρὶς τὸ τετράποδόν τοῦ κοινοῖς.

Id est, sciuncta sunt haec, multa et apta dicere. Ad monet uitandam multiloquentiam, quod ferè labi necesse sit, quisquis multum loqui conetur. Extat et in Hebreorum proverbijs, in multiloquio non abesse peccatum.

Os inferne. Αχαλυπός σούσα.

i. Os inferne, uocant os petulans, et maledicū. Sumpta metaphora ab equis, nullo freno cohercitis. Ita Plato libro de legibus. 3. sed utinam hec forma non competeret in tam multos concionatores, non Euangelicos, sed sycophaticos, ac meros adulatores. Iulius Polux docet id genus hominum dici ἀνθεγγλώποντες. &c.

Ως φελός. i. Tanquam suber.

Pindarus.

De ijs qui non norunt disimulare, aut qui nesciunt mergi aduersis fortunæ procellis. Extat apud Pindarum. Tractum à natura ligni, quod non solum ipsum non mergitur, uerum etiam alligatum alijs ne sidant, sustinet. Vnde retibus assuitur.

Telenicia echo. τελενίκη ἥχω.

Id est, Telenicia echo, recte dicetur oratio fatui. Sic enim uocant crepitum uasculorum in manu. Sumpto epitheto ab eodē, de quo diximus Telenico. Quanquam

Q.4. Plutar-

## G A R R V L I T A S.

Plutarchus inter argute dicta Epaminond.e, meminit  
Tellenis cuiusdā pē̄smi tibicinis, cui dij̄smillimus fue  
rit Antigenidas.

Diogeni. Βωλαρέουs.i. Balneator.

Siue balnei caupo. Id nominis uulgato conuitio dice  
batur in hominem alienarum rerum plus satis curio-  
sum. Propterea quod huiusmodi genus hominū, quo-  
nam in ocio uiuit, neq; suis negotijs distinetur, alic-  
na curare consueuit. Horatius. Aliena negotia cu-  
rāns, Excusus proprijs. Cuiusmodi sunt & tonsores.  
Horatius: Opinor Omnibus ex lippis notum ex tonso-  
ribus esse. Plato lib. de Republica primo, uidetur usur-  
pare in uerbosos. Quanquam germana inter se uicia  
sunt, curiositas & garrulitas, teste uel Horatio:  
Percunctatorem fugito, quia garrulus idem est.

Battologia. Laconismus.

Βαττόλογια. Grecis multiloquiū uocat, à Battō quo-  
piam incepto poëta, qui hymnos quosdā conscripsit pro-  
lixos, in quibus eadem crebrius iterabantur. Hinc uox  
etiam conficta Βαττόλογη. Quæ quidem adeo uul-  
go fuit usurpata, ut ea Matthæus Apostolus sit usus,  
cap. 6. Orantes autē ne battalogissetis, more gentiliū.  
E diuerso λακωνισμός, Id est, Laconismus in breui-  
loquentiæ significationem abiit.

Μόχθος ἀδωρούς Βοιώτειος, id est,

Moschus canens Bæoticum.

Moschus hic citharoëdus fuit imperitus, qui citra res-  
pirationem uocem in longum producebat. Bæoticum  
cum autem uocat cantionis genus. Veluti Phrygiam  
aut Dorium. Quadrabit in multiloquos, sed tamen in-  
pte loquaces.

Horatius Si coruus possit tacitus pasci.

Horat.

Hora. Si tacitus pasci si posset coruus, haberet  
Plus dapis, et rixa multo minus inuidiæq;.

Quadrat in eos, qui si quid bonæ rei nati sunt, conti-  
nuo iactant, ostentantiq; atq; ad eum modū efficiunt, ut  
ali tum obfistant, quo minus eiusmodi commoda nan-  
ciscantur, tum quæ nati sunt interuerant.

Quicquid in linguam venerit.

Cicero.

Quicquid in buccam venerit.

Plato.

Quoties liberè quo spia ac tuto loq significamus, incit  
cunspicte, et quicqd forte fortuna in aim inciderit.

Citra vinum temulentia. Αοι. Ο μέδη. Plutarch.

Id est, Ebrietas absq; uino. Vulgo panariā ebrietas  
tem appellant, arrogantiā, licentiāq; merū, quæ secū  
dus rebus comes esse consucuit. Hora. Insolentia ebrie  
tatem uocat. Fortunaq; dulci ebria.

Τὸ μηλιοε. ὁ π τολ. ι. Meliacū navigiū.

In futilem et rimarū, ut ait Terentius plenum: hac  
atq; illac perfluentē, dictitatū uidetur. Parecmiā hanc  
ad historiā quampiā referum. Ea sic habet. Aristote-  
les quidā Meliacus deducendæ coloniæ præfectus, cū  
multi detrectantes nauigationē, maria causarentur, et  
ali dicerent uxores suas aduersa ualeudine teneri,  
ali naues suas perstillare, atque his prætextibus domi  
mancerent, ille indignatus, imprecatus est illis, ut nun  
quam haberent naues integras, et semper sub uxoriū  
imperio uiuerente. Vnde quadraturum uidetur, ubi qd  
causas singit, quo sufficiat officium.

Intersecta musica. Εγκέροφθ κ μεστική.

Id est, interrupta est musica. Ueteres in coniuicijs,  
eruditis confabulationibus uti consueuerunt. Posi can-  
tores histriones, saltationes induci captæ. Vnde quidā  
moleste ferentes interrumpi sermones suos, dicebant.

Q.5.      Intersecta

## G A R R V L I T A S.

Intersecta est musica. Quæ uox in prouerbium traducta est, quoties aliquis interueniens, sermonem institutum interpellaret.

Suidas.

Lingua quo vadis?

Refertur à Suida, Zenodoto, Diogeniano. Docet linguam plurimū utilitatis adferre mortalibus, & eandē rursum plurimam adferre perniciē, tametsi membrū corporis sit perquam exiguum.

Synesius.

Leuissima res oratio.

κουφόγατον πρᾶγμα τὸ γράμμα.

Id est, Leuissima res oratio. Apud Homerum pābīm obuium est illud: En uerba uolucria dixit. Verba alas ta cognominat, quod facile euolent, atque reuolare nesciant. Proinde Horatius: Et sc̄mel em̄issum uolat irreuocabile uerbum.

Plautus.

Saburratus.

Plautus in Cistellaria, noue quidem, sed admodum eleganter dixit saburratus, pro onustus cibo. Sumpta metaphora à nauibus, quas onerant harenis, aut argilla, ne iactentur, uacillentq; in fluctibus. Venustius fiet, si longius detorqueatur. Veluti si quis aures saburratas dicat, alicuius multiloquio. Aut animus philosophiae praeceptis saburratus, ne rerum tempestate iactetur.

Zenodo.

Cane Tellenis cantilenas.

Ἄεδε τὰ τέλλων.

Id est, Cane cantiones Tellenis. Quidam dici putant de dicacibus, mordacibusq; quidam de inepte loquaculis. Nam Tellenem hunc tibicinem quendam fuisse poëtam item carminum incep̄tissimorum. Alij tradunt hunc iocos quosdam uersibus lepidissimis descripsisse, non sine multo sale scommatum.

Farcire.

Plautus.

## Farcire centones.

Plautus. *Vin tu, inquit, alium queras, cui centones farcias, id est, quem tu glorioſis mendacijs & confarcinatis fabulamentis expleas. Solent enī homines glorioſi mendacium aliud ex alio connectere, nullum facientes neq̄ finem neque modum. Centones autem dicuntur uestes ē uarijs panniculis, ac diuersis etiam interdum coloribus confarfinate.*

Iuuenal is:

*Intravit calidum ueteri centone lupanar.*

*Ad harū similitudinē centonē uocau carminis genus.*

*Græci κέντρωνες appellant, addita litera. Extant adhuc ὁ μικρὸν κέντρωνες, quorum meminit & D. Hieronymus, & Vergilio centones Proba mulieris.*

Sine capite fabula. Ακέφαλος μῦθος. Zenodot.  
Idest, Sine capite sermo. Dicitur imperfectus ac multilis. Fortassis allusit ad id, quod refert Plutarchus in dialogo de defectis oraculis. Apud Cretenses festum quoddā nouis & absurdis ceremonijs agebatur, ostensō hoīs simulachro sine capite. Hunc aiebant Homerionī patrem fuisse, qui cōstuprata per uim Nympha, sine capite fuerit repertus.

## G R A T I T V D O.

Αὐτίπελος γέμ.

Apud Græcos est mutuam officij uicem repēdere, maxime iutricandi, fouendijs eos, a quibus aliquando fucris enutritus, aut institutus. Ut si liberi parentes & atēcessos uicissim alane, foueantij, aut si discipulus præceptorem in uicem eruditat. A ciconia natura sumptū, que Græce pelargus dicitur. Ea inter aues una pietatis symbolum obtinet.

Αὐτὴς ἀγαθῶν ἀρθίδες. Pro bonis glomi. Suidas.

Dici con-

## G R A T I T V D O.

Dici consuevit, ubi quis beneficium, quod in alium contulisset, cumulate cum fœnore reciperet. Agathides enim Græcis glomi dicuntur, uerum allusionis decus in uoce Græca est, quod in sermone Latino reddi non potest. Meminit Suidas.

**Diogenia.** Sylosontis chlamys. Η συλοσωτος χλαμυς  
Refertur à Dioge. dici solitū in hos, qui se cultu, uesti-  
tuq; iactitare ac uenditare. Videtur haud absurde dici  
posse et in eos, quibus munus exiguum in tempore, ma-  
gno cum fœnore redijt. Historiae, quæ prouerbij de-  
derit occasionem, meminit Herodotus in Thalia, &  
Strabo Geographiae libro decimoquarto : Ea sic habet  
Syloson quidam cum sensisset Darium Hystraspis fiz-  
lium, cum adhuc priuatus ageret, chlamyde quadam  
sua admodum bella impensius fuisse delectatum, eam  
ultra dono misit. Cuius tam tempestiuæ liberalita-  
tis memor Darius, cum iam rebus esset prefectus, to-  
tam et urbem et insulam Samiorum Sylosonti in ma-  
nus tradidit, unius uestis munus tam opulento regno  
compensans. Mentione facit huius rei Valerius quoq;  
Maximus lib. memorabiliū. §. titulo de gratitudine.

### Benefactorum memoria.

Vbi quid boni contigit alicui propter ueterum benefac-  
torum memoriam.

**Aristop.** Lingua seorsum inciditur.

Η γλῶττα χωρὶς τέμνεται.

Id est, Lingua ipsa seorsum inciditur. Apparet lim-  
guam ceu prophanum membrum sacrissimum adhiberi non  
solere. Et Pittacus Amasi regi mittit è uictima lim-  
guam ut membrum pessimum et idem optimum.

### Obtestatio veterum meritorum.

Sunt autem uerba precantis numen, ut memor sacrificia-  
ciorum

eiōrum ex nidoris, quo sēpē numero pastum est, nunc  
uicissim opituletur.

## H A E R E D I P E T A E.

Si vultur es, cadauer expecta.

Seneca.



Aptatores testamentorum ex hæredi petæ, uulgata metaphoræ, uultures appellantur, quod senibus orbis, ceu cadaucibus inhiēnt. Nam huic aui proprium, cadaseribus tantum uiuere.

Vnde ex natura tantum illi sagacitas addidit, autore Plinio, ut biduo aut triduo præuet illuc, ubi cadasera sint futura. Diogenianus in collectaneis meminit huius adagij, sed alia figura ἔπος γυπτες, id est, uulturum ritu. Admonet autem dictum de ijs, qui uel ob hæreditatis, uel alterius alicuius emolumenti spem, insidianter cuiquam.

Eidem inhiantes testamento.

Homerus

Duriusculū quidē, sed tamen nō in scitu, si qd est in eodem libro Iliados, dictū de græcis ac Troianis, pro Patria cadasera dimicatibus, torqueatur ad hæredipetas, eundem senē, uelut idē cadasera certatim captates: Sic illi exiguo discrimine utriq; cadasera Hinc atq; inde trahunt.

## H O N O S Indigno habitus.

Βρέπι τί τίνεται ἀπυργού. .i.

Suidas.

Bos in quadra argentea.

In eos, q personā sustinet, officiū aliqd egregiū pollisce, nec ulli tamen sunt usui, nisi ad uoluptatē aut fastum. Huic nō dissimile est, qd Galli uocant regē chararum, qui titulo uerius, q opibus rex est.

Afinus

## H O S P I T A L I T A S.

Eusebius. Asinus in pelle leonis.

Abibit nobis quidem philosophus, cæterum astius  
leonis tectus pelle. Lucianus: Tantum temporis non  
animaduerti eum sub leonis exuio, ridiculam quandā  
simiam tectam habere.

## H O S P I T A L I T A S,

& Contra.

Οὐδὲ ποτὲ ἴχει οὐδέποντα. i.

Haud vñquam arcet ostium.

Interpres Aristophanis parœmiam admonet esse de-  
ijs, qui impendio sunt hospitales, quorum fores sem-  
per patentes neminem excludunt. Samptum ait ex  
Eupolidis comoedia, cui titulus Οἰλοί. Elegāter ac-  
commodabitur uel in credulum, qui quoduis mendaciū  
admittat auribus, uel in mulierem nulli negantem.

ΑΞΙΤΙΣ ΣΥ ΚΥΔΩΝΟΣ, id est,

Sempcr aliquis in Cydonis domo.

Cydon Corinthius quispiam erat, adeo insignis hospiti-  
talitate, ut etiam proverbio locum fecerit. Refertur  
à Suida pariter ex à Zenodoto, neque non ab Aristop-  
hanis interprete. Hæc cum non careant gratia quo-  
ties simpliciter accommodantur ad hoīes Εὐλογίους,  
tamen plusculum habebunt Veneris, si ad animum de-  
flectantur. Veluti si quis admoneat piūm hoīem, ne sis-  
nat animum suum quibuslibet cogitationibus patere.

Homerus Hospitis habenda cura.

Qui docet hospitum habendani esse rationem, usus  
pabit illud Homeri:

Nam diuis reuerendus ex immortalibus ille est

Quicunq; appulerit multis erroribus actus

Nunc uti ego.

Scindere

**Scindere penulam.**

Cicero.

Pro eo quod est impensis retinere hospitem, atque invitare prolixius, quod qui faciunt, manu penulam iniecta, quasi ut conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit.

Fores habet tritas, ut pastorum casæ. Diogenia:

Tlū θύ πον ἔχει πέρι μηλίων ὥσπερ οἱ πίμοι.

Id est, Ostium habet tritum, ut sunt casæ pastorum.

Ironia proverbalis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi uiuentes semper occlusis foribus, quod pastores procul ab hominum commercio semotos, uix unquam quisquam interuisat.

## IGNAVIA & Inscitia.

Necq; complnitur, necq; sole aduritur. Aristop.

Οὐδὲ νέτου οὔτε κλυοῦται, id est,



E Q V E compluitur, neque sole aduritur. De eo dici solitum, qui procul ab omni incommoditate semotus, uitam ageret. Cui contrarium illud Horatianum: Sudauit et alfit. Quā obrem in hominem delicatum, et ad labores ferendos inhabilem quadrabit.

ΜΗΤΕ ΒΕΡΝ, ΜΗΤΕ ΓΣΑΜΜΑΤΑ. i.

Suetonius

Necq; natare, necq; literas.

Subaudiendum, nouit. In eos qui supra modum indocti sunt, nihilq; prorsus bonarum artium in pueritia didicerunt. Nam hec duo statim discebant pueri Athenis, atq; adeo Romæ quoq; id quod satis declarat Suetonius in Augusto. Nepotes (inquietus) et literas, et natare, aliaq; rudimenta per se plerumq; docuit.

Oὐτε

# I G N A V I A.

Οὐτε τὰ τρία σκοιχόρου γινώσκεις .i.

Ne tria quidem Stesichori nosti.

De uehementer indocto & imperito dici solitum.  
Adagium sumptum hinc existimane, quod pleraq; Ste-  
sichori poëmata Epodica sunt, que tribus constant,  
Στροφὴ, ἀντιστροφὴ, καὶ ἐπωληφὴ. Strophe est prima se-  
ries iarijs metrorum generibus incedens. Antistro-  
phus est iteratus per eadem ferme genera recursus.  
Epodis est diuersi carminis accentio. His & alijs trā-  
gici poëtæ nonnunquam utuntur, potissimum in choris.

Zenodo.

Inelegantior Libethrijs.

Αμουσότραπα λεβηθρίωμ.

Id est, indoctior Libethrijs. In hominē admodū idios-  
tam, & ab omni musarum commercio prorsus alienū.  
A gentis huius agresti imperitia sumptum est prouer-  
biūm. Tradunt enim Libethrios musices ac poëtices,  
breuiter omnium elegantiarum, disciplinarum, stoli-  
dissimos contem̄tores fuisse. Adeo, ut apud hos quis-  
dam occīsum Orpheum existimat, quorum de numer-  
o Zenodus est, qui Libethrios gentem Persicā scri-  
bit fuisse. Seruius Libethrum fontem quempiam esse  
credidit, unde Vergilius in Melibœo, Musas Libe-  
thridas cognominarit &c.

Lucianus.

Βάρβαρος εἰς τριούς .i. Barbarus ex triuio.  
In hominem dicebatur extremae humilitatis, ac prors-  
um nullius precij, perinde quasi dicas, externum ac  
uilem seruulum, alicunde ē triuijs emptum, non dono  
datum, aut domi natum. Lucianus: Qualis penè bar-  
barus quispiam ē triuio.

Αμυσὶ τρίγαμοι.

Dicuntur, qui haustum audieq; bibunt, nec inter biben-  
dum spiritum reciprocant, sed potum in aluum non se-  
cūs atq;

eus atq; in dolium infundunt. Sonat autē Aulus, quasi  
dicus, citra suatum. Traduci poterit ad eos, qui immo-  
dica lectione obruunt ingenium, cum magis expedit,  
subinde cogitationem admiscere lectioni.

Nec sibi, nec alijs vtilis.

Cicero.

Qui prorsus inutiles sunt, & fruges consumere na-  
ti, schemate prouerbiali, nec sibi, nec alijs utiles  
dicuntur.

Claudi more tenere pilam.

Tullius.

Prouerbium congruit in eos, qui quicquid à prece-  
ptoribus acceperint, siue id doctum sit, siue indoctū,  
nullo delectu nulloq; iudicio tenere solent, ac sequi.  
Sumpta metaphora à claudio diffidente suis pedibus.  
Seneca libro de beneficijs septimo: Quid si me remit-  
tere pilam manco iubeas? hoc est, dare beneficium illi,  
qui non sit idoneus ad accipendum.

*Ἴππου γῆραξ* .i. Equi senecta.

Plutarch.

Prouerbium in eos dici solitum, qui praeclaris rebus  
gestis in iuventa, postea quam consenuerint, ad fordin-  
das curas semet abiiciunt. Allegoria sumpta à genero  
sis equis, qui senio facti segnes, in pistillum, aut car-  
rum, aut aliud id genus opus detrudūtur, olim in pre-  
cio habiti, dum uiribus integris essent.

Anus velut equus profundam habebis  
fossam. *Γροῦς ὡς τις ἵππος οὐ τὸν χαροε-*  
*δροῖον τέφορον εἴχει.*

Id est. Anus uelut equus, altè hiantē habebis ac nigrū  
specum sepulta. De ijs, qui penitus abiiciuntur, tan-  
quam prorsus inutiles. Equi postea quam consenue-  
rint, in altos terrarum specus aliquò precipitantur.  
Ita mulier olim amata, simul atq; defloruit forma, fa-  
stiditur ab omnibus.

R. Awō

# I G N A V I A.

**Plato.**

Απὸ ὅντος καταπέσθη .i. Ab asino delapsus.  
In eos dicitur, qui inconsulte quippium agunt et imperite. Aut in eos, qui a presentibus cōmodis, quibus ob inscitiam uti nesciunt, excidunt. Vtitur hoc adagio Plato libro de legibus tertio.

**Αμούσι.**

Inelegantes et indoctos Græci uocant αμούσους,  
hoc est, a musis alienos. Antiquitus enī nihil eruditum  
habebatur, sine musica. Plato libro de Repub. octauo  
ὑπρεπεῖστος τερός dixit improbiorē et rusticius inu-  
recendum. Et Atheneus αμυσολογίος appellat in-  
eruditas, parumq; tempestuas fabulas.

**Zenodo.**

Liberæ capræ ab aratro.

Ελεύθοροι οἱ γεράρχοι τερόων.

Id est, immunes capræ ab aratis. Hemistichiū heroici  
carminis proverbiale, dictū olim ab ijs, qui se ab onere  
quopiam, aut molestia liberatos gloriarentur.

Οὐδὲ τὸ μακροπομπὸν τεπάτηκος .i.

Ne Aesopum quidem triuisti.

De uehemeter stupidis et iperitis. Refertur à Suidā:  
Indoctus enim es, neque sat solers,  
Neque triuisti saltem Aesopum.  
Nam antiquitus Aesopi fabellas etiam uulgas idiotarum  
tenebat. Has igitur, qui non legisset, nihil scire uidebatur.

**Plinius.**

Nullam hodie lineam duxi.

Τήλοροι οὐδεμίων γραμμῶν οὐ γαγον.

Id est, Hodie nullam lineam duxi. Ab Apelle pictore  
re natum adagium. In eos quadrat, quibus cessatum  
ab exercitio studij, artisq; sue. Id refertur à Plinio  
libro.35.capite decimo et c.

Negligo

Neglectis vrenda filix innascitur agris. Horatius.  
 Horatius, Satyra tertia, mira admonuit allegoria,  
 animum honestis excolendum disciplinis, alioqui futur  
 rum, ut inutili sylva uitiorum occupetur. Filix enim  
 herba inuisa agricolis.

Aμελής γωνία. i. Ameles angulus. Zenodo.  
 Dicebatur is, qui supinus et oscitabundus desideret,  
 nihil bonarum rerum tentans. Aiuue in Libya locum  
 esse, qui securus angulus Græcè dictus sit, ob id fortasse  
 quod neglectus et incultus iaceret. Zenodotus.

Ignauis semper feriae sunt. Theocriti.  
 Qui uacant ocio, feriari dicuntur, et ociosi feriati, et  
 oculum feriae, que metaphore tanquam in proverbiū  
 receptae sunt. Theocritus in Bucolicis: Αἴγυοις ἀτέπ  
 σοπτά, id est, Semper feriae inertibus. Nam feriis etiā  
 ethnici à prophaniis negotiis abstinebant. Qui fugi-  
 tant laborem, optant dies festos, quo liceat ociari,  
 uentrigi; et uoluptatibus indulgere. Siquidem anti-  
 quitus in hoc dabantur agricolis feriati dies aliquot,  
 ut lusu reficerent laſitudinem. Admiserunt au-  
 tem religionem, quo moderationes esse lusus. At  
 hodie Christianorum uulgas, feriis olim ad pietatis  
 usum institutis, in compotationes, in scorta, in aleas,  
 in rixas, in pugnas abutuntur: nec ulla tempore plus  
 committitur flagitorum, quam quo maxime conue-  
 niebat à flagitijs abesse. Nec unquam magis imi-  
 tamur ethnicos, q̄ cum præcipue Christianos oportea-  
 bat agere. Cumq; palam sit, rem iuuandæ religioni re-  
 pertam, in religionis perniciem uergere: tamen haud  
 scio quo consilio Pontifices quotidie ferias addunt  
 feriis, cum potius conueniat prudentes imitari me-  
 dicos, qui pro ratione morborum mutant remedia,

R.2. tantum

## I G N A V I A.

tantum illud ceu scopum spectantes, ut bona ualeturni conferant. Proinde cum uideant rem olim pro temporum illorum ratione salubriter institutā: nunc mutatis Christianorum moribus, pestem esse pietatis, quae tandem religio est, constitutionem eodem mutare consilio, quo ueteres illi constituerunt. Quod de festis diebus dico, de multis alijs sentiendum est, non quod damnandas existimem Christianorum ferias, sed quod in immensum nolim crescere, et paucas eas, quas instituit prisorum autoritas, ad id conuerti cupiam, ad quod repertæ sunt. Nam uere Christianis, omnis dies festus est: malis uero, que maxima turba est, festi dies minus festi sunt, quam prophani. Sed ut ad prouerbium reuertamur, aptè accommodabitur in eos, qui nunquam non causantur aliquid, quo sint in ocio, ueluti quibus insuaves sunt literæ, nunc excusant ualeturniem, nunc occupationes rei domesticæ, non nunquam obstat rigor hyemis, alias aestatis seruor: interdum autumni periculofum cœlum. Demum auocat à libris ueris amoenitatem, mox fugitura. Pransi negant esse rem habendam cum libris, antequam concoixerit stomachus. Impransis obstrebit fames, quo minus libeat. Luci dicunt ignauum esse domi desidere. Ceterum ad lucernam uigilare, oculis inimicum. Si suppetit res domestica, quorsum opus inquiūt, literis? Si deceat, negant pauperem posse philosophari. Iuuenis negat, cui florem curis senilibus absumentum. Prouectior ait ualeturni parcendum etc.

τυρκούσ πτυχή .i. Mulieris podex.

In ignauum ac desidiosum dicebatur. Ignauum anima mal mulier, et quo minus habet mentis, hoc in honestis uoluptatibus est addictius. Amat ocium, et fuscorum in morem, quemadmodum ait Hesiodus, uitorum

rorum laboribus quæsita, sibi insumit.

**Qui domi compluitur.**

Τόποι οἴκοθεν βρεχόμενοι οὐδὲ θεός οἰκτίζει.  
Id est, Qui domi compluitur, huius ne deum quidem  
misericet, uulgo Gracis iactatū. Sensus est, cum modis  
oībus suo malo uideri dignū, qui sit usq; adeo ignauus,  
ut nec domi sue posse à pluia tutus esse.

**Ne vedit quidem oleum.**

Conueniet in eos, qui sunt artis alicuius prorsus ru-  
des et imperiti. Veluti si quis profiteatur rem me-  
dicam, qui nunquam didicerit quicquam illius artis, ue-  
nuste notabitur hoc uersu :

Et quando ille oculis, oculum confexerit unquam.

Vngebantur enim athletæ, quo membris euaderent du-  
rioribus, unde per oculum significat certamen.

## IGNORATIO.

In alio mundo. Ως τὸν ἄλλῳ κόσμῳ.

Id est, Tanquam in alio mundo. Schema prouerbiale  
est, quo nunc etiam uulgs utitur. De ijs, qui longe la-  
teq; dissident à moribus aliorum, aut quibus omnia no-  
ua uidentur, aut qui longe dis̄siti sunt à patria. Solet  
autem hoc usū uenire pleriq; mortalibus: ut si quando  
noui hospites in regionem longulè a suo nido dis̄sitatam  
peruenerint, nihil non horreant, non stupeant, nō ad-  
mirentur, permde quasi in aliud delati orbem.

In alieno foro litigare.

Pro eo quod est, In re noua, cuiq; nondū assueveris uer-  
sari. Habent enim diuersa fora diuersas litium formu-  
las, uariasq; tractandarum causarum rationes, quarum  
qui rudis sit, is tanquam hospes in peregrina regione  
multa desyderet necesse est.

Martialis

R.3. In tua

## I G N O R A T I O.

In tua ipsius harena.

*Id est, in tua ipsius arte. Sumptum à gladiatoribus, solitis in harena digladiari. Neque vero parui referebat horum, nota an in ignota dimicarent harena.*

Tullius. Albus, an ater sis, nescio.

*Solet dici de homine uehementer ignoto. Hieronymus aduersus Heluidium: Ego ipse qui contra te scribo, cum in eadē urbe tecum consistam, qua balbutis et erubescis, albus, ut ciunt, an ater sis nescio. Horatius in extrema epistola: Vultu mutabilis albus et ater, pro eo, quod est bonus et malus.*

Tullius. Non nouit natos.

*Simillima huic figura est, natum non noui, pro eo, quod est, prorsus ac modis omnibus ignoro. Plautus in Euclione: Non magis me respicias, quam si natus nunquam sis.*

Tullius. Ne pictum quidem vidit.

*De uehementer ignoto dicimus. Multas enim urbes et res atque etiam hoies nunquam nobis conspicitos, ex pictura utrumque nouimus. Venustius etiam fiet, si longius trasferatur. Rhetorica ne picta quidem uidit. Virtutem ne pictam quidem. Nam pinguntur haec quoque.*

Prorsus ignotus.

*In hominem quem nobis mirum in modum ignorum uideri uolumus.*

Nomine tantum notus.

*Huic simillimum est illud Horatianum in sermonibus: Accurrit quidam notus mihi nomine tantum. Atque id etiam plus habebit ueneris, si ad res a traducatur. Ut si quis dicat philosophiam alicui, uix etiam nomine cognitam.*

Suidas. Late viuens. Λάθε βιώσας.

*Id est, falle uiuens. Admonet adagium in humili for- tunā*

## IMPOSSIBILIA. 34

tuna uitam esse feliciorem, ijs qui obscuri uiuunt, et  
à publicis negotijs ita semoti, ut cum uita decessissent,  
nemo illos uixisse sentiret. Allusit ad id Horatius:  
Nec uixit male, qui ratus moriensq; fecellit,  
Id est, quem nemo sensit, nec prodeuentem in hanc uita  
tam, nec excedentem e uita. Allusit huc, ni fallor, Oui-  
dius in libris Tristium:  
Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, et intra  
Fortunam debet quisq; manere suam.

## IMPOSSIBILIA.

Prius ouem lupus ducat vxorem.  
De his, inter quos insanabile disfidium est. Confirmili  
figura dixit Horatius:  
Sed prius Apulis iungentur capree lupis.

Prius duo Echini amicitiam ineant. suidas.  
De ijs, qui moribus ac studijs sunt inter se discrepa-  
tiores, quam ut spes sit aliquando inter eos necessitu-  
dinem coituram. Venustius erit ad rem deflexum.  
Male conuenit theologorum spinis cum bonis literis:  
citius Echino marino cum terrestri conueniret.  
Nam est Echinus marinus, de quo multa plinius, et  
Aristo. Et est terrestris, quem alio nomine uocare  
Erinaceum: illud commune, quod uterq; spinosus est.  
Refertur à Suida.

Prius locusta bouem pariet. Ennius.  
Marcus Varro de lingua Latina libro tertio refert  
ex Ennio versum hunc:  
Atque prius pariet locusta lucam. Nam lucas antiqui  
boves appellabant, ob magnitudinem.

Mare prius vitem tulerit. Diogenid.  
Τὸ πέλαγος πρότερην οἰστα ἔμπελον.

R.4. Id est, Ma

## IMPOSSIBILIA.

*Id est, Mare prius uitem feret. De ijs, que nullo pacto fieri possint. Nam salitudo uitibus inimicißima.*

**Diogenia.** Prius testudo leporem praeuerterit.

*Πρώτηρον χελώνην προσδιαμέτη σκοτύπων.  
Id est, Prius testudo leporē cursu præterierit. Dere neutquam uerisimili. Testudine nihil tardius, Lepus autem celeritate præcellit.*

**Euripedis** Sursum versus sacrorum fluminum fertuntur fontes.

*Proverbialis allegoria, qua quipiam præpostere fieri significamus, legitimasq; rerum uices inuerti, quod genus sit, si puer senem admoneat, discipulus præceptorem docere conetur. Lucianus in Apologia libelli: Longe (inquit) lateq; à scriptis tua nunc uita discedet. Iamq; illud (quod aiunt) accideret, ut sursum uersus incedant flumina.*

**Cicero.** Fontes ipsi sitiunt.

*Ironia proverbialis in eos, q; petunt ab alijs, quod ipsis affatim abundet domi.*

**Lucianus.** Citius in naui cadens a ligno exciderit.

*Θάτηρον ἄπ τις ζὺ πλοίῳ πεισθήσεται  
ζυλον.*

*Id est, Citius alicui in nauigio cadenti lignum defuerit. Hyperbole proverbialis, qua tantam ubique copiam significamus, ut quo curque te uertas, occurras quod queris. Etenim cum nauis ipsa undiq; sit lignea, non potest non in lignum incidere, quisquis in ea cadit.*

Aquilam testudo vincit.

*Accipi potest per ironiam, aut simpliciter, ubi quis potentiorum arte uincit, et quod uiribus non potest, a fidelitate conficit.*

H̄ c̄ iñ̄atō. i. Terra volat.

De re uehementer absonta, queque nullo pacto fieri queat.

Citius elephantem sub ala celes.

De ijs que dissimulari nullo pacto possunt, quin notwithstanding aliquibus prodant animi morbum.

Capram portare non possum, & impunitis bouem.

Vbi quis quod leuius est recusat, ex quod multo sit intolerabilius, imponi sibi postulat.

Ab asino lanam.

De ijs, qui stulte querunt ea, que nusquam sunt.

Simul sorbere & flare difficile.

Plautus.

Tranio seruus apud Plautū in Mostellaria, obiurgatus est ab hero, quod non maturius redisset, cū ille se alicubi fuisse diceret, nec simul apud herum esse potuisse, ex illud quod iussus fuerat, peragere. Si uoles, inquit, uerbum hoc cogitare, simul flare, sorbereq;, haud factu facile est.

Sine pennis volate, haud facile est.

Plautus.

Plautus in Penulo. Locum habet, cum deesse significamus adminicula, sine quibus negocium peragi non possit. Accidere alas pro eo quod est, admere matrem, facultatēq; conandi quippiam. Et Addere alas. Horatius simili forma dixit, decidere pennas. Cice. Incidere neruos, pro admere uires.

Impossibilia captas. Αδύωτα θηρεῖς.

Id est, Quae fieri non possunt, uenaris. In eum qui molitur, quod efficere non queat. Sumptum ab aucupio, seu uenatu prædarū. Interpres indicat hunc esse sensum, ne quis tentet maiora suis uiribus.

Statuā fauibus colas, Αὐδίσιαν γαγγαλίζεις

R. 5.

Id est,

## I M P O S S I B I L I A.

**I**d est, statuum colas gutture. De re maiore in modum absurdum, queque fieri nullo pacto possit. Veluti si quis hominem prepotentem et invictum, frustra conetur opprimere. Nec enim liqueficit statua.

**Aristophanes.** Nunquam efficies ut recte ingridiantur caci.

*Aristophanes in Pace.* Ambulet ut cancer recta, haud efficeris unquam. Hoc uelut oraculum poeta factus pronuntiat, quod a natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinum, oblique ingredi.

**Persius.** Sambucam citius.

*Adagij speciem praese gerit Persianum illud carmine.* Sambucam citius caloni aptaueris alto. Cuius usus incidet, si quando significabimus aliquem a disciplina percipienda, siue munere gerendo nimis alienum esse. Si quidem Sambuca organum est musicorum, quod haud quaquam congruat caloni. Calones autem uocantur militum ministri, qui uallos ac ligna gestabant. Porro cum milites sint imperiti musices, multo magis calones.

**Suidas.**

Lenticulam angulo tenes.

*Φάνδρος σωνίας κρατεῖς.*

**I**d est, Lentem angulo tenes. De negocio, quod fieri nullo pacto queat, propterea quod hoc leguminis genus angulis careat. Refertur a Suida.

Ex harena funiculum necsis.

*Εἰς τὸν φάρμακον χοινίον πλέκεις.*

**I**d est, Ex harena funiculum nectere. Est frustra conari, quod nulla ratione possit effici.

*Ἄσινη καύδα ὅντα οὐ τηλιόν οὐ ποτὲ.*

**I**d est, Afini cauda non facit cribrum, ubi quis ad hoc, aut illud dicetur inutilis. Cribrum est pilis equinis fieri consuevit, non est uillis asininae caudae.

**Lucianus** Augiae stabulum repurgare.

*Αὔγις*

**Abyēs & Bosacis.**

**Id Augie bubile.** Allegoria proverbialis in hominem, aut in rem maiorem in modum inquinatam. Licianus in Pseudomante. Et Augie Bubile, si non omne, aut certe pro mea uirili conabor submouere. Ostēdit autem huius stabula tantū habuisse congesti simi, quā tū ter mille boues pluribus annis reddere potuerint. Seneca ludicro libello de morte Claudiū Cæsarī, usurpat hoc proverbiū. In quos, inquit, si incidisses, uale de fortis licet tibi uidearis, maluisses cloacas Augie purgare, multo plus ego sterco exhausi.

**Veste circumfers ignem.**

**Ei mortiō & tūq; p̄ḡs̄ d̄c̄s̄.**

**Id est, Veste circumfers ignē, ubi quid ridicule fit.**  
Aut ubi quis suum ipsius malum fouet, ueluti scortū, aut adulatorem, aut fictum amicum.

**Lupo agnum eripere postulat.**

**Plautus.**

**Leno quispiam in Poenulo Plautina.** Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt. Vbi quis frustra co[n]atur præda recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Confine quod alibi diximus, E lupi ore.

**Lusciniæ deest cantio.**

**Perinde quasi dicas.** Mulieri desunt uerba, poëtæ uersus, oratori color, sophistæ cauillū. Plautus in Bacchidibus. Ego quoq[ue] pol metuo ne lusciniolæ defuerit cantio.

**Ti ouq[ue]vō's εμπέσοι.** id elt.

**Quid si cœlum ruat.**

**Ironia in eos qui tutissimis etiam in rebus, ridicule timent.** Terentius in Heautontimor. Quid si nunc cœlum ruat?

**Bos porrecto vltra Taygeton capite.** Plutarch.

**Tāup.**

## ILLECEBRA MALI.

Ταῦρος ὁ προκύπτων τὸ ταῦγετον ἐπότι  
ευρώτας ἐπίειρ.

Id est, Taurus porrecto ultra Taygetū capite, bisbit ex Eurota, de re uehementer absurdā. Natum ex apophthegmate Geradae Lacedemonij, is ab hospite quopiā interrogatus, que poena foret adulteris apud Lacedemonios, negavit ullos esse adulteros apud Lacedemonios. At instans ille, quid si existeret (inquit) quam poenam daret? Is (inquit) taurum maximum despenderet, qui producto ultra Taygetum montē capite, biberet ex Eurota, cūq; hospes arridens, et unde taurus tam ingens? Lacedemonius uicissim, at unde apud Lacedemonios adulter? Refertur à Plutarcho in uita Lycurgi.

## ILLECEBRA MALI.

Lotum gustauit. Λωτῷ ἔφεσε.

Id est, Lotum gustasti. De ijs dicebatur, qui diutius in peregrinis regionibus hærerent, uelut oblitus reditus. Neq; incōcīne dixeris in eos, qui simul atq; semel uoluptatē in honestā degustarint, ad pristina studia reuocari non queunt. Sumptum à fabula Lotophagorum, de quibus meminit Homerus, Odyssæ lib. 9. narrans quemadmodū Vlyssis socij, gustata apud Lotophagos populos herba loto, redire ad nauim noluerint, nisi uerberibus adacti. Est autem Lotus arbor, de qua Plinius lib. 13. Tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiā genti, terræq; dederit, nimis hospitali, adueniarū obliuione patriæ.

Theocri. Periculosest canē intestina gustasse.

χαλεπὸν χοεῖων κάνω γεῦσαι.

Id est, Periculosest canem intestina gustasse. Admonet

monet ad agium haud facile temperare à peccādo qui semel illecibram illam, uelut autoramentū uitiorū degustarit. Quemadmodū qui semel scortū attigerit, q̄ semel per iurio rem auxerit, qui semel aulicam uitam sit expertus. Effertur et ad hunc modum apud Lukanum. Neque canis desiturus est, qui semel corium edere didicerit.

## I M P E R I T I A.

Dulce bellum inexpertis.

Vegetius

γλυκὺς ἀπειρώ πόλεις Θ.

Id est, Dulce bellum inexperto. De re militari, lib. 3. cap. 14. Sunt quedam in rebus mortaliū, quae quantum habeant discriminis, ac malorū, non intelligas, nisi factio periculo. Dulcis inexpertis cultura potētis amici, Expertus metuit.

Τῶν τεοδῶν ἐώσφεται ὁδὸς.

i. Pedum visa est via.

Teretius.

De negocio cuius aliquando periculū feceris, sumptū à uiatoribus. Terē. in Phorm. Ah non ita. Factum est periculum, iam pedum uisa est uia.

## I M P O S T V R A E.

Dare verba.

Teretius.

Passim obuium est apud omnes autores, pro eo quod est fallere. Persius saty. 4. Ut mavis, da uerba, et de cipe nervos. Teren. Cui uerba dare difficile est. Oui. Verba dat omnis amans.

Addere manum.

Plautus.

Pro eo, quod est, ludibrio habere. Translatum opinor ab ijs, qui manu ad aurem porrecta, motacq; quē piam irrident. Plautina uerba sunt hec. Quomodo de Persa

# I M P O S T V R A E.

**Persa manus mihi addita est:**  
**Plautus.** Os sublinere.

Pro eo quod est dare uerba, ex arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud autores. Nonius Marcellus tractū putat à ridiculo quodā lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Plaut. in Aul. Fidei censēbā maximā fidē esse. Ea subleuit os mihi plenissime. Idē alibi. Os mihi probe sublitū est. Verg. in Buc. Sile ni faciē mori succo oblinentes, lamq; uidenti. Sanguinis frontem moris ex tempora pingit. Ille dolum ridens, quo uincula neftis inquit.

**Plautus.** Obtrudere palpum.

Apud Plautū, est arte, fucoq; decipere. Ego (inquit) istuc alijs dare condidici, mihi obtrudere nō potes palpum. Vnde ex palpari pro adulari, ex palpones adulatores uocamus, à simili metaphora tracta ab eis sonibus, q; ferocietibus equis, plausu manus adblandiuntur.

**Terētius.** Facere fucum.

Imposturā facere, ex artificiosa dissimulatiōe deludere. Terē. in Eu. Per alienas tegulas uenisse clanculū, fucū factū mulieri. Proinde medicamentū illud, quo cuti superinducto muliercula, uitia formae dissimulant, quasiq; personam assumunt, fucum uocant. Plaut. Vitia corporis fucō occulunt. Ut aut fucus est color arte additus, ita persona facies est, nō uera, sed appositiōia. Vnde eleganter dictum à Seneca, ut personam malit, quam faciem. i. uideri malit quam esse. Itaq; per sonatos dicimus, qui aliud præ se ferunt, quam sint. Quin ex officiis uocant mania quædam rerum simillachra. Græci simplici uerbo φένοκτησία, uocant, ex φένοκτησιόν, huiusmodi imposturam. φένοκτησι fuci artificem.

III

Περικέρεψη τούς πλοκάμους.

Lucianus.

.i. Circumtondere comam.

Græcis in proverbio est, pro eo quod est ludibrio habere. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, ut eis non sentientibus, cæsaries circumtondeatur.

Nœc χελισθων. i. Noua hirundo.

Suidas ait dici solere, quoties uerba darentur alicui. Sumptum à ioco puerili. Nam hi data opera, nouam birundinem ad simulatēs uidere sese, ostendunt alijs, deinde contēplantibus illis, & intentis, interim quod uolunt surripiunt. Proinde quadrabit in eos, qui falsa spe quapiam iniecta, fallunt ac nocent.

In laqueum inducere.

Et in casses inducere, est arte sic concludere quempiam, ut iam nullum sit effugium. Græci, qui iam capti teneantur επιβολός uocant. Oui. Decidit in casses præda petita meos.

Οβολὸν εὗρε ταξεύοιτκε. i.

Obolum reperit Parnoetes.

Accommodari poterit ad illos, qui nouū aliquod ex cogitarunt premium, quo oblectent. Natū aiunt à Calistrate Atheniensium Reipub. principe, cui cognomē Parnoetes. Is enim instituit, ut in iudicijs & concionibus nummuli quidam distribuerentur. Quam rem Co micorum insectatio uertit in proverbiū.

Ἐγέροις γέρουματα. id est.

Ephesiæ literæ.

Diogen.

Dictum uidetur de ijs, qui mira felicitate, tanquam diuina uirgula, quidquid optarent, assequerentur. Aiunt enim Ephesijs notulas quasdam, & uoces magicas fuisse, quibus utentes in omni negotio uictores euaderent.

IMPROV

# IMPROBI.

Diogeni.

*Lydi mali, post hos Aegyptij. &c.*

*Lydi improbi, post hos secundi Aegyptij. Tertij, Cares perditissimi omnium. Tempestiuiter uteatur, si quando mali cum malis conferuntur, et collatus cum sceleratoribus, ita demum minus illaudatus aliquis uidetur.*

Strabo.

*Λέριοι κακοί. i. Lerij mali.*

*In eos recte dicetur, qui pariter omnes gentis uitio sunt improbi. Lerorum enim populus ob insignem morum improbitatem in proverbiū abiit, autore Strabone libro Geo. 10.*

Aristophanes.

*Πονηροὶ κόμματος. i. Mali commatis.*

*Dicebatur improbus, contemptus, et reiculus quis piam. Sumpta metaphora à reprobatis nomismatis. Aristophanes in Pluto. Videtur esse non probati commatis. In sycophantam dictū, iam ad paupertatem factum redactum. Interpres ostendit comma esse utilissimi nomismatis.*

*Κίβδηλος. i. Adulterinus.*

*Quod simplex non est, neque syncerū, id uulgato uerbo Græci κίβδηλομ uocat. Hinc ducto uocabulo, quod aliud præ se ferant, aliud tegant. Sed proprie nummū suberatum κίβδηλομ appellant. Et κίβδηλος in synceritate seu corruptelā. Et κίβδηλεύει corrumperet uoco. Et qui pallent κίβδηλωντας appellat, quod aliquid morbi, uitijue subesse uideatur. Conueniet igitur in amicitiam insynceram et fictam, aut in hominē blando uultu, sed aio uirulento. Aut in eū, qui sanctimoniam habitu præ se ferat, cum uita sit impia.*

Cicero.

*Bipedum nequissimus.*

*De homine uehementer improbato, quicq; uel pecudes nequitia supereret. Cicero torserat in Clodium in oratione pro domo sua.*

Tenedius

Τετέδι Καύλητης. i. Tenedius tibicen. Stephæ.

Dicebatur testis falsus ex calumniator, hinc natū  
quod Philonome tibicinem suum subornarit, qui testa  
retur apud Cygnum ipsam à Tenne de stupro fuisse  
interpellatam, ac ui etiam tentatam.

Φρυνόνδας ἔπος. i. Phryndonas alter. Lucianus

De improbo. Huius meminit Lucianus in Pseudo-  
mante, inter nobiles facinorosos. Phryndonas cū esset  
hos̄p̄s Athenis, in negotijs Peloponnesiacis uerfa-  
batur, homo uersutus, maleficus, impostor, summus  
malarum rerum artifex, ut hoīs uocabulū in rei tran-  
sierit appellationē. Etenim quoties insigniter malum  
et sceleratum accipi uolebat, Phrynōndā appellabāt.  
Sic Aristop. citante Suida. Scelerate tu ac Phrynōda,  
et impurissime. Aeschinus aduersus Ctesiphontē. Nec  
Phryndonas, nec Eurybatus, nec aliis quispiam ueterū  
improbiorū unquam talis magus et impostor fuit.

Εὐευθεύτης. i. Eurybatizare. Lucianus

Est improbis uti moribus. Eurybatus ex Cercopie-  
bus unus fuit, insignita improbitatis homo. Huius me-  
minit Lucia. in Pseudom. Ultra Cercopas, ultra Eury-  
batum, aut Phrynōndā, aut Aristodemū, aut Sostratū.  
Neq; uero unus dūtaxat huius noīs, fuit, infamis uer-  
suta, morumq; improbitate. Nam et Ephesius quidā  
Eurybatus fuit. Nicāder prodidit Eurybatū quendā  
Aeginensem fuisse longe uersutissimū scelestissimūq;. Neq; uero desunt, qui dicant hoc nomine furem fu-  
isse quempiam astutia singulari. &c.

Τρία κάππα κάμπαι. i. Tria cappa pessima.  
lactatū et hoc olim enigmatis uice, quo triū gentiū  
mores notati sunt. Cappadocū, Cretensiū, et Cilicū.

Διπλᾶ κάππα. i. Duplex cappa.

S VELUT

# I M P R O B I.

Velut *enigma*, quo malū aliquod significabat. Siq-  
dem gemino cappa, scribuntur κεκά. Simili figura  
Plautus furem triū literarū hominē appellauit.

Aristop.

Βωμολοχός, βωμολοχεύεις.

Βωμολοχοί, proverbiali conuitio dicebantur scelesti  
et improbi. Dicuntur autē Bomolochi, qui cū res di-  
uina peragit, nō faciunt uota dīs, sed nugas inanes  
blaterāt. Qui mos hodie magnatibus præcipue placet

Αἴσταράις οὐνθέωπος.

Suidas.

.i. Inexploratus homo.

Id est, inexpensus, inexercitatus, nō probatus. Sui  
das Aelianum citat auctorē. Subest autē metaphora in  
Αἴσταράις. Βάσταρα enim coticula est, qua so-  
let aurum explorari. Latini uocant indicē. Extat Chi-  
lonis dictum. Id aurum esse homini, quod index lapis  
est auro, hoc est, non aliter ingenii hominis auro spe-  
ctari, quam indice spectatur aurum.

Διαγόπος δοκίλιος. id est.

Diagoras melius.

In sceleratū ac fœdifragum et impium. Hic capta  
Mela, uixit Athenis, et Atheniensium sacrorum nosteria  
usq; adeo contēpsit, ut cōplures auerterit à religione,  
deterrueritq; ne iam uellent initiari. etc.

Non capit somnum, nisi hoc aut illud  
fecerit.

Sunt duæ figuræ proverbiales, quibus intemperan-  
tem, atq; impotentē rei cuiuspiā cupiditatem signifi-  
camus. Iuuinalis. Quibusdam Somnū rixa facit. Al-  
tera apud Maronem in Bucolicis. Quod si non aliquis  
nocuissest mortuus esses.

Lacerat lacertum Largi, mordax Mēnius.

Hunc uersum Crassus orator usq; adeo uulgo iacta-  
cum ait,

tum ait, ut Tarracinae paſſim in omnibus parietibus inscriptus uiferetur. Fabula unde natū est adagiū ſic habet. Memmius quidam Romanus, cum ageret Tarracinæ, mulierculā quandā deperibat, ſed non citra rī ualem. Cum hoc igitur cum aliquando rixa incidiſſet, eo iracundiæ prouectus eſt Memmius, ut Largij, nā id riuali nomen, brachiū mordicus arriperet. Ea res poſtea quām in popularem abijt iocum, faceti quidā et Κλόγεροι ſenarium hunc in omnibus eius urbis parietibus quinq; literis notarūt, depictis tribus LLL, et duobus MM, uidelicet ut adueniſ percunctandē ministraret occaſionem.

### Aνά σέκας, i. Lupi decas.

Dictum appetet in eos, ad quos in honesti lucri pars aliqua, tametsi puſilla rediret. Aut in eos qui largitio nibus eſſent corrupti, aliosue corrumpereſe. Athenis in foro ubi cauſe agebantur. Lycus quidam genitus ſcalptus ſtabat, lupina facie. Apud hanc ſtatuam Sycophantæ pecunia corrupti uersari conſueuerunt, uelut apud deum quempiam ſui quaſtus preſidē. Eiq; in dies ſingulos triobolus ſecabatur.

### Cum facco adire.

Non dubium eſt, quim hic ſermo fuerit uulgo iatatus de quo uis qui poſtulat, ut statim exhibeatur quod petit.

### Onabatis.

Apud Cumanos mulier in adulterio deprebenda ducebatur in forum, ut illic lapidi inſiſtens, oibus eſſet conſpicua. Deinde imposta aſino, atq; ita per tota ciuitatē circumductā, reducebat ad lapide, ut ibi rurſus eſſet oibus ſpectaculo. His actis habebat infamis p omne uitā, et ignominia gratia ovoſaſ dicebatur,

# I M P R O B I.

quod a sinum equitasset. Quadrabit in quāvis profis-  
tute famae. Illud hic annotandum, quomodo decre-  
rit legū seueritas. Apud Hæbræos adultera lapidabat-  
ur. Apud Romanos aliquando minutabatur lex Iulia.  
**Contra adulteros** Apud Cumanos summa ignominia supplicij loco erat.  
Nūc apud Christianos ludus est adulteriu, apud quos  
tamē matrimonii est sacramentū. Quid superest nisi  
ut præmia decernantur his qui multoru uxores con-  
stuprarent? Olim inceste prophanæ uiue defodieban-  
tur. Nunc uiolare uirginem Christo dicatà pietas est.  
Proverbiū refertur à Plutarcho in problematis.

Cercopum cœtus. Αγορὰ κερκώτωρ.

Id est, Cœtus Cercopū, de conciliabulo, conuentuq;  
uersitorum ex improborū hominum dicebatur. Nar-  
rant enim Cercopes quosdā in Epheso fuisse note frau-  
dulentie uiros, qui suis dolis conati sint ipsi ioui im-  
ponere. Hos admonuerat mater, ne in Melampygum  
inciderent, id quod cœunt. Nam post ab Hercule nūn  
eti sunt, iussu Omphales.

Cercopissare. Κερκωτίζειν.

Cercopissare dicuntur, uel qui lasciuunt, aut q adiu-  
lantur. Metaphora dūcta ab animantibus, quæ mota  
cauda ad blandiūtur, ut Chrysippo placet, suida teste  
uel qui molesti sunt, obturbantq; et obſtrepūt, ut uox  
deflexa sit à Cercopibus illis Lydijs, quos Hercules,  
quod sibi cum Omphale cubanti, petulantius obturba-  
rent, amicæ iussu uinctos de claua suspendit.

Αλιτήριο.

Vulgo dicebatur qui per uim raperet aliena. Natū  
ex euentu huiusmodi. Temporibus Aetolici belli, tāta  
frumentariæ rei penuria incidit Athenēsibus, ut pau-  
peres coacti fame captiuorū farinā diriperet, in uox  
traduci coepit ad hominem quocunq; modo sceleratū.  
Ferre

Ferre iugum.

Plautus.

Plautus in Curguli. Iamne fert iugum? De puella percunctatur quissiam, num iam per ætatem virum recipere. Id enim significari satis argunt ea, quæ sequuntur. Tam à me pudica est, quasi soror mea sit. Horatius in Odis, de puella nondū viro matura.

Nondum subacta ferre iugum ualeat: Ceruice.

Magis impius Hippomene.

Diogenia.

Aορθέσορ ιππομένης.

Id est, Magis impius, quam Hippomenes. Hic Athenianum princeps, filiam à ciue quopiam uitiatam, una cum equo feroci conclusit in domicilio, ne huic, nec illi cibum præbens. Equus igitur fame in rabicem actus, puellam adortus consecit, deinde periret ipse quoque pabuli uidelicet inopia. Post huc pater domū est demolitus, loco nomen inditum, equi & puellæ. Recenset adagium Diogenianus.

Mare proluit omnia mortalium mala. Eustathius.

Θάλασσα κλύξει τάχται τ' ανδρώπον κονά.

Id est, Hominum uniuersa proluit pelagus mali. Refertur ex Eustathio in primū Iliados Homerice. Extat autem apud Euripidem in Iphigenia Taurica. Natum est ab euentu huiusmodi. Refert Diogenes Laertius. Euripide Platoni comitē fuisse peregrinatio- nis, cum Aegyptum adiret, ibi cum morbo suo corri- peretur comitiali, ni fallor, sacerdotes Aegyptij mer- sione marina sanauerunt hominem. Quin hodie mor- sos à cane rabido, si nouies mergantur in mare, putat a rabie liberari.

Qui omni in re, & omni in tempore.

Sed enim qui oī in re, atq; in oī tempore omni laude uacat, is illaudatus est, isque omniū pessimus deterri-

S.3. musq;

# I M P R O B I.

*musq; est. Admonet parcemia fere neminem esse, tam  
deplorati ingenij, qui nō aliquādo dicat faciatue quod  
laudem promereatur.*

## Seruilis capillus.

*Ανθραποδώδη τρίχας επιδεκυνέει.*

*Id est, Seruilem capillum p̄ae se ferre dicuntur, qui  
agrestibus & inelegantibus sunt moribus. Inde du-  
ctum, quod Athenis serui manumittendi capitis pilos  
deradebant. Plato scribit in Alcibi. quosdā seruiles pi-  
los in aio gestare, indoctos & stupidos significans.*

## Horatius.

## Vlyssis remigium.

*Homines nequam & uoluptatibus addictos Horda-  
tius in epistolis Vlyssis remigiū appellauit, proverbia  
linimurū figura. Remigiū uitiosum Ithacēsis Vlyssi.  
Item alio loco Phæacen appellat nitidum Homerus.  
et bñ curata cute: Ut possum pinguis Phæaxq; reuerti.*

*Dij tibi dant tuam mentem.*

*In insanum congruit, & sua dignum mente. Martia.  
Dij mentem tibi dent tuam Philœni.*

*Non es laudandus, ne in coena quidem.*

*Οὐκ ἐπούετε οὐδὲ πάσι οὐδεὶς πνεύμων.*

*Id est, Non queas laudari, ne in parentalibus quidē.  
In hominem dicebatur uehementer illaudatum. Anti-  
quis mos erat, præsertim Atticis in coenis funeralibus  
quas Græci πάσι οὐδεὶς πνεύμων uocat, laudare uita defunctos  
etiam si parum meruissent in uita. Ouidius.*

*Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit.*

*Compendiaria res improbitas.*

*Σύντομον θέμα πωνεῖσθαι, προσφεύγειν αὔξεται.*

*Id est, Compendiaria res improbitas, uirtus longa.  
Qui semel addixit animum uitijs, is quiduis fla-  
gitijs facile patrabit. At singula uirtutes magno sui  
dore pati.*

dore parandæ.

Insania non omnibus eadem.

Μανία γὰρ οὐ πάσιν ὁμοία.

*Id est, Haud est eadem uesania cunctis. Sensus est, nullum esse mortalem, qui non in aliqua re desipiat. Quanquam aliis alio morbo laboret, hic avaricia, ille libidinis; hic ambitionis, ille inuidiae. &c.*

## I M P V D E N T I A.

Faciem perficere, Frontis perficitæ. *Plinius.*

Frons habita est antiquitus pudori sacra. Et facies item, id quod ex proverbio testatum est, quo dicunt pudorem esse in oculis. Inde frontem, aut faciem propter uerbo perficuisse dicuntur, qui pudorem omnē dicerunt, uelut absterto manu à uultu pudore. Tullius dixit in eundem sensum perficere os. Huc pertinet etiam illa, quod effrontes appellamus inuercudos. Et qua fronte audebis hæc facere? Horatius. Clament perisse pudorem. Persi. Exclamet (inquit) Melicerta perisse, Frontem de rebus. Item illa. Quo ore obiurgabis filium? Et os impudens, os durum, os ferreum, cum impudentiā indicamus. Homerus. Canis habens oculos, cor cerui, impudentiam significans cum timiditate coniunctam.

Θεός οὐ ανείδειος. id est.

Zenodot.

Dea impudentia.

Dici solitum, ubi quis ex audacia, inuercundiaq; sua lucrum atq; emolumentum ferret. Nam inutilis, ut ait Homerus, uercundia uiro egenti, compluresq; mortales uideas, quibus magno bono fuerit nihil omnino puduisse. Theophrastus in libro de Legibus

S.4. prodidit,

## I M P V D I C I T I A.

Prodidit, apud Athenienses aras fuisse Contumelia et impudentiae dicatas.

Plautus. Nudo capite. ρυμνή κεφαλῆ.

Id est, Nudo capite facere quæpiæ dicuntur, qui pâlam, ac citra pudorē omnē faciūt. Qui rē pudendā fas ciebat, ijs mos erat centonibus caput operire. Plau. in Cap. duo. ipsi de foro tâ aperto capite ad lenœs eūt quā in tribu operto capite fontes condēnant reos. Vsi sunt hoc proverbi titulo Cyrus et diuus Chrysost.

Aristop. Απίκορ βλέπω. i. Atticus aspectus.

Perinde quasi dicas, os impudens. Nā hoc uitio notati sunt Atticorum mores. Aristophanes. Ac uultu in ipso aspectus Atticus eminet. Nescio quid Atticæ astuciae simul atq; impudentiae præferret.

## Ι M P V D I C I T I A.

Osce loqui.

Osce loqui uetusto proverbio dicebantur, qui turpiter parūq; pudice loquerentur. Ab Oscurū moribus allusione sumpta, quod apud eos spurcarū libidinum impunitus usus fuerit. Scripsit aut̄ quidā Ticinius ad hūc modū Osce et Vosce fabulātur, quia latie nesciūt.

## Ι N A N I S M E T V S.

Panicus casus.

Πανικόp, Veteres uocabant subitum animorū tumultum, sed inanē. Veteres enim existimabant Panē Deū repentinōs terrores, et animi consternationes immittere, lymphaticis simillimas, usq; adeo impotentes, ut non ratione modo, uerū et mente careant. Verba sunt Hectoris, ad custodes nunciantes, nouum tumultum in castris oriri, atq; is motum Panicum esse respondit.

Metum

Cicero.

Metum inanē metuisti. Ad eēs dēdōes dēos Plutarch.  
Id est, Inanem metuis metum. Vbi quis formidat in  
re tuta. Verg. Omnia tutu timens.

Multa in bellis inania.

Πολλὰ κέρα του τολέμειου.

Id est. Multa belli inania. De inani suspicione aut pa-  
uore sine causa oborto, quem Græci πανικὸν vocant.  
Parcimā hinc manasse putant, quod huiusmodi panici  
terrores plerūq; solent in bellis accidere..

Θεογένες εκάτηρο. i. Theagenis hecateum  
In superstitiones ac ridiculè meticulosos dictum est.  
Hic Theagenes legitur usque adeo fuisse superstitio-  
sus, ut domi haberet hecates simulacrum : nec usquam  
pedem moueret, nisi illo consulto.

Canes timidi vehementius latrant.

Thrasonum est, turgidis minis dira moliri, at Chre-  
mes ad rem gerendam promptior. Sic & Athenienses  
ad benedicendū, quam ad gnauiter agendum accimo-  
dationes fuisse leguntur. Deniq; mulieres lingua me-  
lior, quam uiri belligerantur.

Aspersisti aquam.

Aspersisse aquam dicitur, qui dicto quopiam reddi-  
derit animum, ac metum ademerit. Mutuo sumptum  
ab ijs, qui in deliquio aspersa in faciem aqua, ad sui sen-  
sum reuocantur. Plautus in Truculento: Aspersisti  
aquā, iam reddit animus. Quod Terentius simpliciter:  
Redditisti animum.

Plautus.

## INANIS OPERA.

Τοῦ ὄνομα κείγεται. i. Asinum tundes.  
De ijs, qui rem absurdam atq; inutilem aggrediuntur,  
cum asinus lanam non habeat.

S.5. Abafino

## IN ANIS OPERA.

Ab asino lanam.

Cui finitimum est ex illud: ὄνου πόκος ξητεῖς, id est, Asini lanam queris. De ijs, qui stulte querunt ea quae nusquam sunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum: Asini lane.

Ασικοῦ τι Αἴσ .i. Utrem vellis.

Vel quod non sentiat, uel quod pilis careat.

Φολακέδηρτί Αἴσ .i. Caluum vellis.

Vbi quis manem operā sumit, aut ubi quis auferre co[n] natur, quō uocatis, à quo petitur. Veluti si quis à pa[ri] pere concut[us] extundere pecuniam, ab indocto literaturam. Idem: Nudo uestimenta detrahere.

Αἰδιωτας σμήχης .i. Aethiopem lauas.

Aethiopem dealbas.

Lucia. in libro contra indoctū: Ac iuxta proverbiū Aethiopē lauare conor. Nā natius ille Aethiopum nigror, quē Plinius ex uicini syderis uapore putat accidere, nulla abluitur aqua, neq; ulla ratione candescit.

Νερού πασίζεις .i. Mortuum flagellas. In eos qui obiurgant illos, qui nihil prorsus obiurgatio[n]e commoueantur. Aut qui uita defunctos infectantur ac lacerant.

Plautus. Aquam e pumice postulas.

Pro eo quod est, frustra ab alio petere, cuius ipse, à quo petis, maxime sit indigus. Nihil enim pumice lapide siccius, nihil siticulosius. Perinde ac si quis ab indoctissimo doceri postulat, ab inconsultißimo consilium expectet, ab egeno munus, ab inope praesidiū: denique ab auaro atque tenaci pecuniam. Plautus: Nam tu aquam e pumice nunc postulas, qui ipsius statiat. Pumex, inquit, non æque est aridus, atque hic senex.

Mortuo

**Mortuo verba facit.**

Plautus.

Νεκρῷ λέγοντες μύθος εἰς οὖς .i.

**Mortuo ad aurem fabulam narrās.** Plautus: Mortuo  
verba nūc facio. Teren. Verba fiunt mortuo. Rursum  
Plautus: Nihilo pluris refert, quam si ad sepulchrum  
mortuo dicat iocum.

**Αἰγαλῶ λαχάφ's .i. Littori loqueris.**

**Dictum in eos, qui frustra suadent uel orant, perinde**  
**quasi surdo loquantur.** Nam llttora propter assiduum  
fluctuum fragorem surda dicuntur.

**Βολγούς Ἰητῆς .i. Bulbos querit.**

**Locus proverbalis in eos, q iuxta Persiū: Obstipo ca-**  
**pite desigūt lumina terrae. Significat autē tenues ami-**  
**cos, quib; ut ait Teren. paupertatē una tulerūt grauei.**  
**Exstat apud Aristophanē & aliis de bulbo iocus hmoī**  
**Qui deuorauit bulborū ollam. Quo quidē libidinosum**  
**& immodice mulierosum hoiem invuit.** Nam bulbos  
irritare Venerem testatur Martialis :

**Quum sit anus cōiunx, quū sīm tibi mortua membra,**

**Nil aliud bulbis, quam satur esse potes.**

**Bulbus est alliū agreste, alij alliū marinum appellant,**  
**& est genus cepæ non absimile ascalonie.**

**Αἴτοι πίπειδαι διδόσασκης .i.**

**Aquilam volare doces.**

**In eos, qui monere quempiam conantur in ea re, in qua**  
**cū sit ipse exercitatiſimus, nihil eget doctore.**

**Δελφῖνα νηχειδαι διδόσασκης .i.**

**Delphinum natare doces.**

**Diversa metaphora sententiā eandē declarat. Quod ei**  
**Delphin inter pisces, id Aquila inter uolucres.**

**Delphinum cauda ligas.**

**Δελφῖνα πρός τὸ μονοχοῖρον δίξις.**

Id est,

## INANIS OPERA.

**Id est**, Delphinum cauda alligas. In eos, qui quipiam incassum conantur. Propterea quod Delphinus cauda sit lubrica, nec ea parte teneri queat. Quadrabit et in eos, qui ea uia quempiam aggrediuntur, qua nequaquam posset superari.

**Diogenia.** Νεφέλας χαίρειν .i. Nebulas diuerberare. Dicitur, qui uel in re stulta, uel quae fieri non queat, frustra sumit operam.

OVS κεφαλή πλάναρην νίπτεω .i.

Asini caput ne laues nitro.

Ne multum sumptus operae impendas in rem uilem ac sordidam.

OVS πόσακύ φεως .i. De asini prospectu. Dici solitum in eos, qui ridendo titulo quempiam clumniantur, aut de friuolis rebus aliquem in ius uocat. Euentus, qui fabulae praebuit occasionem, uarie narratur ab autoribus. Quidam huiusmodi quedam memorabant: Figulus quispiam uarias auium formulas fixerat, easq; in officina collocatas habebat. At asinus quidam inobseruantius sequente agasone, inserto per officinam fenestellam capite, pariter et aues et reliqua iusta decicet, cōminuitq;. Is, cuius erat officina, agasonē in ius uocat. Cumq; rogaretur ab oībus, qua nam de re litem moueret: De asini, inquit, prospectu et c.

Πρός ἐρέωγχου ἀσθεῖς .i. Ad fractam canis. Subaudi uel chordā, uel citharā. Suidas ostēdit dici solitū de ijs, q; frustra laborat. Quanquā nō inscite accōmodabitur, ubi non respōdetur officijs alicuius, aut ubi quis suadet obstinato, aut orat inexorabilem.

De fumo disceptare.

In philosophos dictum, qui de rebus nihil nimium anxie disputant.

De asini

De asini umbra. Υπὸ ὄντος σκιᾶς.

Aristop.

**I**d est, super asini umbra, pro eo quod est, de re nihili.  
Proinde sunt, qui credant hoc adagij primū ab autore  
Demosthene natum fuisse, fabulā huiusmodi referen-  
tes: Cum aliquando Demosthenes quendam in causa ca-  
pitali defendenteret, ac iudices haberet parū attētos, sed  
dicenti obstreperent, ille paulisper, inquit, aures mihi  
præbete, siquidem rem narrabo nouam ac lepidā, atq;  
auditu incundam. Ad quæ uerba cum illi iam aures ar-  
rexissent, Adulefccns, inquit, quissimam asinum condu-  
xerat, rerū quiddā Athenis Megaram deportatus.  
Inter uiam autem cum astus meridianus ingrauesce-  
ret, nec inueniret quonā umbraculo solis ardorem de-  
fenderet, depositis clitellis, sub asino sedens, eius um-  
bra semet obtegebatur. Ceterum id agaso non sinebat,  
hoīem inde depellens, clamansq; asinum esse locatum,  
non asini umbram. Alter item ex aduerso tendebat,  
asseuerans etiam umbram asini sibi conductam esse.

Atq; ita inter eos acerrima rixa ī longū producta est,  
ita ut etiā ad manus uenerint: hoc pertinaciter affir-  
mante, non conductam esse asini umbram: illo pari cō-  
tentione respondentē, umbram etiam asini conductam  
esse. Demū in ius ambulant. Hæc locutus Demosthe-  
nes, ubi sensisset iudices diligenter auscultantes, repen-  
te cœpit ā tribunalibus descendere. Porro reuocatus  
ā iudicibus, rogatusq; ut reliquum fabulæ pergeret  
enarrare: De asini, inquit umbralibet audire, uiri cau-  
sam de uita pericitatis audire grauamini? Vsus est eo-  
dem Origenes in præfatione libri.3. aduersus Celsum.

Harenam metiris. Αυμορ μετρεῖς.

**I**d est, Harenæ modum queris, siue metiris, hoc est, re-  
infiniti laboris atq; inexplicabilem inceptus. Aut fru-  
stra conaris, quod nequeas efficere.

Eis taceas

## IN ANIS OPERA.

Ouidius.

Eis ἄλμοπ αριέας, id est,  
Harenæ mandas semina.

Propterea quod steriles harenæ maxime littorales,  
nec idoneæ ad sementem. Ouidius:  
Quid facis Oenone, quid harenæ semina mandas.

Non profecturis littora bubus aras.

Atqui in nostra Brabantia sunt agricolæ tam industrii  
qui sicutientissimis harenas cogant et triticum ferre.

Horatius.

De lana caprina.

Natum ab euentu apparet, de duobus contentiose des  
certatibus, utrum lanam haberet caper an setas. Loquitur  
de morosis in anicitia, qui quantumlibet friuola de  
causa litem cum amico suscipiunt.

Lucianus.

In aqua scribis.

Hoc est, Nihil agis. Item Catullus:

Inscribo uino, si qua iurat foemina.

Mulier cupido quod dicit amanti,

In uento et rapida scribere oportet aqua.

Reti ventos venaris. Δικτύω ἀνεμοθυράσ  
Id est, Reti uentos captas. De frustra laborantibus, q  
rem inanem inaniter captant.

Aristides

Ignem dissecare. Εἰς τὸ ωῦς ζείνειν.

Id est, Ignem diuerberare. Aristides: Non intellige  
bas autem te ipsum omnibus illis prouerbijs obnoxium  
esse, quod ignem diuerberares, quod lapide clixares,  
quod in saxis sementem faceres?

Isthmum perfodere.

Isthmum perfodere dicebantur, qui magno quidem co  
natū, sed irrito molirentur aliquid. Ductū ab Isthmo  
Corinthiaco, qui efficiebat, ut naues longo et ancipi  
ambitu iuxta peninsulā circuagerentur. Vnde complu  
res illū adorti sunt, qua erat angustissimus perfodere.  
Nempe

Nēpe Demetrius rex. Dictator Cæsar, Nero, infausto  
ut oīm patuit exitu, incepto. Isthmus ea terra structu-  
ra est, quæ in duo maria iter porrigit. Ouid. Qua duo  
porrectus longe freta detinet Isthmos. Sunt autē duo  
Isthmi: Achaius seu Corinthiacus, et Thracius.

Εἰς τάχαμορ οἴκοδομῆς .i.

In harena ædificas.

Ad quod Euangelica parabola uidetur alludere: Non  
consistit, quod super harenam struxeris.

Πρὸς τὸν χωρὶς λαλεῖς .i. Parieti loqueris. Plautus.  
Plautus in Truculento usurpat, pro eo quod est tacitu-  
ro loqui: Ego, inquit, ego paries, loquere tu.

Cribro aquam haurire.

Κορύκων ὑδῶν ἀντλεῖ ἐπιφέρει  
Id est, Cribro aquam haurit. Quod etiam in obliuiosos  
non inconcinne dicetur. Sumptum à fabula Danaidum  
puellarum, quas Plato scripsit apud inferos hoc genus  
poene pendere, ut aīidue aquam in dolium pertusum, ua-  
sis item pertusis inferant. Effertur et ad hunc modū:  
In dolium pertusum aquam hauris.

In aqua sementem facis. Εἰς ὑδῶν αὐτείσθε.  
Id est, In aqua sementē iacis. Loquitur de his, q̄ benefi-  
cium conserunt in ingratos, atq; improbos homines.

In saxis seminas. Κατὰ πετρῶν αὐτείσθε.  
Id est, In saxis sementē facis. Quo quidē allusisse credi  
potest allegoria Euangelica de semine, quod in petras  
inciderit. Nam hoc terra genus ferè sterile est, uel q̄  
non potest aratro proscindi.

Ασκόν βαμψίζεις τοντοῦ πληρῆς. .i.

Vterem mergis vento plenum.  
Cōpetit in eū, q̄ frustra conatur, ut q̄ castigat inemēda-  
bile, q̄ inflatus uter, quantūuis imergat, rursus emicet  
Inter las-

## I N A N I S O P E R A.

Inter lapides pugabant, nec lapidem tolere poterant.

Apparet dictū in eos, qui præsentī commodo non fruſtantur, uel ob ignauiam, uel ob peruersam de rebus opinionem, ut qui uel saxum grauentur ex aceruo tollere quo repellant aduersarium. Idē refertur apud Atheneum libro decimo:

Deperiere siti, superante ad labraliquore.

Τῶν κοιλῶν ἀράσιλων ταῖς εἰρημέναις.

Cauam Arabiam ferere.

Pro fruſtra sudare, aut in re perdifficili nec admodū frugifera operā sumere. Lucia in Apologia: Ut cauā Arabiam ferere aggrediatur. Significat autē palustrē Arabiæ partem neutiquam idoneam fementi.

Basilius. τὰ ἀγάχνια νῦν φοινίκην, id est,

Aranearum telas texere.

Est in re friuola nulliusq; frugis, infinitū atq; anxiū capere laborem. Philosophus quidam (ut Diogenes in vita Zenonis) rationes dialecticas, aranearū textis similes esse dicebat: quæ cū operosum quiddam atq; exactum præ se ferant, tamen nugatoria sint atq; imbecilles. Et aliis quispiam leges tum aranearum textis comparabat, que cum a magnis aiibus facile discindentur, muscas duntaxat irretinent.

Ἄγριοελόνη ἀράση. i. Arare littus.

Est sterilem operam sumere. Ausonius ad Theonem:

Quid geris extremis positus telluris in oris,  
Cultor harenarum uates, cui littus arandum.

Huius peculiaris usus erit, cū officium impenditur in  
eum, a quo nihil sis fructus aliquando percepturus.

Ἐπὶ πλάνῳ ἀχύρων διλίγομεν καζτέρη σωμάτων

.i. E multis paleis parum fructus collegi.

Id est,

*Id est, Multo labore non multum emolumenti sum cōsecutus, aut è uerbo sermone paululum bona sententiae: ex ingenti uolumine minimum doctrinæ retuli.*

*Translatum ab excusoribus tritici.*

*Ouum adglutinas. Ωὸν κολλάσι.*

*Diogenia.*

*Id est, Ouum glutino compingis. Refertur à Diogeniano. Ridicule laborat, qui fractum oui putamen glutino sarcire ex coagmentare conetur.*

*Homerus*

*Penelopes telam texere.*

*Est inanem operā sumere, et rursum destruere quod effeceris. Natum ex Homero Odyssee. 2. Fingit Penelopen vlyssis uxorem, procos iam urgentes hac conditione delusisse, ut tum se promitteret nupturā, ubi telam quam habebat in manibus absoluisset. Quam conditionem posteaquam illi accepissent, mulier astuta, quod interdiu texuisset, id noctu retegere cœpit.*

*Illa diurna quidem, ingentem texere telam,  
Verum eadem admotis soluebat nocte lucernis.*

*Plautus.*

*Oleum & operam perdidi.*

*Quicquid insumpsi, seu rci, seu laboris, id frustra insumptum est. Metaphora ducta est à gladiatorū ac palaestritarum certaminibus, in quibus certaturi unguentis quibusdam oleaceis perungebantur. Quanquam potest et ad lucubrantiū lucernas referri. Hieronymus ad Pamphachiū: Oleum perdit et impensas, qui bouem mittit ad ceroma. Siquidem hoc ipsum: Bouem ad ceroma mittere, prouerbiū sapit, pro eo quod est, docere indocilem. Nam ceroma dicitur unguentum, quo olim ungebantur athlete.*

*Perijt sus.*

*Απόλωλεν ὑεών τάλαντον μή γάμο.*

*Id est, Perijt mihi sus, et talentū, et nuptie. Dici cōsuetum,*

## IN ANIS OPERA.

*suetum, ubi quis frustratus perdidisset operam ex im-  
pensam. Natum à quodam, qui cum apparasset ad nup-  
tias omnia, non est eas asseditus.*

**XΥΤΡΟΣ ΤΕΙΧΙΔΕΣ** i.e. Ollam exornas.

*Sive picturas. De ijs, qui re uchemeter absurdā fruſtra  
conātur. Ineptus enī labor ollē uasi contēpto, et culina-  
rijs usib⁹ destinato, picturæ lenociniū adhibere. Cui si  
millimū: Bracteis aureis inaurare iuglandiū putamina*

**Quid opus erat longis canere tibijs?**

*Dion libro primo huiusmodi proverbiū refert:*

**Tί γέρε με ἔσθι μαρτυροῦ ἀνθοῖς ἐν λαζαρῷ.**

*Id est, Quorsum attinebat me longis tibijs canere?*

*Idq; aiunt cōuenire in eos, qui sumpsissens inanē ope-  
ram aut sumptū. Ductū ab Othonē, q post casum Galo-  
bam fecerat sacrū, in quo exta inauspicatos exitus por-  
tendebant. Itaq; poenitens sumptus, ex opera fruſtra  
insumpte, fertur ita dixisse istud adagium. Olim in sa-  
cris longis tibijs cani solitum est.*

**Nihil agere.**

*Suidas hunc uersiculum citat ē Cratini fabula:*

**Καὶ ταῦτα πρόστημ φάσκεν ἀνὴρ οὐδὲν ποιῶ.**

*Id est, Atq; ista faciens quidam ait, facies nihil.*

*Quadret in eos, qui fruſtra laborent. Celebratur  
illud Attilij: Satius est ociosum esse, q nihil agere.*

**Plutarch.**

**XΥΤΡΟΣ ἐπιστειχωδῆς** i.e. Ollas ostentare.

*Est rem per se ridiculam ac sordidam, perinde ut ma-  
ximam efferre. Hic tractat quare μωρίας ἐγκώμιον  
scriperit.*

**Homerus**

**Cum dijs non pugnandum.**

*Qui monabit non pugnandum cum genio, cum super-  
ris, cum magnis principibus usurpabit illud Homeri:  
Verum homines dijs inferiores. Hanc sic extulit Pin-  
darus:*

*durus: Oportet aduersus deum non contendere.*

Horatius.

*Afinum sub freno currere doces.*

*Hoc est, Doces indocilem. Nam equus ad cursum idoneus, asinus ad equestrem cursum inutilis. Horatius: Infelix operam perdas, ut si quis asellum, In campum doceat parentem currere freno.*

*Apud nouercam queri.*

Plautus.

*Qui deplorant infelicitatem suam apud eos, qui nihil auxilijs sint laturi, uel gauisuri magis conquerentium malis Plautus in Pseudolo: Nam isthuc quod nunc lamentare, non esse argentum tibi, Apud nouercam querere.*

*Ferrum natare doces.*

*Σιδηροπ τλεψη διδασκεις.*

*Id est, Ferrum fluire doces. De his, quem conantur, quae repugnante natura, nequaquam fieri possit.*

*Cauda tenes anguillam.*

*Απο ουπεις τινι εγκελω εχεις.*

*Id est, Cauda tenes anguillam. In eos, quibus res est cum hoibus lubrica fide, perfidisq;.*

*Austrum perculti. Aerem verbero.*

Plautus.

*Id est, Operam lusi. Est apud Plautum in Epidico.*

*Quo quidem adagio non est grauatus uti Paulus in epistolis suis.*

*Λιδω σιαλέγη i. Lapidiloquetis.*

Teretius.

*Lapis pro stupido brutoq; homine ponitur.*

*Linum lino necris.*

*Λινορ λίνω συνάπτεις, id est,*

*Linum lino connectis. Huius adagij duplicem apud Græcos interpres sensum inuenio. Quoru alter est, infirmis infirma copulas, friuola friuolis. Alter, eadē non iisdem rationibus facis, aut dicis.*

*Surdo oppedere. Παρὰ κωφῷ ἀπηργοθέη.*

T.2. Id est,

## INANIS OPERA.

**Id est, Apud surdum crepitū edere.** Dicitur ubi quid frustra fit. Siue cum conuitijs incessit, qui perinde negligit, quasi non audiat.

πλινθορ πλάνεσ .i. Laterem lauas.

**Quo operam inanem significamus.**

Τὸν ἀρθέρικον θερίζεις .i. Anthericū metere. Dicebantur, qui laborem inanem ac sterile caperent. Anthericus, herbae genus, quod meti nō posuit, sed uelli manibus necesse est, uelut et linum. Antherices vocantur summa spicarum fastigia, siue atheres.

**Aristop.** Lapidem decoquis. Λιθορέψεις

Pro eo quod est, inaniter laboras. Neque enim unquam mollescit lapis, quantumuis diutina coctione. Speciatim conuenit in hominem durum, nullisq; pre cibus mollescentem.

**Vergilius** κωφῶ ἀδεῖς .i. Surdo canis.

Surdo fabulam narras.

**Verg.** Non canimus surdis, respondent omnia sylua.

**Hora.** Narrare putaret a scello fabulam surdo.

**Aristop.** Αστρόπ δέρεται .i. Vtrem cædis.

Aut, Utrem excorias. Extat apud Aristophanem in nubibus. Ad quod allusisse uidetur Apuleius in Asino, cū meminit de tribus utribus à se percussis ac uulneratis. Sumptū uel a Bacchi sacris, uel ab ijs, qui percussis utribus, inanem mouem strepitum.

**Plautus.** Verberare lapidem.

Planeſium meretrix apud Platum, amatorem admonens, ne seruum, qui iam ad plagas obduruerat, occulueratq; pulset, manui potius quam illi nociturus. Noli, inquit, amabo uerberare lapidem, ne laedas manum. Apte dicetur, ubi quis obiurgat incastigabilem.

Impete peritum artis.

βαλλ

**Bάλλεις ἔχοντα τὴν θησαυρόν.**

Id est, laculare in eum, qui nouit artem. Vbi quis conuicium facit homini, qui norit et ipse retorquere conuicium, aut quod carpit uelut imperitum, qui non inferior sit in artis scientia.

**Πόνον τείπει .i. Laborem serere.**

Vulgo dicebantur, qui frustra laborarent.

**Ἄρκτος δύος .i. A lupi venatu.**

Dici solitum, ubi quis Protinus re infecta discedit.

Aut de negocio molesto et agresti. Neque enim tutum est lupū insequi, neque is facile capitur, cum reliquarū ferarū uenatus non uulgarem adferunt uoluptatem.

**Alienum arare fundum.**

Plautus.

**Ἄρτηπον ἄρουραν ἀποῦ.**

Id est, Alienum aruum arare. Pro eo quod est, Alienum agere negocium, aut cum alienis uxoribus habere rem. Plautus: Fundum alienum arat, suum inculatum deserit.

**Υλαῖη κραυγὴς .i. Hylam inclamas.** Vergili.

De frustra uociferantibus, aut in genere, de nihil proficiensibus. Ab huiusmodi casu natum adagium: Hylas Theodamantis filius, cum esset inter argonautas, formosius adolescens adamatus est ab Hercule. Is cum esset in Mysia, forte aquatum egressus, in fonte periret: unde et a Nymphis adamatus, ac raptus fingitur. Ad hunc uestigandum missus est Polyphemus, qui ingenti uociferatione nomen inclamabat Hyle, neque quicquam tamen proscicit.

Vergilius:

His adiungit Hylam, nautæ quo fonte relictum Clamassene, ut littus Hyla, Hyla omne sonaret.

Id fucrit uenustius atque coccinnius, ubi quis rem absensem frustra desyderat, uel deplorans uel optans.

T.3. Hic fu

## INANIS OPERA.

Hic funis nihil attraxir.

Αὐτην οὐδὲν οὐκέπειται οὐδὲν εἰσαγέται.  
Id est, Funis quidem iste piscium attraxit nihil, quo solum  
grificabant operam frustra sumptam, neque ex sententia  
euensis, quod quis conabatur. Translatum ab hamato  
funiculo pescantibus.

Plato.

Υδραν τέλυει .i. Hydram secas.

Est apud Platonem libro de Republica quarto. Est autem Hydram incidere, ita unum aliquod incommodum tollere, ut in eius locum alia plura recipias. Adagium natum à fabula Hydræ lerne, quam alij centum fuisse capitū aiunt, alij octo, è quibus unum erat immortale. Cum hoc monstro multum diuq; cōflictatus est Hercules, propterea q; uno reciso capite, plura renascetur. Accommodari poterit ad eos, qui litibus inuoluuntur nunquam finiendis. Lis enim litem parit.

Ασκόντων στίχοις .i. Cotem alis.

Dicitur in homines edaces, plurimiq; cibi, qui nihil timen habitiores inde redditur. Nam in cotis macilentiā, hodieq; uulgo iactatur adagiū, cū aiunt: tā pingue, q; cotem, macilentū quempīa significantes. Hermolaus Barbarus interpretatur hoc adagiū pro male colloca re beneficium, unde non sit redditura gratia.

Cum Coryco luctari.

Πρὸς κόρυκον γυμνάζεοθλ .i.

Aduersus Corycū luctari. Dicebatur, q; sumeret inanē operā. Opinor Corycū palestritē fuisse quēpiā inuestū Θεομαχῆν .i. Cum dijs pugnare.

Dicuntur, qui uel naturae repugnant, uel aduersus fatalem necessitatem reluctantur. Sumptum à gigantū fabula. Cicero: Quid enim gigantum more bellare cū dijs, nisi naturae repugnare?

Cum plu

Cum plurimum laborauerimus, eodem  
in statu sumus.

De frusta laborantibus. Quod euenit ijs, qui post diu  
turnum studium nihil reperiuntur eruditiores: post  
longam negociationem nihil ditiones.

Cum laruis luctari.

Plinius.

Cum laruis luctari dicuntur ij, qui uita defunctos inse-  
stantur maledictis, qua re nihil esse potest indignius  
ingenio uiro.

A δρεσ ἔχωμ. i. Canis.

Reperio pro eo quod est, rugaris, ineptis, frustra lo-  
queris. Est autem Attice lingue figura, sicuti ποιη-  
ταις ἔχωμ, id est, Ludis siue iocaris. Etenim qui ca-  
nunt non agunt rem seriam &c.

Vtre territas.

Diogenia.

Ασκῶ ἡ ἀσκήω μορμολυθρόδε.

i. Vtre terrere siue terrori. Dici solitū, quoties manē  
formidinē aut cōcīpit aut incutit. Sumptū ab ijs, q[uo]d ua-  
sorū manū hmōi sonitu pauefaciūt pueros, uel potius  
q[uo]d vasorū hmōi sonitu propellūt aues. Putat idē ualere  
τῇ σκῆψις μορμύσῃ, id est, umbra territas.

Inaniter aquam consumis.

Αλλως ἀναλίσκεις οὐδέως.

Id est, Ianiter consumis aquam. In eos quadrabit, quē  
frustra suadent. A prisco more iudiciorū sumptum,  
in quibus ad clepsydrā modum dicebatur. Porro pri-  
sci lineis & umbris horas distinguebant. P. Scipio Na-  
sica primus repperit clepsydrā, qua nubilo quoq[ue] die  
& noctibus horae distinguenterunt. Nunc & uox actus  
utuntur horologys.

Κύλασται μετρεῖς. i. Vndas numeras.

Id est, Rem infiniti laboris incepit. Theocritus:

T.4. Namq[ue]

## INANIS OPERA.

Namqe perinde siet, quasi si numerare labores,  
Quot uenti  $\epsilon$  pelago trudant ad littora fluctus.

Zenodot. In cœlum iacularis.  $E\acute{e} \tau\acute{o} \omega\gamma\omega\mu\tau\acute{\epsilon}\epsilon\mu\epsilon\sigma$ .  
Id est, in cœlum sagittam torques. Est apud Zenodotum ac Suidam, de ijs qui frustra laborant, aut qui abundant eos laceſſere, quos non possunt ladedere. Ecci. 27.  
Qui in altū mittit lapidem, super caput eius cadet,  $\sigma$  plaga dolosa dolosi diuidet uulnera.

Lucianus. Voluitur dolium.  $\kappa\acute{e}\kappa\lambda\acute{e}\delta\acute{s} \delta\omega\theta\zeta$ .  
Id est, Reuolutum est dolium. In eum, qui commouetur alieno exemplo siue instinctu, ad stulte quid faciendū. Nam dolium faciliter impulsu, quo uelis, uoluitur. At sapiens semper fixus est et immotus.

Cicero. Γλοῦκας εἰς ἀδιώκας. i. Vlulas Athenas. Subaudiendum, portas, aut mittis. Conueniet in stultos negotiatores, qui merces eò comportant, ubi p se magis abundane. Ut si quis in Aegyptum frumentum, in Ciliciam crocum inuestet.

Terentius. In eodem hæſitas luto.

Terentius in Phormione: In eodem hæſitas luto. In eos competit, qui ſic implicantur negocio cuiquam, ut ſe ne queant extricare. A uiatoribus translatum, qui ſimul atque in lutum inciderint, cū alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur.

Horatius. In ſyluam ligna ferre.  
Est aliquem ijs rebus augere uelle, qbus ipſe maxime abundet. Hora. In ſyluā non ligna feras insanius, ac ſi. Eadem ratione dicimus: In mare deferre aquam.

Pausanias. Contorquet piger funiculum.  
Cratinus fingit quendam apud inferos funem torqueantem, aſinum autem arrodentē ea, quae ille iā torſiſſet, atque ita maniter laborare, qui torquebat.

Tranquil

**T**ranquillum æthera remigas.

Zenodot.

Ἄθερον οὐλέμονεργόσεις.

**I**d est, Aëre tranquillo remigas. Apud Zenodotū,  
de incassum laborantibus, quasi dicas, aëre diuerberas

Aveμυσ γεωργῆς, i. Ventos colis.

Zenodot.

Colis aut̄ dico, pro eo quod est, agriculturē exer-  
ces. Refertur à Zenodoto, dicitur in eos qui ē suis la-  
boribus nihil fructus reportant.

A' νέμω διαλέχη. i. Vento loqueris.

Suidas.

Pro eo quod est inaniter. Nam uentus omnia dissi-  
pat. Consimili figura apud Athenaeum legitur, Cœlo  
ac terræ loqui.

Nugas agere.

Aristop.

Remfriuolam ac nibili facere, sc̄u frustra conari.  
λησομλησ. Atticis familiare id est. Nugasnugaris.

Actum agere.

Teretius.

Teren. in Phor. Ohe actum, aiunt, ne agas. A iudi-  
ciorum consuetudine sumptū, qua fas non est iterum  
agere causam, de qua iam sit pronunciatum. Plau. Rē  
actam agis. i. Incassum laboras. Tullius de amicitia in-  
dicat dici solitū, de negocio quod præpostere geritur

Aquam in mortario tundere.

Lucianus

τὸν δὲ θερμὸν πλάνταμ.

**I**d est, Aquam pistillo tundere. In eos, qui laborant  
inaniter, siquidē aquam si quis uel etatē contundat, ni-  
bil aliud erit quam aqua. Quantumuis doceas ὄνομα  
λύπος, quantumlibet admoneas stupidum, sui similis  
esse pergit.

Volantia sectari.

De ijs qui nullum certum uitæ scopum sibi propos-  
nunt, sed ex tempore uiunt, ad quamvis occasionem  
mutabiles.

# INANIS OPERA

Teretius. Vorsuram soluere.

Vorsuram soluere dicitur, qui sic è presentibus malis extricat se, ut alijs grauioribus impediatur. Nā Donato Vorsuram facere, est es alienū ēre alieno soluere, aut minore fœnort, maiorem acceptam pecuniā occupare. Hinc ducta uoce ut autor est Festus Pompeius, quod ueritat creditorem.

Teretius. Saxum uoluere.

Saxum uoluere dicuntur, qui inexhausto quopiam atq; inutili labore fatigantur. Teret. Satis diu iam hoc saxum uoluo. Tractum à notissima Sisyphi fabula, sas- xum apud inferos, sursum ac deorsum uoluentis.

Diogeni. Ex inanibus paleis.

Ατάρεικαθεωμπετρύγηκας σιτίον.

Id est, Atqui e puris paleis trituram frumenti facis, id est, Operam sterilem et infrugiferam sumpsisti. Natum a rusticis.

Lycophr. Αλλως ἔδοις. i. Frustra canis.

De ijs, qui frustra suadent. Effertur etiam ad hunc modum, In uanum cantas. Frustra pulsas chordas.

Εἰς κένον θέχεις. i. Frustra currit.

Pro eo quod est, frustra laborat. Sic usus est diuus Paulus, sumptum ab his, qui in stadio cursu certant.

Suidas. Milium torno sculpere.

Τὰς κέγχυσες ἀποτοφεύει.

Id est, Milij grana torno sculpere dicebantur, qui rē absurdam molirentur. Milium enim minutius est, quā ut inde quicquam descalpi posset. Suidas ait, Magis ridicule facis, quam' iij, qui Milij granula torno polite conantur.

Lucianus. In orbem circumiens.

Lucia. in Herm. Απαντας γνώντας πόνον λαθόρη  
Id est,

**Id est,** Omnes in circulo obiens, dixit, pro eo quod  
est, usq; ad unum omnis, nemine praterito.

**Obturas frustra velut vnda.**

Οχλης μάτλω μὲ, κῦμα ὥστε.

**Id est,** Turbas me ut unda inaniter, id est, incassū  
mīhi molestus es. Traductum ab unda, cautelem assidue  
uerberante. Quo pertinet illud Vergiliū.

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

**Memorē mones.** Doctum doces, & similia.

**Idem** pollet Græcianum illud, Λαζης προς ἔχον=  
ται τὸ επισκύμω. **Id est,** Loqueris ei, qui ipse  
rem calleat.

**Cancrum ingredi doces.**

Κερπίνον δέδα βασιλίδην δάσκαλος.

**Id est,** Cancrum recte ingredi doces. De eo qui doce= at indocilem.

**Apud fīmū odorum vaporem spergus.**

Εἰς κόπρον θηλυῖξ.

**Id est,** In fīmū aromatum odorem spargis. Nam  
perit oīs fragrantia fīmiq; foetore uincitur. Est apud  
Suidā. Conueniet aut ē in hos, q̄ rē egregiā indignis  
adhibent, quod genus est illud. In lente unguentum.

**Inuitis canibus venari.**

Hoc adagio significatum est, non sat fœliciter suū  
cedere, quod à nolentibus extorquetur.

**Inuitos boues plaustrō inducere.**

Simile dictum etiā hodie perseverat uulgo celebra= tū, incommodū esse bubis inuitis plaustrum ducere.

**Contra torrentem niti.**

Qui frustra certant cum ijs, quos uincere non que= epi. cōtra  
ant. Sumptum à natantibus, qui solent secundo nata Hierony.  
re flumine.

**Contra**

## INANIS OPERA.

**Teretius.** Contra stimulū calces, πρὸς κέντρον λαχτίζει.

Id est, Contra stimulus iactare calcē, est frustra res pugnare ijs, quos vincere nequeas, aut eos prouocare qui laceſiti noceant. Aut reluctari fatis, & incōmodum quod euitare non queas, impatienter ferendo, nō solum non effugere, uerum etiā conduplicare. Veluti si quis uxorem noctis rixosam, assidue cū ea litiget, nihil profecturus, nisi quod illā reddat rixosiorē. Teren. in Phormio. Donatus πόμια esse admonet cū eclipsi, deesse enim iactare quod unico uerbo Gre- ci dicunt λαχτίζει.

**Diogeni.** Leonem larua terres.

Μωρομολυκίοις ἐκφοβεῖς τὸν λέοντα.

Id est, Larus terres leonē. Conuenet de minis inu- nibus, ac terriculis deridendis.

Inanis conatus.

Vbi sentiemus frustra sumi operam, neq; quicquā promouere diutinis laboribus.

**Hierony.** Senis mutare linguam.

De frustra atq; intempestiue laborantibus. Hiero. præloquens in quattuor Euangelia. Pius, inquit, labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de ceteris, ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguā, & cane scentem mundū, ad initia retrahere parvulorū. Quo significatur, adultam ætatem ad omnia minus esse establem, quam rudes illos ac teneros annos. Ouidius. Quæ præbet latas arbor spaciatis umbras, Quo posita primū tempore uirga fuit. Tunc poterat manibus summa tellure reuelli, Nūc stat in immensum uiribus aucta suis. Quare tunc formandi mores, cum mollis adhuc ætas, tunc optimis assuescendum, cum ad quiduis cereū est ingenii. Neq; hæc dixerim, ut adul- tiores à

tiores à discendo deterream, cum nulla sit ætas ad di-  
scendum sera, sed ut pueros ad discendi studiū acuā.  
Ne hoc quidē prætermittendum, quanquā uulgo iacta-  
tum. Senex psittacus negligit ferulā. Hæc ferula di-  
scenti est. Discit autē pullus statim usq; ad duos ætatis  
sue annos. Senex autem captus & indocilis est, & ob-  
liuiosus. His finitimum est. Serum esse, canes uetulos  
loris assuefacere.

**Γρόντοσιδάσκαλος.** i. Senis doctor.

Conuenit in eum, qui in re sera, atq; intempestiuā,  
frustra sumit operam. Siquidē ut est iuuenta docilis,  
atq; in quemuis habitū sequax, ita senecta intractabilis  
tarda atq; obliuiosa.

**Ηερκαλδοι πόνοι.** i. Herculei labores.

Bifariam accipiuntur, partim plurimi, atque ingen-  
tes, quique vires desideret Herculanas. Propertius.  
Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama labores Hercu-  
lis. Partim Herculei labores dicuntur, qui sunt eiusmo-  
di, ut alijs quidē maximas adferant cōmoditates, ceter-  
rum autori suo nihil ferme fructus adducant, præter  
aliquantulum famæ, plurimū inuidiæ. Idq; ita fato quo-  
dam accidisse putant, quod quarta luna natus creda-  
tur. Iosephus in opere de Iudea capta. Nulla ratione  
fieri potest, ut in recte factis effugias inuidiam. Quis  
enim umbram effugiat inuidiæ, nisi pariter & uirtu-  
tis lucem effugerit? Coherēt inuicem hæc duo, ac rem  
omnū optimam, res omnium pessima comitatur.

**Quasi Sutrium eant.**

Sutrium peructustū Hetruriæ oppidū. Id olim de-  
secerat à Romanis, cum quibus inierant societate. Ca-  
villus ad id delectus à senatu, ut eos cogeret ad fidē.  
Is ne in apparando commeatu multū temporis tere-  
retur, utq;

## INANIS OPERA.

retur, utq; Sutrini ipsa celeritate opprimeretur, edidit, uti singuli milites, triū dierum commeatum, secū exportaret. Id deinde uersum est in prouerbiū, quod usurpari consueuit, quoties aliquis suo sumptu nauat operam alijs.

**Plutarch.** Afinus balneatoris. οὐαρες ὀνοματεύωσι.

Id est, Ut afinus balneatoris. Dictum est in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperet. Plutarch. Nihil inde capies commodi, uelut afinus balneatoris, qui ligna et farmenta defert, semper fumo ac fauillis oppletus, nunquam autē particeps balnei, neque teporis, neque mundicie. Loquitur de diuitiis parco ac sordido, qui cum sit onustus diuitiis, non fruitur tamen.

Θάλασσαν ἀντλεῖ. i. Mare exhaustis.

De eo qui conatur, quod effici non poscit.

**Properti.** Exurete mare.

Proper. Tu prius et fluctus poteris siccare marinos, Altaq; mortali detrahere astra manu.

**Diogeni.** Phrynichi lucta. τὸ φρυνίχδ τῷ ἀλασματι.

Id est. Phrynichi luctatio. Diogenianus indicat dicti tari suetu de ijs, qui astu dolisq; negocium peragut. Fuit is Phrynicus Lacedæmoniorum proditor, quem uetus Comœdia carbone notauit.

**Aristop.** Muscas depellere.

Dicitur, qui ioco so atq; imutili fungitur officio.

ὄνις ζυγῆς. i. Aues queris.

Rem uagam et captu difficultem sequeris. Persius.

An passim sequeris coruos, testaq; lutoq;.

χειροῖς ἀντλεῖς. i. Humi hauris.

**Zenodot.** De inaniter laborante dicebatur. Nihil est enim quod è solo hauriā. Apparet dici posse quoties exhausta copia, non multum superest quod hauriā.

Excubiarū

Excubiarum causa canens. Φρόνεος ἀδωρ. Id est, Excubiarum gratia canens. Dicebatur olim in bonum uigilantem ac diligentem, inde ductū, quod qui excubias agum, canere consueuerunt.

Influit quod exhaerit.

Επίγειος τὸ ζευτλός μενοπ.

Id est, Adfluit quod exhaerit. Vbi quis frustra sumit operam in re qua pium. Sumptum à nautis, nauis pertusa frustra sentinam exhaerentibus. De Philosophiae studio dici potest, in quo quantūlibet operae sumptus, nunquā tamen deest, quod te laboribus exerceat, et labor labore serit, et iuxta Sophocle, πόνον πόνον φέρει. i. Labor labori labore adducit.

E Tantali horto fructus colligis.

Ταντάλος καὶ πονορ τρύπας.

Id est, Ex Tantali horto fructū colligis. i. ea consectoris, quæ nusquam sunt, aut quibus frui non licet. Quod quidem apposite dicetur in mundanis additost uoluptatibus.

Dentem dente rodere.

Martialis

Dicitur, qui carpit cum, qui neq; lædi queat, neque sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam. Martialis. Quid dentem dente iuuabit Rodere carne opus est, si satur esse uelis.

Οπέσκ χλωνορ ὑφεικιρ. i. Oretii palliū texere Aristop.

Dicebatur, qui munus pararet abusuro. Nam Oretes per insaniam uestes dilacerabat.

Γύργανδον φυσᾶς.

Id est, Gyrgathum spiras. In insanum, frustraq; uociferantem iaciebatur. Gyrgathus lectus est, in quo paralytici, menteq; capti, quiq; uocantur demoniaci, uim eti iactare sece.

ΕΚΤΩ

## I N A E Q V A L I S

Herodot.

ΜΕΤΩΝΟΙΑΝΤΩΝ ΒΕΛΓΟΝ ΕΞΑΙΓΕΙΝ.

i. Ver ex anno tollere.

Dicebatur qui id quod in negocio quopia erat præcipuum tolleret. Ver enim anni præcipua pars est. Post deflecti longius, ut dicantur uer eximere anno, quod linguarum ac bonarum literarum peritiam sustollant et scholis.

## I N A E Q V A L I S Pensatio.

Ne verba pro tarina. ΜΗΛΟΥΣ ΑΥΤΩΝ ΟΛΟΙ ΤΩΡΑ.

Id est, Ne uerba profari nū. Aduersus eos iaciebatur, qui beneficiū uerbis, non re dabāt. Quadrabit itē in eos, qui beneficiū pollicitis rependunt. Aut qui cōsolantur oratione, cum auxilio sit opus. Veteres quicquid ad uictum pertineret, αλλαζούσι vocabant.

ΑΥΤΙ ΠΕΡΙΗΣ ΣΚΟΦΠΙΟΥ. i. Pro parca scorpium.

Vbi quis optima captans, pessima capit. Nam parca pisces est uel maxime laudatus. Scorpius letalis est, quanquā est ex pisces huius nominis contēptis a poris. ΣΙΩΔΑΥΤΙ ΤΩΝ ΣΩΜΑΤΟΣ. i. Umbra pro corpore

Quoties aliquis magnum quiddā uidebitur affecitus, cum nihil tamen auferat præter titulum, aut spes meras. Mutuo sumptum ab Aesopica fabula de cane, qui dum umbram carnium, quod ea maior appareret captat, ueras amisit carnes.

Plato.

ΦΑΤΙΧΡ ΑΥΤΙ ΠΔΙΣΕΓΑΣ. i. Palumbē pro colubī.

Subaudi uerbum, ad sententiā accommodatū. In epistola Mormile nescio cuius ad Chremetē. Redemptā tibicinā, quam forte amabat, sponsæ p̄ stola amictā mīhi induxit columbe loco palumbē, ut aiunt, meretricē pro sponsa. Cōueniet ubi quod deterius est, ex adulteriu, pro eo qđ est præstatius ac legitimū supponitur τρίχας

Τεῖχος ἀντ' εἰσιώμ. i. Pilos pro lana.  
De re uehementer inaequali, aut de negocio supra  
modum absurdo.

Ἄντι κακῆς κακός στῦν & πολυτρός.

i. Pro malo cane suem reposcis. Diogeni,  
Id est, Pro re iuli præciosam. Sus enim esculentus,  
canis haudquam uescus est.

Malum bono pensatum.

Quoties natura dotem aliquam egregiam largitur,  
uerum eadem eam aliquo uitio pensat, aut cū quis be-  
neficium suum aliquo uitiat maleficio.

Diomedis & Glauci permutatio. Homerus  
In proverbiū abijt, quoties inaequalē commutationē  
significamus, hoc est, deteriora pro melioribus redi-  
ta, scilicet aurea pro æreis. Nam Homerus Iliados  
sextō Glaucum quempiam inducit Hippolochi filiū,  
Lyciorum ducē, iactantiusculū & ostentatore, magis  
quām pugnacē. Contra Diomedē uafrū callidumq;. Hi  
duo congregiuntur singulari certamine inter se dimi-  
caturi. At Glaucus rogatus à Diomede, quis nam homi-  
num aut deorum esset, longa oratione nataliū suorum  
seriem exposuit, ac sic fide pacta, ueluti fœdus quod-  
dam hospitijs sanxerūt, permutatis armis, sed admodū  
iaequalibus. Ergo conueniet uti, quoties officium aut  
munus longe impari munere pensatur aut cōtra. Aut  
quoties aliquis rem pecuniariam auxit, sed dispendio  
suae. Admissus est ad amicitiā principis, sed excidit  
ab amicitia Christi.

Kόνων ἀρτοξύη. i. Conos artoxya.  
De similibus, & inter se respondentibus. Quidā eru-  
diti putant conon pistorum esse instrumentū, nō dissi-  
mile Artoxyæ, quod panariū scalptrū uidetur signifi-

## INCERTVS EVENTVS.

care. Ceterum apud Suidam apparet Conos munuscula quæpiam fuisse, quæ pueris dono darentur apta etati, cuiusmodi sunt armillæ. Proinde uide, ne cōpetat in eos, quæ uili leuique munusculo cōpensant operā alicuius.

Si vinum postulet, pugnos illi dato.

Ap. vivop. q̄i t̄ h̄ nov̄lū l̄s c̄v̄t̄d̄ s̄id̄s.

Id est. Si uina poscat ille, pugnos porrige. Vbi pro bonis rebus expectatis, diuerso accipiuntur. Putat metaphoram à pueris ducta, qui petentes non petenda, non nunquam colaphos recipiunt.

Suidas. In parte vel ignem prædetur aliquis.

Dictum de ijs, qui parū aqua referant in commune, Quid enim non prædetur, qui prædatur ignē, qui sic est natura cōmuni, ut ipse nihilominus possideas, postquam ex alijs fueris impartitus.

## INCERTVS EVENTVS.

Aul. Gel. Inter os & offam.

Quasi dicas, inter os ex cibum. Quod à sumendis cibis sumptum est. In eadem sententia adagium est quod sequitur.

Aul. Gel. Multa cadunt inter calicem, supremaque labra.

Πολλὰ μεταξύ πέλφ κύλικ. χείλε. αὐγό. Sulpitius apud Aulū Gellium in noctibus Atticis li. 13 capi. 17. duo quadam adagia notat, alterum Græcum, alterum Latinum, quorum amborum eadem sit sententia. Græcum hoc, Latinū, quod præcedit. Quibus monemur, nihil tam certum sperari, neque quicquam tam esse uicinum, quod non repentinus aliquis casus queat interuertere. Adeoque non esse tutum uē turris fidere, ut uix etiam illa sine iuta, quæ manibus tenemus. Originē adag-

ginem adagij quidam ad huiusmodi fabulam referunt. Anchæus Neptuni & Astypaleæ Phœnicis filius, cum uite sereret, grauiterq; ministris instaret, urgeretq;, quidam operis tedium commotus in herum, negauit futurum, ut ex ea uite herus unquam uimum gustaret.

Post ubi uitis prouenisset feliciter, atq; uiae maturuif sent, herus exultans, ac gestiens seruum eundem accersit, atq; ut sibi uim infundat iubet. Deinde iam calice admoturus ori, seruo quæ dixisset, rededit in memoria quasi uanâ exprobrans diuinationem. At ille sententiam hanc hero respondit. Inter calicem ac summa labia, multa posse interuenire. Seruili sententie fuit euentus. Nam inter loquendum priusquam ille uimum hauriret, alter quidam minister ingressus, nunciat uitium ab a pro quo piâ immami uastari. Quibus auditis Anchæus deposito poculo, primus in aprum fertur, à quo inter uenandum percussus interigit.

In herba esse.

Vbi spem in naturam indicamus, ac longius adhuc abesse ut consequaris, in herba esse dicamus. Sumptuosa metaphora à segetibus teneris adhuc, & herbescentibus. Ouidius. Sed nimium properas & adhuc tua missis in herba est.

Ouidius.

Nescis quid serus vesper vehat.

Menipp.

Ex Menippeis Varronis Satyris. Quo salubriter admoneatur, ne presentium successuum prosperitate sublati, futuri curam abijciamus.

Nullo scopo iaculari. Ασηπτα τοξεύμη. Lucianus Id est, Absq; scopo iaculari, dicuntur qui nihil certi propositum habent, quod sequuntur, & ad quod instituti consiliq; sui rationes referant. Persius Satyra. 3. Est aliud quo teidis, & in quod dirigis arcum,

V. 2. An paſsim

## INCITARE.

An p̄f̄sim sequeris coruos, testaq; lutoq;?  
Securus quo pes ferat.

**Homerus** Anceps euentus rei.

Cum anceps rei discriminem significamus, et incertum utro uergat uictoria. Congruet illud Homeri:  
Tum pater auratas librabat utring; bilances.

**Aristote.** Si crebro iacias, aliud alias ieceris.

Quo significatum est oportere rem sepius tentare, neq; defatigari protinus, si quando parū ex animi sententia ceciderit. Futurum enim, ut iterum atq; iterum periclitanti, felicius aliquando cadat. Aristotelis uerba sunt hæc. οὐδεὶς μὲν καὶ λέγεται, ὅτι τοῦτο  
βαλλεῖ, αὐτὸς δὲ λοιπὸς βαλεῖσθε. Vetus adagium est. Si s̄pē iactaueris, aliquando Venerē iacies. Sunt qui putent metaphoram à sagittariis, nō ab aleatoribus esse ductam.

## INCITARE.

Cur cessatum est?

Licebit uti, quoties communem culpam apud amicum agnoscerimus, et in re quapiam male cessatum esse significabimus.

**Plautus.** Frigidam aquam suffundere.

Plautus in Cistel. pro eo quod est, instigare clanculū. Translatū ab ijs, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergunt, quo refocillati currenerent acrius, atq; hoc pacto ad cursum instigabant. Sed probabilius est translatū ab officinis ærarijs, ubi fabri subinde frigidam in ignem aspergunt, quo ignis sit uchementior.

**Homerus** Modis omnibus incitat.

Vbi quis omnibus modis animū alterius sollicitat, nūc precibus, nunc blādicijs, nunc iurgijs, nūc minis. Vsurpare liceat.

pare licebit illud Homeri.

Multum ille, scuticāq; cito celerare iubebat,

Multum idem blande affatus, multumq; minatus.

Feri puer.

Athenaeus libro *Dipnosophistarū*. 15. demōstrat olim proverbio solitū acclamari, ἡπταύων, quo significabat quempiā suo munere defunctum. Itidē ferme, quēadmodum nos absolute uirtuti gratulantes dicere soleamus, Macte animo, macte uirtute. Clearchus adagiu natum euentu tradit, cū Latona Apollinem ac Diana ex Chalcide Delphos deportaret, iamq; ad Pythonis specum uenisset, & draco concitus in eos prouolaret, Latona puellā ulnis baulans, Apollinis praesidiū im plorans clamabat ἐποχῆ, cum is forte fortuna arcum teneret, ac peride ualere ἐποχῆ, quasi dicas οὐ ποτε id est, mitte ac percute fili.

## INCONSTANTIAE,

Perfidiae, Versutiae.

Ave μοψάρδε. i. Ventorum stationes.

Apparet parœmiam integrę sic esse pronunciandum. Ventorum stationes norūt indigene. Sunt enim pleris que regionibus sui quidam uenti, quorū naturam optimē norunt incole, regionis illius obnoxiae. Licebit in hunc usum trahere, ut dicas suę cuiq; gentis ingenii esse cognitum, suos cuiq; familiares esse notissimos, suam cuiq; uxore maxime esse cognitā, suā cuiq; notam artem, in qua sit quam diutissime uersatus.

Ave μαρπεδίον. i. Venti campus.

Diogeni.

In hominem instabilē, leuē, & inconstante dicebatur. Refertur à Diogeniano. Nam in planicie venti liberi, atq; illuc diuagantur.

V.3.

Ηπανος

## INCONSTANTIAE.

Η παναγεία ἀρτεμις. i. Panagæa Diana.  
Dicebatur olim peregrinatione impensis amans, erat  
rabundus, instabilis, nulla certa sede consistens. Si qui  
dem Diana uagari dicitur apud poetas, et per nemo  
ra, montesque oberrare. Quim domiciliū etiam subinde  
mutat, nunc apud superos agens, nunc apud inferos.  
Ne specie quidem semper eadem, sed nunc pleno orbe,  
nunc mutila, nunc nulla.

μεταβλητότερος μητρὸς θεοσύχθος.  
.i. Mutabilior Metra Erisichthonis.

In eum congruit, qui secum non constat, sed subinde ali-  
am atque aliam personam sumit. Extat in Priscorū fa-  
bulis Metram puellam in uarias rerum formas trans-  
figurari solere. Res autem sic habet. Erisichthon quidam  
Thessalus absumpsis facultatibus ad extremam deue-  
nit inopiam. Huic erat filia puella præstanti forma no-  
mine Metra. Quam ubi prostituisse, adulescētes qui  
commeabant ad illam, uaria munera deferebant, alias  
equos, alias boues, alias uerueces. Nam id temporis non  
dum auri, argenti, gemmarum erat usus. Porro Theſ-  
sali per iocum dicebant. Metram Erisichthonis uerili  
in ea omnia, quae illi ab amatoribus filiae donabantur.  
Atque hinc proverbum.

χαμαιλέοντος εὐμεταβολώπερ.

.i. Chamæleonte mutabilior.

Chamæleon commemoratur inter animantia, que colo-  
rem mutant. Huius figuram describit Aristot. lib. 2.  
de naturis animantium. Quod ad coloris mutationem  
attinet, haec tradit. Mutatur autem illi color cum infla-  
tur. Fitque is nunc niger, nunc assimilis Crocodilorum,  
nunc pallidus. &c. Competit igitur adagium in homi-  
nem uersipellem, siue inconstantem.

περτέως.

πρωτέως τομιλώπερ.

i. Proteo mutabilior.

Horatius

In uastrum et uersipellem competit. Horatius in eos,  
qui facile uertunt sententiam.

Quo teneam uultus mutantem protea nodo?

Effugiet tamen hæc sceleratus uincula Proteus.

Protea uocat tergiuersantem, et quem Graci uocat  
δυσφόροτορ. i. deprehensu difficulte. Porro fabulam  
Protei notiore arbitror, quæ ut hic sit recensenda. Extat  
apud Homerū Odyssæ. 4. et apud Maro. 4. Georg.  
Simili figura diceretur, et Vertumno inconstantior.

Nam hic deus in omnigenam speciem sese uariat.

Πολύποδος πούρηχε.

Plutarch.

i. Polypimentem obtine.

Quo iubemur pro tempore, alios atq; alios mores, aliū  
atq; alium uultū sumere. Quod in Ulyssē uidetur Ho  
merus laudare, qui eum πολύ θοπορ appellat. i. mori  
bus uersatilibus. Adagiū natū à piscis huius ingenio,  
qui scribitur colorem mutare in metu. &c.

Mulieris animus. γανδικὸς φρένες.

Terentius.

Id est, Muliebre ingenium. Diogenianus ostendit di  
ci solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare  
in imbelles et incôstantes. Vnde est illud Ennianum.  
Vos etenim iuuenes, animos geritis muliebres.

Illaq; virgo uiri.

Et Terentius.

Nostri mulierum ingenium. Nolunt ubi uelis, ubi no  
lis, cupiunt ultro.

Εὐπίτης ἄνθεωπος. i. Eutipus homo.

In inconstantes ac moribus inæqualibus hoīes dice  
tur. Quadrabit et in fortunæ uices, que res mor  
talium, uelut æstu quodam sursum ac deorsum ia  
stat. Duxta metaphora à mariis Euripi prodigiosa qua

V. 4. quadam

## INCONSTANTIAE.

dam reciprocādi celeritate. Est autē Euripus maris pars. *etc.*

Cnips in loco. ο κνιψ ἐν χώρᾳ.

Id est, Cnips in regione. Dictum in eos, qui subinde sedem mutarent, et alii unde alio migrarent. Cui uitio sese obnoxium fuisse confitetur Horatius. Est autem σκνιψ οὐε κνιψ, nam utrūq; reperio, uermiculus innascens materij. Is ero so ligno semper locū mutare ntitur. Plinius inter pestes materiarū teredinem cō memorat. Addit huius generis Cerasten uocari. Proinde consentaneum uidetur, adagium dici posse in sor didos, duro, parcoq; uictu utentes.

Εὐμεταβολώτερος κόδογνος.

.i. Cothurno versatilior.

Dictum in hominem parū constantē, lubricaq; fide, quiue incertae et incipitis esset factionis similitudine ducta à calciamento, quod Græci κόθορνον. Latini mutata literula cothurnū uocat, quo mos erat uti tragœ diarum actoribus. Suidas addit huiusmodi fuisse, ut uiris pariter ac mulieribus congrueret. Nihil aut uerat quo minus adagium in bonam trahatur partem, ut si quis hominem facilibus moribus, et quadā ingenij dexteritate, cum quouis hominum genere congruentem κόθορνον appelleat, quā ob causam Homerus Ulyssem πολύτροπον dixit, quod apte personam gereret. du cis, mendici, patrisfamilias.

Sallustius

Aliud stans, aliud sedens.

Nullus inficias iuerit, proverbiali figura dictū illud Salustianū in Ciceronem. Aliud stans, aliud sedēs loquitur. Quo licebit uti, cum summam inconstantiam animi significamus, qua si tantillū momentū atq; interuallum commutet hominis sententiam.

Duabus

Duabus sedere sellis.

Macrobius

*Est incertarum esse partium, ex antiqua fide, ambabus satisfacere uelle. Quo uerbo noue composito, & οὐ πρόστελλων, Homerus appellat Martem, id est, nunc hū, nunc illis partibus fauentem. Macrobius in Satyrorum libris coenis: Laberius Mimus in senatu a Cæsare electus, cū a Cicerone ad confessum non reciperetur, dicens: Reciperē te nisi anguste sed eremus, nimis moradictiter respondit: At qui solebas duabus sellis sedere: obijcens tanto uiro lubricum fidei.*

Diuersarum partium.

*Qui uolet innuere Metum quempiam, et cū utraq; parte colludentem, aut aduocatum prævaricatorem, aut proditorem ducem, non ineleganter usurparit.*

Duos parietes de eadem dealbare fidelia M. Curtius  
Pro eo quod est: eadem re duplice uelle inire gratiam,  
eademque opera duos pariter demereri. Tractum uincitur  
detur ab his, quod parietibus opus albarium superinducunt.  
Legitur et huiusmodi Græcum adagiū apud Suidam:  
Δύο τέχνας ἀλειφός. i. Duos linis parietes. In eos,  
qui in factionibus utriusque partibus blandiuntur. Ad hac  
classem pertinet illud: ut troq; claudicare pede. In Euangelio:  
Duobus dominis seruire. Ex Apocalypsi, de ijs  
qui neque calidi sunt, neque frigidi.

Διπλάς ἀνθεῖς. i. Duplices viros. Zenodot.  
Vocabant, qui essent lubrica ex insincera fide, quos  
nunc uulgo etiam bilingues appellat. Zenodotus:  
Equidem uirum odi duplarem, sermonibus  
Probris amicum, ceterum hostem moribus.

De toga ad pallium.

Tertulli.

Cuius duplex erit usus: uel quū ad diuersum uitæ genus se se contulerit aliquis: uel quū a fortuna honestio-

V.5. read hu

## IN CONSTANTIAE.

re ad humiliorem. Velut, si quis ex aulico fiat monachus, aut è prefecto paedagogus, è consule rhetor. Toga Romanorum erat, palliū Græcorū. Post palliū cœpit esse gestamen philosophorum. Confine illi: Ab equis ad asinos.

Δωδεκαειχωροί .i. Duodecim artium. Appellabant callidum, uersutū, uersipellem, uafrū, ac uarijs instructum dolis. Narrat scortum fuisse quodam noīe Cyrenen, cui cognomentum inditum, duodecim artium, propterea q. in peragenda Venere duodecim figuris usū fuisse dicatur &c.

Θεσσαλῶν σόφεσμα id est,  
Thessalorum commentum.

Suidas. Varias ad res accōmodari scribit Suidas: tum ad eos, q. in acie locū deserunt, tum ad illos, qui cultu deliciorē utuntur, tum ad hos, qui dolis quempiā circūueniūt. A quibusdam sic refertur hoc adagium: Semper enim res Thessalorum infidae.

Phœnicum pacta. Φοινικῶν συνθήκη .i. Phœnicū cōuenta. Phœnices q. Carthagine potiti sunt, cū primū ad eā appulissent regionē, postularūt ab ijs, q. id tpis Libyā incolebāt, ut sibi liceret diē & noctē hospitio terrae uti. Quod cū impetrassent, iamq; exacto concessi tēporis spacio, iuberētur excedere finibus, recusa runt, affirmātes se pactos, ut sibi fas esset illic noctesq; ac dies cōmorari, uidelicet ambiguitatē uocū ad suum commodum detorquentes. Vnde proverbium esse natūrum aiunt, de pactis insidiosis & astutis.

Zenodo. Locrense pactum. Λοκρῶν σύνθημα. Id est, Locrensiū pactū. De foedifragis dictū, cuiusmodi quondā habiti Locrenses, q. foedere prodito, qd cū Peloponēsijs inierāt, ad Heraclidarū partes defecerit. Ορέγον

Θράκης πρεύποτος. i. Thracium cōmentum. Zenodo.  
 Siue inuentum. Torquendū in eos , qui pacta cludunt  
 callido uafroq; aliquo cōmento. Strabo lib. Geogra. 9.  
 indicat adagium natū ex Ephoro autore. Thraces pa-  
 ctis cū Boeotis aliquot dierum inducijs, nihilo segnus  
 incursions agebant nocturno tpe. Hos cū propulsas-  
 sent Boeotij, atq; expostularent, q; uiolassent inducias,  
 responderunt Thraces , se nihil præter pacta fecisse,  
 pactos enī esse de diebus, noctibus incursasse . Est enī  
 proprie τοχεγένειας, excogitata cauillatio , qua pa-  
 ctum cludimus, quās Plautus sutelas uocat. Et Teren-  
 tius : Nequid suo assuat capiti.

Hoc calciamentum consuit Histiaeus,

Aristagoras induit.

Diogenes.

ΤΟΥΤΟ ιπόδημα ἔγραψε μὴν ισίαις,  
 οὐδεδύσατο δὲ αφισαγόρεις.

Id est , Hoc calciamentum Histiaeus quidem consuit, cæterum Aristagoras induit. Diogenianus admeneret dici solitum in eos , qui callide sua malefacta in alios reiiciunt . Adagium natum ex huiusmodi historia: Histiaeus missus a Dario in Asiam ad sarcendam de- uenisset, iamq; in suspicionem uenisset Sardorum pre- secto , tanquam autor huius motus fuisse, hoc audiuit ab eodem . Sic he res habent Histiae . Tu qui- dem calceum hunc consuisti, cæterum Aristagoras in- duit. Meminit et Herodotus quinto et sexto libro. Significabat autem eius consilij primum fontem, et autorem fuisse Histaeum , administratorem Aristagoram . Videtur magis conuenire, quoties in astu- tis et improbis consilij, alteri alter auxilio est , mutuaq; opera se iuuant.

Thraces

# INCONSTANTIAE.

Thraces foedera nesciunt.

Θράκες δέκαται οὐκ ἐπίσκοποι.

Id est, Thraces foedera non norūt. Porro Thracū bariē & immunitatē, perfidiāq; satis arguit interemptus à Polymestore Polydorus, hospitij iure violato.

Quibus nec ara, necq; fides.

De uchementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides:  
Spartæ incolæ dolosa consultamina.

Nunc in aulicos non omnino pessime quadrat.

Plautus. Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat.

Qui coram blandiuntur, clā obtrectantes, palā amicos agunt, clanculū nocent: aut qui hic prosunt, illic ledūt. Translatū ab ijs, qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accendentibus saxum illidunt.

Repariazare. Ανετρέξατε.

Id est, Repariassarunt. De ijs dicebatur, quos paenite ret instituti, quiq; à conuentis discederent, ab historia natum. Parū cum aliquando à Thebanis bello prementur, petierunt ut à bello desisterent, sc̄ ciuitatem in potestatem illorū tradituros. Hac lege cū destitissent Thebani, ex Parīs interea spes auxiliij fuisse alicun de offensa, pactū irritarunt, bellūq; cum Thebanis integrarunt. Inde fictum proverbiale uerbum ἀνετρέξατε, pro irritare facta εγc.

Plautus. Maritimi mores.

Pro uarijs & inconstantibus, quales fere sunt amantiū Queritur apud Comicū adolescens de amore mentē in uarios affectus rapiente. Ita, inquit, mihi oīa ingenia sunt, quod lubet, non lubet iam id continuo. Ita amor lapsu animi ludificat, fugat, agit, appetit, rapit, recipit, re-

ptat, retinet, iactat, largitur, quod dat non dat, deludit  
Modo quod suasit, dissuadet: quod dissuadet, id ostendat, Maritimis moribus mecum experitur.

*Ἦ γλῶς ὁ μωρός. i. Lingua iuravit.  
Vbi quis non præstat fidem promissi: aut ubi non ex animo pollicetur.*

### Punica fides.

Pœnorum perfidia in proverbium abiit, quod ea gens peculiariter periurijs, uanitatisq; notata sit. Titus Livius de bello Punico libro secundo: Quæ Punica religione seruata est fides ab Hannibale exc. Pœni fœdifragi semper habiti.

*Ἐλβικῆ τίσα. i. Græca fide.*

Plautus.

Reperitur pro certa item fide. Plautus Græcā fidem dixit, ubi nō uerbis, neq; stipulationibus, sed præsente pecunia res agitur. Cetera quæ uolumus uti, Græca mercamur fide, id est, numerata pecunia.

### Non idem sunt scriptura & Leucæus.

*Γεφύ τε κοὶ λθυκοῖς οὐ τὸντομ,*  
Id est, Scriptura & Leucæus non sunt idem, aut non conueniunt. Vbi quis aliud scribit, aliud facit aut dicit. Recte iacietur in eos, qui stare pactis nolunt. Nā hæc plerūq; syngraphis constant. Aut in eos, quorum uita nō concordat vel cōgruit cū libris æditis. Cōjicere licet Leucæum fuisse malæ fidei scribam.

### Dædali opera. Δαιδαλος τεχνη.

Homerus

Id est, Dædalia opera. Dicuntur, quæ nouo artificio fabricata sunt, & admirando. Hinc natum, q; cum ueteres illi plastæ formas animaliū cæcas fingerent & immobiles, Dædalus insolito artificio, primus & oculos induxit, & neruis quibusdā additis effecit, ut hoc atq; illuc moueretur adeo scite, ut spectantibus uiuere, atq; ingredi

## IN CONSTANTIAE.

igredi uideretur. Proinde prouerbiū ad uarios usus poterit accommodari. Vel ubi res, in usitata arte cōfictas, significabimus. Nā Homerus artificio sa Dedala uocat.

Admirabiles in nec tendis machinis Aegypti.

De uersutis, & (ut ait Plautus) cōsutis dolis dictitatū Torqueri potest, & in perplexis sophistarū argutias ac syllogismorum inexplicabiles labyrinthos. Celebra bantur olim Aegyptiorū opera ex uarijs lignorū frustulis miro quodā artificio cōnexa. Quoru est Herculanus nodus, & Cassioticus nodus.

Zenodot. Multa nouit vulpes, verum echinus vnu magnum.

Dicitur in astutos & uarijs consutos dolis, uel potius ubi significabimus, quosdam unica astutia plus efficere quam̄ alios diuersis technis. Nam uulps multyugis dolis se tuetur aduersus uenatores, & tamen haud raro capitur. Echinus, quem opinor herinacium esse, nā hoc loco de terrestri, nō de pisce fit mentio, unica dū taxat arte, tutus est aduersus canum morsus. Siquidem spinis suis semet inuoluit in pilae speciem, ut nulla ex parte morsu preendi queat.

Plutarch. Magnus versator in re pusilla.

Μέγας κυλικτής σὺ μικρῷ γε πάγυστι.

Id est, Versator ingens in negocio leui. Quadrat in eos, qui arte parum honesta sibi diuitias parant. Natum ab Eudamide apophthegmate. Quum musicus quidam feliciter uideretur cecinisse, quispiam ex ijs, qui aderant, rogabat Eudamidam, quid de eo sentiret, respondit: Magnus delinitor in reparua, quod existimaret operosam esse scientiam, sed nihil adserentem utilitatem.

OPINH.

Ο πίθηκος οὐχ ἀλισκεται βρόχῳ .i. Diogenes  
Simia non capitur laqueo.

In callidos tergiuersatores dici solitum, qui coargui  
non queunt.

**V**olaticū iusiurandū. ταχυεύμονες δέκοι.  
Ad eum modum appellabant iusiurandum irritum, q  
euansceret, auolaretq; simul atq; pronūciatum esset,  
cuiusmodi sunt amantium. Quanquam Aristarchus  
apud Eudemum per Antiphrasim accipit, quasi tardū  
oporteat esse iusiurandum, neq; temere proserēdum,  
neq; enim statim euanscere, si quid iuraris.

**A**εὶ φέρετι λιεύη κοκόρ, id est,  
Semper affert Libya mali quippiam.  
Quod inde Rhomā, ut dixi, monstra deportarentur.  
Hinc et in mores, ingeniiq; gentis detorqueri potest:  
siquidē ut est regio uenenorū ferax, ita gētis pestilēs  
ingenii. Peculiariter conueniet in fœdifragos &c.

**S**emper Africa noui aliquid apportat. Plinius.  
Quod quidē ideo dicebatur, q; in siticulosā regione ad  
unū aliquē riū, plurimæ ferarū species bibēdi gratia  
cōuenire cogātur, inibiq; uaria mixtura uiolētē Vene  
ris, uarias mōstrorū formas, subideq; nouas nasci. Qua  
drabit ī hoīes lubrica fide, semp nouarū rerū audios.

**V**erisimiliter mentiens.  
In eum, qui falsum perinde quasi uerum sit narrat,  
quadrabit illud ex libro Odyssæ T.  
Plurima narrabat figura simillima ueris.

**L**ampon iurat per anserem.  
Λάμπων ὡρούμνων τὴν χλωδαν.  
Id est, Lampon iurat p anserē. Ita loquebantur, ubi q;  
decipere tētaret iureiurādo. Lāpon sacrificus quispiā  
fuit, ac uates, & oraculorum auditor: is solitus est per  
anserem

Aristop.

# IN CONSTANTIAE.

*anserem iurare, tanquam per auem auguralem: Vel quod olim ita instituerat Radamanthus, ne per deorum aliquem iuraretur, sed per Canem, anserem, id quod Socrati familiare apud Platonem.*

*Αθηναί. Ποικιλώτῳ ὑδρῷ, id est,*  
**Athenae.** *Magis varius, ἡ hydra.*

*De callidis ac dolosis, quod hydra serpens sit uersicoloribus notulis distincta.*

**Aristop.** *Σισυφός μηχανοῖ .i. Sisyphi artes.*

*Dicebantur uafra, uersutae; consilia. Homeris:*  
*Sisyphus in terris quo non astutior alter.*

**Aristop.** *Πυρράνδρου μηχανικα, id est,*  
*Pyrrhandri commentum.*

*De calido inuento. Hic Pyrrhander sycophanta quia si piam fuit insignite uersutus, notaeq; malitiae.*

**Aristop.** *Megaricum machinamentum.*  
*Μεγαρικὴ μηχανή.*

*Id est, Ars Megarensis. Dicitur, cum dolo et astutes agitur, non sincera fide. Olim enī Megarenses uulgo male audiebant, tanquā fraudulēti ac ficti, q; aliud sentire soleant, aliud loqui.*

**Homerus** *Vlyssēum cōmentum. Οδύσσεος μηχανή,*  
*Id est, Vlyssēū inuentum. Callidū, astutū, et uafrum dicebatur. Vlyssēm Homerus ubiq; uersutum facit.*

**Aristop.** *Οἰδε τὰς οδοὺς ἀστροφέφυγεν ἐυκράτης. .i.*  
*Nouit vias quibus effugit Eucrates.*

*In eum quadrat, qui semper aliquā inuenit rimā, ut inquit Plautus, per quam elabatur, ut officiū subterfugiat prætextu aliquo, si quando fides esset præstanda.*

**Diogenia.** *Libyca fera. Λιβυκὸν Δηρίον.*  
*Id est Libyca bestia. Dicebatur in hoc ēt uafru, callidum, uersipelleēt, uarijs moribus, ancipiitiq; uingenio.*  
*Quod*

Quod genus portentum Cicero Catilinam fuisse testatur. Inde natum, quod in Libya uarie ferarum species se penumero misceantur &c.

Αἰγυπτίας ἐπ.

Dicebantur astuti & impostores. Sumptum à moribus eius gentis. De moribus Aegyptiorum testatur & illud ex Aeschyllo, quod alibi retulimus:

Aegyptij miri struendis artibus :

Ἐκ τετράμηλιν κύλινθος πιέπ. i.

E perforato poculo bibere.

Dicuntur, qui futiles sunt, parumq; continent fideli-  
ter arcana sibi credita.

Expedit habere plura cognomina. Aristop.

Aristophanes in Pluto :

Ως ἀγαθόμεστέπωνυμίος πλάσειχεπ.

Id est, ut expedit ut plura habeas cognomina. Conuenit in eos, qui multa simul profitentur, quo quæstum faciant ubiorem, aut qui diuersarum sunt partium.

Dictum est autem in Mercurium, cuius uaria feruntur cognomina. Prouerbiū non inscite torquebitur & in istos, qui nusquam non habent titulos, aut qui in

principū aulis ijdem & sacrificū agunt, & ministrū,

& economum, & lenonem, & γελωτοπρό.

Si leonina pellis non satis est, vulpina ad Zenodot.

denda. ἀμήλεοντά μη ἔγκυται, τών ἀλωπένων προσαφορ.

Id est, si leonis exuuum non sufficit, adde uulpinum.

Cum uiribus res obtineri non potest, dolus adhibēdus.

Adagium natum est ex apophthegmate Ly sandri.

Nam is, quemadmodum in eius uita memorat Plutar chus, irridere solitus est, qui uelut ab Hercule progna

ti, bellum apertis uiribus, citraq; dolum gerendū esse

X censebant,

## INCONSTANTIAE.

ēensem̄bant, cum ipse magis existimaret boni ducis officium esse, quo leonina pellis non attingeret, eo contendendum assuta uulpina.

Aristop.

Non Chius, sed Cius.

Didimus proverbum subesse putat in his Aristophanis uerbis: οὐ χῖθρα καλλά κατίθεται, id est, Nō Chius, sed Cius, propter uulgato scommate notatā gentis inconstantiam ac uolubilitatem, pro temporis ratione cōmutantis institutum, ac idem ad fortunæ cōmoditatēm accommodantis. Aristophanis carmina, è Ranis sunt hec, in Theramenem :

Euolauit è malis, haud Chius, imo Cius.

Quanquam hoc loco Aristarchus Cius legit, nō Cius. Theramenes enim Cius fuisse dicitur.

Suidas.

Dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelui. Δεξιόν τις ὑποδήμαν δεξιόδον τις τωδώνησον.

Id est, Dextrum pedem in calceū, sinistrū in peluum. Subaudi uerbu ad sententiam accommodatum, mittit aut ponit. Suidas ex Aristophane citat, atq; dici soleare in eos, qui se norunt cōmode ad rei præsentis cōditionem applicare, proq; loco, tempore, negocijs, aliam atq; aliam sustinere psonā, est autē carmen hexametrū heroicū: Dextrū in calceolo, lēuū uero in podoniptro. Podoniptrū, uas in quo pedes lauantur.

Multa noris oportet, quibus deum fallas  
Vbi quis fucum facere conatur ei, cui difficile sit dare  
uerba, propter astutiam singularem.

Ex eodem ore calidum & frigidum efflare. Εκ του ἀυτου σόματος θερμόν καὶ τὸ φυλόν ἐξάγειν.

Id est, Eodem ex ore calidum ac frigidum proferre.  
Bilingues

Bilingues, et qui eundem modo laudant, modo uituperant, ex eodem ore calidū ac frigidū spirare dicuntur. Natum ex A pologo quopiam Aniani fabulitoris. Satyrus quidam cū uchementer algeret, hyberno geā lu supra modum sc̄uiente, à rustico quodam inductus est in hospitiū. Admiratus autem cur homo inflaret in manus ori admetas, roganit cur ita faceret, is respōdit, ut frigidas manus halitus tempore calcfaceret. Deinde ubi extracto foco, apposita mēsa, in pulchre feruīda rursum inflaret, magis etiā admiratus, sc̄iscitatus est, quid hoc sibi uellet: ut pultem, inquit, nūmū feruentem halitu refrigerere. Tum satyrus surgēs à mensa, Quid ego audio inquit. Tun̄ eodem ex ore pariter et calidum et frigidū efflas? Valebis, neq; enim mihi ratio est cū eiusmodi homine commune habere hospitium. Est huic cōfine: Ex eodē ore emanat dulce et amarū. Huc adscribi poterit, quod refert Plinius li. 2. plusquā prodigiosum, fonte esse quendā in Dodona, qui cū sit frigidissimus, et faces si quis ardentes immergat, extinguat, si extinctae admoueantur, accendit. Quæ oīa torquere licebit in rhetores, qui eadē norunt laudare et uituperare, eleuare atq; attollere. Item in iurecōsultos, qui causam eandē nunc tuentur, nūc impugnat. Esaias male ominatur ys, qui dicunt bonum malū, mar. Esaie. 5. lūm bonum, dulce amarum, et amarum dulce.

Ex se finxit, velut Araneus. Proverbialis uidetur et illa collatio. Aranei ex se te-  
xentis telam, et hoīs ex seipso commisscentis menda-  
cia. Aristoteles dicit Araneos mox, ut editi sunt, fila  
mittere, non ex interioribus, uelut incrementa, quemodo  
admodum sentit Democritus, sed de summa corporis  
parte, ueluti corticē. Non texunt aut̄ neq; uenantur ni  
si foeminae. Mas fruendi comes est, non laborandi.

## INCONSTANTIAE.

Κάκωτος ὁ γόμος .i. Obliquus cursus.

Quoties res arte ac dissimulater agituri. Aut quoties aliud praenobis ferentes, alio tendimus, et cuniculis atq; ambagibus pergitus ad id, qd assequi conamur.

Κανθάρος σοφωπερός .i. Cantharo astutior.

Aut, callidior. Zenodotus ait Athenis cauponē fuisse quempia, noīe Cantharū, quē ob maleficia et imposturas ac proditiones, capitibus affecerint supplicio, proinde uulgo receptū, ut inuersitos ac impostores dicerentur.

Diogenia. Κασιώπης ἡ αλέα .i. Cassioticus nodus.

De morib[us] iafris ac uersutis dici consuevit. Cassion mons est, et eiusdem nominis ciuitas in Aegypto uicina Pelusio. Ei genti quasi genuinum ac gentilitiū est, miros quosdam nodos neclere. Huic affine: Hercules nodus, quo arctissimam atque indissolubilem amicitiam significamus. In caduceo Mercuriali duo sunt serpentes, masculus et femina, qui medio corporum complexu, nodū efficiunt Herculatum. E quibus opinor symbolū suū mutuatus est Ioānes Frobnius et c.

Pardi mortem adsimulat.

Θάνατος προσάλεως ὑπηρίνεται.

Id est, Pardi mortem simulat. Dicebatur, ubi quis astuperniciem alicui moliretur. Id adagium ad quendam apogum referunt. In Maurusia simiarum ingens copia. Pardalis autem animal est natura simiis infestissimum, quae tamen viribus assequi non potest, dolor in eas utitur, emori fingit sese. Deinde simiae, ubi iam mortuam arbitrantur, descendunt de arbore, Paruali insultantes ludibriū causa. Postea repente reuiscens, aliam dentibus, aliam unguibus corripit, dilaniatq; ac devorat.

Aristop. Sphondyla fugiens pessime pedit.

Ωδὴ σφονδύλη φεύγουσα πρητότατη βοῶτι.  
Id est, ut feles quoties fugitat, male pedere sueta est.  
In eos quadrabit, qui discedunt non citra infamiam.  
Sphondyla insecti genus odoris tetrostomae. Plinius me-  
minit sphondyle serpentis. Hesychius docet apud At-  
licos sphondylen dici felem.

## I N C V L P A T V S.

Purior clavo. Αγνότροπος τακτίς. Suidas.  
Id est, Purior gubernaculo. De re uehementer incul-  
pata, aut moribus undequaque integris et incotaminatis  
Clavis enim nauticus a fiduis fluctibus abluitur.

A puro pura defluit aqua.

Quadrabit in hominem usquequaque innocentem,  
quem etiam si quis aliquando uocet in crimen, tamen  
non solum fama illius non contaminatur, uerum etiam  
illustrior redditur.

Ο χυτὸς ὡρὶ τυρὶ δοκιμασθεῖσ. i.

Aurum igni probatum.

Dicitur is, cuius fides rebus aduersis explorata, spe-  
ctataq; est. Plinius scribit ob eam præcipue causam  
aurum omnibus metallis prælatum, quod uni rerum ui-  
bil igni depereat, tuto etiam in incendis durante ma-  
teria. Quim imo, quo saepius arserit, hoc magis profi-  
ciet ad bonitatem. Idq; argumentum esse probi auri, si  
similiter rubeat ut ignis, atq; ipsum obrysum appellat

χυτὸς ὡρὶ κολοφῶνι, id est,

Aurum Colophonium.

Zenodotus ostendit dici solitum de auro proba-  
tissimo, quod apud Colophonios aurum optimum so-  
let fieri. Venustius ficit, si longius deflectetur, uel

Aristop.

X.3. lut ad

## IN DELITIIS.

*Iut ad mores uchementer incorruptos, aut ingenium  
exquisitum et eximium.*

## IN DELITIIS.

**Lucianus.** Χοιρίσκος ἀκαρνάνιος, id est,  
Porcellus Acarnanius.

**Suidas.** In mollem et amabilem, atque in delitiis habitu dicebatur  
Mus albus. Μῦς λευκός.

Id est, Mus albus, apud Suidam: μῦς λευκός, Id est,  
Mus malus, apud Diogenianum. In hominem lasciuu  
et libidinis immode dicere dicebatur. Nam mures dome  
stici salacissimi sunt, praesertim albi. Vnde receptu us  
detur, ut inter amatoria blandimenta, quemadmodum  
passerculi, columbuli, et id genus aliorum, itidem et  
murus cognomen usurpetur. **Martialis:**

Nam cum me murem, cum me tua lumina dicas.

**Lucianus.** Μελιταιοπουλεύοντος. Melitaea catella.

Quadrat in eum, qui habetur in deliciis, ac laetus in  
ocio dilitur ad uoluptatem, non ad usum. Triplex enim  
canum genus. Quidā habentur ad usum uenandi, quos  
appellane ιχνευτae, quasi dicas uestigatores. Quidā  
ædium custodiae præficiuntur, qui dicuntur oīnoveοι, id est, custodes domus. Quidam animi causa nutriuntur,  
et ad lusum duntaxat muliercularum, hos uer  
ditatios appellane. Est in familiis diuitum, huiusmo  
di ministrorum genus, quos illi non ad ministerium, sed  
animi causa domi habent.

Melitæus catulus.

Dicebatur is, cuius opera nulli serie rei conducebat,  
sed duntaxat animi causa alebatur. Atque iij Melitei uo  
cantur ab insula Melita.

IN DE

# IN DEPREHENSOS.

166

Plutarch.

Folio ferculno tenes anguillam.

Τῷ δέριῳ τὰ ἔγχελων.

Id est, Folio ferculno anguillam. Subaudiendum, tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus arctiore nodo teneatur, quam ut possit elabi. Nam fici folium scabrum est, atque ob id ad retinendam anguillam natura lubricam, uel maxime idoneum.

Medius teneris. Νῦν ἔχει μέσον.

Aristop.

Id est, Nunc medius teneris. De eo qui sic tenetur, ut extricare sese nulla ratione possit. Translatū à palestritis atq; athletis, qui si quem medium corripuerint, facile uincunt.

Decipula murem cepit.

Εἰληφερ ἡ ωργὴ τὸν μῶν.

Id est, Laqueus murem cepit. De recte meritoq; deprehensis, & malo dignis.

Bis πάγος δὲ λύκος. i. In laqueos lupus.

Cum improbus quispiam tandem in extremū adducitur discriminē. Etenim cum lupus animal sit insidiosissimum, applauditur ab oībus, si quando contingat illum irritari, ac protinus acclamant oīs: In laqueos lupus.

In area latitas. Επὶ στάσει στάσεις.

Zenodot.

Id est, In area occultaris. De eo qui in eo uersatur nec gocio, ut non possit non esse conspicuus.

In easdem ansas venisti.

Aristides.

Quadrat in eū qui sic irretitus est, ut quocūq; se ueritat, teneatur: nec explicare sese possit.

Laqueus laqueum cepit.

Ἐτος ἡ πάγη ἐοικε λύκεως πάγῳ.

Id est, Laqueū laqueus, ita ut uidetur, ceperit. Vbi manus malū obseruat. Veluti adulterū adulterū, fur furēm perfidū perfidū, qd interdū usū uenit, ut dū duo sibi

X.4. uiciſſim

## IN DEPREHENSO S.

**Suidas.** *uiicissim insidias tendunt, ut ergo deprehendat alterum.*  
ω λακιάδου .i. Laciadæ.

Vulgatum conuicium in moechos. Populus quissipiam est Atticæ Laciadarum, tribus Oeneidis, apud quos in gens raphanorum copia. His autem utebantur in adūteros deprehensos, ludibrii causa.

**Tullius.** Hinc illæ lachrymæ.

Tullius : Hinc illæ lachrymæ, nimis enim ex hac causa est horum omnium scelerum atque criminum. Dicitur autem de rei causa, aliquando disimulata, quæ uere tandem deprehendatur. Veluti si quis dicat barbaros damnare Graecas literas, ne scilicet ipsis parum docti uideantur.

**Homerus** Vbi cognitum est, quod erat occultum.

Vbi res, que magno studio celabatur, fuerit aliquo pacto deprehensa, quadrabit illud Homer. siue illis deus hoc aliquis deprodidit index, siue ipsis uidere.

**Lucianus.** Hæc Helena.

Lucianus in Eunucbo : ΑΥΤΗ ὡς πάντα φέλειν,  
ὑπερήντες εμονομά .i. Hæc ipsa erat Helena, pro qua  
digladiabantur. Loquitur autem de duobus Peripateticis, mercedis ac lucri cupiditate turpiter apud iudicces contendentibus.

**Sabellicus** ὕδρες τὸν τόν πίθω, id est,  
Hydrus in dolio.

Refertur ab Antonio Sabellico in epistola quadam additæ fabulæ proverbi parentiæ, de rustico hydrū in dolio reperiente. Admonet Plinius libro decimo capite. 72. serpentes quamquam exiguo indigeant potum, tamen uinum cum est occasio, præcipue appetere. Iuuenialis de muliere uinosa satyra sexta :

Tanquam alta in dolia longus Deciderit serpens, bis  
bit et uomit. Licebit usurpare, cum quis occulta car-  
lunitate

calamitate premitur, causa atq; autore nō extāte. Aut cū diuturni mali tandem autor deprehenditur.

Tempus omnia reuelat.

Tertulli.

Neḡ discrepat euangelicū dictū, apud Matt. cap. 10.  
Nihil opertum, quod non reuelabitur, et occultum,  
quod non scietur.

Cuculus.

Plinius.

Olim qui fuissent in re quapiam parū honesta deprehensi, uulgari probro Cuculi dicebantur. Plinius scribit probro solere obijci uimdem iatoribus, si cuculus eos deprehendisset putantes uineā serius, nec hoc minus absoluissent priusquā audiretur ea auis, ueluti cessionem exprobrans agricolis.

## INDILIGENTIAE.

Princeps indiligens.

Homerus

Indiligens pædagogus corrumpit puerū, malus præceptor uitiat discipulum, rex improbus populum. Ad hanc sententiam facit illud Homeri.

At corrumpit oueis pastor malus.

Si quis iuxta ciuitatem clypeus.

Plutarch.

Εἴτις περὶ πόλιν ἀγρίσ.

Id est. Si quis circum urbem clypeus. Hoc scommatis iaciebant in eos, qui sparsum ac dissolute ciuitatem obirent palantes.

Πυλωρὸς κακός. i. Malus janitor.

Plutarch.

Indiligens custos, aut præfector.

Η φάνη δύο. i. Phani ostium.

Id accinebatur, ubi quis frustra seruasset aliquid, ueluti si cuius uxorem adulterio uitiari contingeret, quā tamen ille multa zelotipia seruasset. Natum aiūt, huic Phano uxorem fuisse parū spectatae fidei, quam cum

X. 5. haberet

## INDILIGENTIAS.

haberet adulterij suspectam, atrij fores sic occlusit, ut non nisi cum stridore, sonituq; possent aperiri. Verum illa cum per tegulas reciperet adulterum, uicini per iocum aicebant. Phani ostium.

Seneca.

A limine salutare.

Plurimū inueniuntur statis obtinebit et hoc, si ad res incorporeas deflectatur. Veluti si quis dicatur Theologiam a lumine diu taxat salutasse. Translatum à vulgaribus istis anacis, qui non admittuntur in penetralia, sed procul atq; à limine salutare, ac deinde discedunt.

Macrobi.

Vt canis e Nilo.

Qui leviter, ac uelut obiter artem quampiā, aut aorem degustant, hi ceu canis ē Nilo degustare dicētur. Id adagij natum est ex apophitegmate quodā, cuius meminit Macrobius. Post fugam Mutinensem, querētibus quid ageret Antonius, quidam familiaris eius respondit. Quod canis in Aegypto: bibit et fugit. Nam in illis regionibus constat canes raptu Crocodilorum exterritos bibere et fugere. Solimus ait eos non nisi currentes lambitare, ne deprehendantur.

Tullius.

Per transennam inspicere.

Pro eo quod est, nō proprius neq; singillatim, sed procul et summatim inspicere. Translatum à negociatoribus, qui mercibus cancellos obijciunt, quidam etiā uitrum pellucidum opponunt, ut prætereūtibus procul modo contemplari liceat, nec explicant eas, nisi licitatori idoneo.

Plautus.

Per nebulam, per caliginem, per somnium. Quarum rerum ambiguam quandā, ac tenuē, penēq; euāndā memorā, aut intelligentā obtinemus, eas res per nebulā recordari, per somniū meminisse, per caliginem uidere proverbio dicimur.

In trans-

In transcurso.

Plutarch.

Plutarch de liberis educādis. & οὐταῦτα μὲν ἐκ περιδρομῆς μαθήσῃς ὡστερεὶ γένυματα ἔνεκεν. i. Sed hæc quidem ex transcurso discere, ueluti degustandi causa.

Summis labijs.

Lucianus

Nempe cum quis uerbis dumtaxat simulat quippiam, non autem ex animo facit. Lucianus in Apologia. Καὶ οὐπά τέκρα χείλας οὐλοσοφῶμ. i. ac summis labijs philosophū agēs. Hier. Sūmis labijs hospitē inuitem⁹.

Summis naribus olfacere.

Lucianus

Τῷ ὄκεκενί δοσφεύγεται.

Id est, Summa nare olfacere, pro eo quod est leui experimento conjecturāq; qualicunq; deprehendere.

Extremis digitis attingere.

Tullius.

Pro eo quod est, leuiter attingere, quod ita demū adagium uidebitur, si metaphorora accesserit.

Primoribus labijs degustare.

Tullius.

Est breuiter quippiam attingere. Ductum ab ijs, qui cibum aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes.

Molli brachio, leui brachio.

Cicero.

Cum indiligeat operam significamus.

Suspensa manu.

Plinius.

Pro eo, quod est leuiter, parumq; accurate.

Compressis manibus.

Compressis sedere manibus dicitur in ociosos, et nihil aliud quam sua fata deplorantes. In proverbijs. Paululum conseres manus. In ignauum. &c.

Pulmo prius venisset.

Plantus.

Dictum est olim in lento, ac cessatores. Opinor quod pulmo cum perpetuo moueat, nunquam tamen loco se promovet.

## INDVSTRIA.

promouit. Plautus. Dij immortales soccos iussi adimere pedibus. Pulmo enim, quod perhibent prius uenisset, quam tu aduenisti mihi.

## INDVSTRIA.

Varro.

Dij facientes adiuuant.

Varro libro de re rustica primo. Et quoniā, ut aiunt, Dij facientes adiuuat, prius imuocabo deos. Significat diuinam opem non cessantibus, sed industrijs, et pro sua uirili conantibus auxilio esse solere.

Cum Minerua manum quoqz moue.

Huic finitimum est, Σων ἀδλωξ. καὶ χεῖρα κίνηται. Id est, Auxiliante Minerua, manū interim moue. Monet adagiū, ne fiducia diuīæ opis, industria remittam9. Manum admouenti fortuna est implorāda τὰ μὲν χεῖρα πωληφέροντα, δέ τὰ μὲν τύχαρις ἐπικοσθέμεν.

Id est, Manum admouenti fortuna imuocanda est. Ad monet adagiū, ita fidendum esse diuino auxilio, ut nihilo segnius nostra admittantur industria. Huic qui laboret, adeste numen affolet.

Diogeni.

Ni purges & molas, non comedes.

Αρμήνος θάρης ηγετὸς αλεσῆς, οὐ μὴ φαγεῖς; Id est, Ni et purges et molas, non comedes. i. non continget tibi uictus, nisi tuam item industriā adjunxeris. Potest transferri longius, non proderit tibi ingenij felicitas, nisi exercueris. Nihil conducet quod doctum præceptorem nactus es, ni uigilaueris.

Tryphon

Mήπε μέλι, μήπε μέλισσας.

i. Neque mel, neque apes.

In eos dici solitum, qui recusant incommodum ferre, quod sit cum commodo quopiam coniunctū. Veluti si quis apes,

*quis apes, quod sint aculeatæ nolit perpeti, is nec melle quidem quod optat, fruetur. Eodem pertinet illud Plauti. Fortiter malū qui patitur, post potitur bonū.*

*Qui vitat molam, vitat farinam.*

*οὐ φεύγω μύλοι, ἀλλετα φεύγει.*

*i. Qui fugit molā, fugit farinā. Qui refugit industriā non fruetur emolumētis.*

*Industriam adiuuat deus.*

*In aggrediendo negocio, quædam humana ratione prouidentur, quædam fortunæ commoditas, ipsaq; res suppeditat.*

*Manum admouere. Τὰ χεῖρας επιβάλλειν.  
Id est, Manū apponere, dicebatur qui se īsinuaret ī rei cuiuspiam egregiæ communionem.*

*Οὐοράζεισον πόνον τῷ γέροντι.*

*i. Optimum opsonium labor senectuti.  
Laborandum in iuventa, quo seni suppetat cōmodius iuendi facultas. Diogenes interrogatus, quid esse mierrimum censeret, respondit, senectutem inopem.*

*Lutum nisi tundatur, non fit vrceus.*

*Ο πηλὸς ἡμί μήδοσθη κέραμον οὐ γίνεται.  
Id est, Lutum ni tundatur, non fit testa. Citra labore nullus eaudit in uirum absolutum.*

*Manu fingere. Seneca.  
Est arte curaq; formare. Metaphora sumpta ab ijs, q; è cera siue argilla fingunt imagines.*

*Serere ne dubites.*

*Quo monemur, ne quādo pigeat eiusmodi rerū aliqd moliri, è quibus nihil omnino dispendij, sed plurimū emolumenti possit profici sci, si nō in præsens, certe in posterum, si non nobis, at saltem posteris.*

*Qui arat oliuetum.*

*Columel.*

*Columella*

## INDUSTRIA.

Columella li. 6. de rust. Quin etiam, inquit, compluribus interpositis annis oliuctum putandum est. Nam ueteris prouerbij meminisse conuenit. Eum qui aret oliuctum rogare fructum, qui stercoret exorare, qui cedat cogere. Vergi. Exercetq; frequens tellure atq; imperet aruis. Huic adagio locus fuerit, ubi significa bimus fieri no posse, quin uoto potiatur is, qui curam extremam impenderit. Vulgaris enim diligētia quasi roget, mediocris impetrat, extrema cogit. Laudatur, atq; imitandus proponitur, in Euangelicis etiam literis flagitator importunus.

Aristop.

Quid tandem non efficiant manus?

Ti δῆτα χρεῖος οὐκ ἀπέργασσοιτο.

Id est, Quid deniq; est, quod manibus effici haud queat? Admonet nihil esse rerum omniū, quod arte, quod industria non efficiatur. Aristophanes in auibus. Ti δῆτα πόστες δημοκράτης εργασσοιτο. id est, Quid est, quod haud effecerint demū pedes? Cæterū quod scripsit Aristophanes, apte torseris in milites ignavos, quibus omne prædiū et spes salutis non in manibus, sed in pedibus sita est.

Proba est materia, si probum adhibeas artificem.

A Plauto dictum in Poenulo. Egregia quidē indoles, si recte instituatur. Felix ingenium si præceptor contingat idoneus.

Suetonius

Artem quæuis alit terra.

Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει.

Id est, Artem quæuis alit regio. Proverbialis sententia, qua significatū est, certissimum uiaticum esse eruditio nem, aut artificium aliquod. Fertur etiā inter Graecorum sententias huiusmodi scarius. Ars ipsa inopia portus

*portus est mortalibus.*

*Ex umbra in solem.*

*Ex umbra in solem educere, est rem prius abditā et  
ociosam, in publicum et in communē uitae usum edu-  
cere. Translatū ab athletis, quibus mos, solis et pulue-  
ris patientia, confirmare corporis robur. Delicatorū  
autem est, in umbralatitare. Venustius fiet si ad animi  
rem torqueatur, ueluti si quis dicat, Philosophiam à  
Socrate ex umbra in solem esse productam.*

*Muli Mariani.*

*Muli Mariani, castrensi proverbio dicti sunt uaricosi  
milites, qui ex C. Marij ducis instituto, in furca tabella  
interposita, sua onera portare consueuerūt. Festiuus  
erit si dectorqueatur in hominem immenso studio, aut  
perpetuis negocijs uehementer districtum.*

Plutarch.

## INFACVNDA.

*Βατζορζεη.*

*Dicebantur uulgo qui balbutirent, quibusq; hæsitans  
esset et impedita lingua. Inde translatum ad eos qui  
nugas deblaterant. Vnde Βατζορζεηνος nugacitatem  
uocant, uocem à Battō quopiam Thebano mutuati,  
cui uox fuerit exilis. Dicunt et Βατζολογιακη  
multiloquentiam.*

Suidas.

*Canere ad myrtum. Ad επηργός μυργίων. Plutarch.  
Id est, Ad myrtum canere. Proverbio iubebatur im-  
peritus literarū, et infacūdus, quiq; non posset apud  
eruditos loqui. Hinc sumpta metaphora, quod apud ue-  
teres mos esset, ut in coniuijs singuli suā cautionem  
cancerent, quod si quis cithara accipere recusasset, ut-  
pote musices ignarus, is per iocū accepto ramo lau-  
reos seu myrteo, cogebatur ad eum canere.*

Talemo

## IN FORTUNI.

Euriped. Ιαλέμω φυχόπερ Θ., i. Ialemo frigidior.

De canticone, oratione, argumento, ioco, aut eiusmodi  
re quapiam supra modum frigida, recte dicetur. Qui  
dam aiunt Ialemōn, lugentis uocem fuisse. Nam ιαλέ  
μίζει Greci dicunt pro complorare.

Peius Babys tibia canit. Κάκιον Εάθυσ αὐλαῖ. Id est, Peius Babys cantat. Hoc adagium iaci consuevit  
in eos, quorum exercitatio semper uergit in peius.  
Quod genus sunt oratores quidā, qui quo diutius dis-  
cunt, hoc dicunt indoctius. Refertur autem ad huius-  
modi fabulam. Ferunt Babym fratrem fuisse Marsyā,  
qui non ueritus est ipsam Apollinem ad canendi certa-  
men euocare. A quo cum esset uictus, ab eodem supi-  
nus de pinu suscep̄tus, excoriatus est. Deinde cū Apollo pararet Babym quoq; perdere, intercessit Pallas, ad-  
monens hunc usq; adeo infeliciter & indocte tibijs ca-  
nere, ut omnino negligendus esse uideretur, inquiēs,  
Deterius Babys tibijs canit. Quibus uerbis commotus  
Apollo, Babyn a deo contemp̄s̄it, ut eum ne supplicio  
quidem dignū existimaret, sed sūe potius inscitiae ius-  
dicaret relinquendum.

## IN FORTUNI siue exitij.

Aul. Gel. ΟVΘ ζύ πτηθήκοις. i. Asinus inter simias.  
Vbi quis incidit in homines nasutos & cōtumeliosos,  
ipse stolidus à quibus impune rideatur. Quā n̄ er ho-  
die simile quiddam dicunt. Noctua inter cornices, ubi  
stupidior aliquis in hōes petulātes ac dicaces incidit.

Ἐπόζ εἰς αερόβλω. i. Nouacula in cotem.  
Dici solitum in hos, qui forte in eas res inciderunt, in  
quas minime uolebant. Siquidem nouacula, si in molle  
quippiam inciderit, dissecat: si in cotem, retunditur.

ΟVΘ ζύ

Ovō ἐρ μελίτης. i. Asinus inter apes. Suidas.

Dici solitum, ubi quis infeliciter incidit in homines improbos, atq; importunos.

Eἰς μελίτης ἐκόμασας. i. In apes induxisti. Vbi quis præter opinionē in ingens agmen uelut exāmen malorum immergitur.

Εἴποις τὰ τρία πάντα αὐλῆς,

Zenodot.

.i. Dicas tria ex curia.

Antiquitus qui indicum sententijs fuissent ad capitulo supplicium condemnati, priusquam ad mortem ducentur, ea facultas concedebatur, ut uino ciboq; expleti, tria quedā quæcunq; libitū esset dicere. Quæ si mulatq; dixissent, promulgata damnatione producebantur ad supplicium.

Ἐφ' ὑδωρ κοκκός. i. Ad aquam malus.

In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimi quæstibus addictos, propterea, quod antiquitus, infames habebantur, multoq; omniū contemptissimi, qui litigantibus aquam subministrare consueuerunt. Nam alias admonuimus ueteres ad clepsydrarū mensurā in iudicijs dicere solitos. Infundebatur et certantibus per clepsydras aqua. Eam aquam tenues quidam, ac nullius frugis hoīes infundebant, dispensabantq;.

Κύωρ ἐπιστεμώ. i. Canis in vincula.

Zenodot.

Dicebatur, ubi quis seipsum in seruitutem, aut in malum aliquod iniiceret. Sumptum à canibus. Et c.

Βάθης ὑδωρ. i. Mitte in aquam.

Plutarch.

Hoc est, Aufer è medio. Dicitur in hominem, uel in rē exitio digna. Tractum à supplicio quorundam, qui in profluentem, aut mare precipitabantur.

Ἐς κυνόστρεγγες. i. Ad Cynofarges.

Erat autem Cynofarges locus in Attica quispiam, in

X quo nothi

## I N F O R T V N I I.

quo nothi spurijq; exercebatur, cui nomē inditū, à ca  
ne albo, seu ueloce. Nam Græcis ea uox & γρός, utrum  
que significat. Vnde uel contumelie causa dicebatur.  
τις κωστοργυες, uelut in spuriū, uel imprecando  
quasi dicas in malam crucem. Postea consentaneum est  
hoc quoq; loco garrisce cœpisse Philosophos & sophi  
stas. Nam Suidas testatur tria fuisse gymnasia. Lycea  
um, Cynosarges, & Academiam.

Aristop.

Ad coruos. Βέλλες καὶ κόσμοις.  
Id est, Abi ad coruos, perinde ualeat, quasi dicas, Abi  
in malam crucem, in malam rem, atq; in exitium. Ari  
stophā. Ocyus hinc ad coruos abeas.

Lucianus

Εἰς λατρομίοις. i. In lapicidinas.  
Cum significamus quempiam e medio tollendum, &  
in rem malā aliquo auferendum. Natum à Philoxeno  
Poëta Dithyrambico, qui cū Dionysij tyranni poëma  
ta non probaret, utpote indocta, in lapicidinas ab eo  
detrusus est. Marcus Tullius in epistolis, Philoxeni  
animum probat, qui maluerit in carcerem reduci, quā  
assentari tyranno.

Ἐν φρέαλη κυσὶ μάχεσθαι.

.i. In puto cum canibus pugnare.

Dici solitum, ubi cuiplam negotium incidit, cum hoīe  
rīxoso, & contentioso, à quo se nequeat extricare.

In beatam. Βέλλες τις μακερίου.

Id est, Aufer te in beatam, pro eo quod est in malam  
rem. Aristophā. Aufer te hinc procul in Macariam.  
Primum de his serebatur, qui se per uirtutē in peri  
culum sponte demitterent, deinde de quoquis placulo  
dici cœptum. Pausanias refert Macariam esse palua  
dem in Marathone, in qua magna uis Persarum perie  
rit, ignoratione uiarū in ipsam prolapsa, qua ex re na  
tum uis.

tum uideri potest prouerbium.

In orci culum incidas.

Ἐσθὸς πρῶην Τοξὶ πότεροις.

Id est, In Orci culum incidas. Sermo perniciem ex extremū exitium imprecantis.

Charontis ianua. χαρώνεις Δύζε.

Id est, Charontica ianua. De imminentे capitis periculo, siue de re magnopere tristi. Sic enim antiquitus appellabatur una ē carceris ianuis, per quā damnati iudicium sententijs ad supplicium educebantur.

Terrestria balnea. Χρόνια λατρεῖα.

Id est, Terrestria, siue inferorum balnea, Dictum uidetur, nam coniectandū est, ubi quid sero iam adhibetur, nulli futurū usui, ei cui exhibetur. Veluti si quis tum reo patrocinetur, postquam pronunciata fuerit irreuocabilis iudicū sententia. Mos olim fuit, defunctis ad sepulchrū balnea quedam inferre. Cadauera itē seputrare danda prius lauabantur, unde Ennius. Tarquinij corpus bona foemina lauit et unxit.

Aurum habet Tolo sanum.

Anl. Gel.

In eum qui magnis ac fatalibus afficitur malis, nouoq; ac miserando exitio perit. Nam cum oppidum Tolosanum in terra Gallia Q. Cepio cōsul diripiuisset, multumq; auri in eius oppidi templis fuisse, quisquis ex ea direptione aurū attigit, misero, cruciabilisq; exitu perit. Duratq; hodie apud uulgas hæc opinio, ut existiment omnes misere perire, quicunq; à sacris rebus non abstinent manus uiolentas.

Equum habet Seianum.

Olim prouerbio dicebatur, in calamitosum ex ad extream inopiam redactū. Allegoria sumpta ab equo quodam fatali, cui à Cn. Seio domino nomen inditum

X.2.

est Seia-

Diogeni.

## I N F O R T V N I I.

est Seiano, is ex Diomedis equis prognatus fuisse creditus est. Fuit insigni quidē specie, uerū eiusmodi quodam fato, ut quisquis eius equi possessor esset, is cum omni domo ad internicionem usq; deperiret. Id quod Cn. Seius ipse capitū damnatus ac miserando affectus suppicio. Nec hodie desunt qui gladios in bello fortunatos, & huiusmodi quasdā nugas pollicentur principibus. At magis mirandum esse, qui istiusmodi impostoribus credant.

Τραγικόν τάχθον. i. Tragicum malum.

Tragicum malum dicetur in gens, cuiusmodi singuntur in tragœdijs.

Diogeni. τρελῶν χειρ. i. Mustelam habes.

In eum quadrat cui omnia sunt inauspicata, tanquam fastis ac diis iratis, ut aiunt. Olim creditū est, hoc animal inauspicatum infaustumq; esse ijs, qui haberent dominū alerent.

καδμείον νίκη. i. Cadmea victoria.

Huius adagij uariā adducunt & sensum ex originem. Sunt qui putent inutilem uictoram Cadmeam uocatā propterea, quod Eteocles & Polynices Thebani, cū de regnis uicibus disceptaret, singulari certamine cōgreſsi, utriq; perierint. Vel quod Cadmei deuicerint quidē Argiuos cum Adraſto militantes, sed suo malo. Sed undecimq; natū est adagium, Cadmā uictoram appellabant infelicem, etiam ipsis uictoribus.

Εὐδαίμονέσθον καρκίνος οἰλωμός.

.i. Fortunatior Strobilis Carcini.

Ironia proverbalis in infelice & improbum. Carcinus poëta quispiam fuit, cuius filii sunt Strobili. Locus aut sumptus est à nominum allusione. Nam Graecos Carcinus cancrum. Strobili cochleas significant.

Vtrung;

Suidas.

Vtrung; genus distortum ac foedum.

*Illa.* 1050.

*Illa proverbalis erat acclamatio in eos, quibus 2 litera sorte cecidisset, quicq; modis omnibus es- sent infortunati. Coniectare licet eam literā in sorti bus inauspicatam fuisse.*

Suidas.

Mens lœua.

Frequenter hominū mens lœua est ex pessima pro optimis sequuntur, optima pro pessimis repudiāt. Ad hāc sententiam facit illud Hormerī.

*Consilium Hectoreum laudabat utile quisq;, Nemo Polydamantis, at hic dabat utile solus.*

Homerus

Genius malus.

Porro adagium apparet ē priscorum opinione profectum, qui singulis binos genios attribuūt, quos dæmones uocant: neq; hominibus modo, uerum etiā locis, atque ædibus, quorum alter perniciem nobis moliatur, alter iuuare studcat.

Vel hosti miserandus.

*Est autem hyperbole, Nam hostis non facile commo-uetur misericordia. Confine illi.*

*Quod uel ipse probet Momus.*

Mala vltro adsunt.

*Idē et uulgo dicitur. Mala ultro adesse, nō inuocata.*

Per medium anulum traharis oportet. *Aristop.*

*Διὰ στρεπτυλίδος στρέλκυνθην.*

*Id est, Per anulum trahendus es. In eum quadrabit, q; sit uehementer extenuato, graciliq; corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Evidē opinor adagium esse natum à lusu, quo ouum aceto maceratum, per anulum trahitur.*

*Menand.*

E tribus malis vnum,

X.3.

Tωμ

## IN FORTVNIS.

Τῷ μὲν τριῶν κακῶν ἔπος.

*Id est, Trium malorum unum. Sumptum autem à Thesramene, qui cuidam tribus malis unum indixerit, è qui bus quod uellet eligeret. Sunt qui dicant ijs qui sententia capitali damnati fuissent, tria solere deferri, gladium, laqueum, et Aconitum.*

Extrema extremorum mala.

Ἐξ ἀτωρ ἔχατα κακὰ σύσπεπροκτοί.

*Id est, Extrema extremorum mala acciderunt. Hunc sermonis typū Greci uidetur ab Hebreis mutuo sunt p̄fisse, qui uehementiā et ἐπιτάσιpe eiusdem dictiōis congettatione significant. Apud Heremiā. Ficus bonas bonas, et ficus malas malas. Cum ualde bonas, et ualde malas uelit intelligi.*

Ωγύγια κακά. i. Ogygia mala.

*Recte dicentur, uel ingentia, uel antiqua. Nam utrūq; Graecē significat Ogygium.*

Plato.

Διωλύγιον κακόμ. i. Diolygium malum.

*Id est, Ingens malum. ipsa loquendi figura proverbia lis est. Utitur hoc adagio Plato dicens. Hanc longa quidem ac diolygia nugacitas. Dicitur autem proverbiū de eo, qui malo quopiam ingenti ac diuturno tenetur.*

Suidas.

Πόνω πονηρός. i. Labore laboriosus.

*Ponheros enim Græcis ut laboriosum, ac miserum, ita significat et malum astutumq;.*

Λέμνιον κακόμ. i. Lemnium malum.

*De malis immensis ac miserandis. Hinc natum adagium putant, quod aliquando Lemniae mulieres, granuelentia maritorum offendae, eos uniuersos sustulerunt, auxilio Thoantis. Cuius rei meminit et Euripedes in Hecuba.*

Suidas.

Μαγνητῶν κακά. i. Magnetum mala.

*De malis*

De malis ingentibus dictum uidetur, aut ijs, quæ in autores suos recidunt. Cum Termerijs enim malis Magnetum mala coniunguntur. sumptum apparet ab historia, que de Magnetibus afflictis suis meminerit, in qua feruntur incidisse, violato numine quopiam.

Malis mala succedunt.

Homerus

Home. Tradebat notus huc boreæ quandoq; uehendū.

Nunc rursus Zephyro tractandum tradidit eurus.

Tεuvάριον κακόν. id est.

Tænarium malum.

Si quid crudelius sevitum esset in famulos. Tænariū malū uocabant, propterea quod olim Lacedemonijs, captiuos, qui in Tænarum configuerant, redactos capitis affecerunt suppicio. Est autē Tænarus oppidū quod dam Laconiæ, cuius incole Tænaritæ uocentur.

Tam perit, quam extrema faba.

Pompeius

Propterea quod extremae fabæ plerunq; aut proterā tur, aut decerpantur à pretereuntibus. Quadrabit igitur in hominem, seu rem omnibus omnium iniurijs expositam.

Viuus uidensq;

Teretius:

Quod in Eunicho dixit Terent. Viuus, uidensq; pœreo. Vsurpat & aliquot locis diuus Hierony'

Iλίας κακόν. i. Ilias malorum.

Tullius.

De calamitatibus maximis simul & plurimis. Propterea quod in Iliade Homericâ nullum mali genus non recensetur. Vnde ex hac docti putane Tragœdiarum argumenta fuisse sumpta, sicut ex Odyssæ comediarum. Est autem opus uerbosum. 24. uoluntibus uix absolutum. Vnde & quamuis oratione plus satis prolixam, Iliade longiorem uocant. Tullius. Tanta malorum impendet Ilias.

## IN FORTVNII.

Λέρνη κακῶμ. i. Lerna malorum.

De malis item plurimis simul in unū congestis ex aca-  
cumulatis. Strabo commemorat Lernā lacū fuisse quē  
piam Argiuorū ac Myceneorū agro communē, in quē  
cū paſsim ab oībus purgamenta deportarentur, uulgo  
natum prouerbiū λέρνη κακῶμ. i. Lerna malorū. In  
hoc lacu poëte fingunt Hydram illam septem capitū  
fuisse, quam Hercules confecerit.

Athenaeus Αἴδιο κακά. i. Semper Ilio mala.

De uehementer calamitosis et afflictis. Troianorum  
excidii poëtis multa tragediarum argumenta mini-  
strauit, atq; hinc prouerbiū. Stratonicus rogatus cur  
nolleat apud Ilioscis uiuere, respōdit, Sēper Ilio mala.

Athenaeus Sybaritica calamitas. Συβαρίτικη συμφορά.  
Id est, Sybaritica clades. Stephanus tanquam prouer-  
biū notauit. Porro quemadmodū Sybarite pericrint,  
deq; calamitate et luxu eorū, permulta retulit Athe-  
naeus. Quadrabit adagium in eos, qui neglectu deo-  
rum, aut ob intemperantē luxū subuertuntur.

Κακῶμ Δέλχωσα. i. Mare malorum.

Dici solitum de calamitatibus immensis et omnigenis  
inde sumptum quod mare res quedā est infinita, uel  
quod infinitis eruminis abundat. Plautus in Afinaria,  
Meretricem et lenam, mare uocat, tanquam omnium  
autores calamitatum. Mare, inquit, non est mare: uos  
estis mare accerrimum.

Aristides Alio relinquentे fluctu, alius exceptit.  
Nec inconcinne deflectetur ad incursus malorum, ut  
cum fere sit, calamitas calamitati succedit, iuxta illum  
proverbiale uersiculum.

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Κύρβες κακῶμ. i. Cyribes malorum.

De uehe-

De uehementer improbis, & omni facinorum genere contaminatis. Apud Athenenses tabulae quædam erat quadrae, in quibus leges descriptæ proponebantur, præterea variæ delinquentium poenæ. Has illi nū p̄fatio appellant, apud Lucianum ἀζωτε dicuntur.

Θησαυρός κοκκώμ. i. Malorum thesaurus. Plautus.  
Exstat inter Græcanicas sententias senarius:  
Thesaurus est mulier malorum, si mala est.

Κοκκώμ πονίγυεις. i. Malorum panegyris.  
De malis agminatim ingruentibus, & inuicē sibi succedentibus. Panegyris dicebatur solennis ille populi cōuentus, ad ludos festos celebrandos.

Τὸ πρότι δέ τον σκότῳ, id est,

Aristote.

Per tenebras. quæ apud querum.

De ingenti ac fatali calamitate dicebatur. Plutarchus historiæ simul & adagij meminit. Cū bellum esset inter Prienenses & Samios, mille Samij à Prienensibus occisi sunt. Septimo post anno congresi cū Milesijs, primos quoq; ciuiū, ac nobilissimos simul uno prælio amiserunt. Post eam itaq; calamitatem atrocē ac miserrandam, Prienensiū fœmina p tenebrau quæ circa quer cum erant, obtestari ac deierare cœperunt, q; liberos, parentes, maritos eo loco perdidissent.

Grauiora Sambico patitur.

Plutarch.

Δεύτερος σαμβικού τάχει.

Id est, Atrociora Sambico patitur. In eos, qui cruciatis exquisitis torquētur, aut quibus insignia mala accidunt. Proverbiū Plutarchus refert. Sambicus quispiā Eleus, una cū socijs aliquot, nō paucas apud Olympiæ ereas statuas conscidit, uendiditq;. Deinde maioara etiam ausus, Dianae præsidis templum diripuit. At ille mox cōprehensus, dum socios prodere recusat an-

Y.S. num per-

## INFORTVNII.

num perpetuum exquisitis cruciatibus dilaceratus est  
inter quos etiam animam efflavit.

**Plutarch.** Quæ ex antiqua. τοῦ ἐκ παλαιῶν.

Id est, Quæ antiqua, subaudiendū Tyro. Perinde ual-  
let, quasi dicas summam molestiā, extremūq; malum.  
Nam significabant tantū malorum, quantū antiqua Ty-  
rus pertulisset. Historia est apud Q. Curtium.

**Zenodo.** Cuiusmodi portento me inuoluit fortuna  
Οἴω μὲ δοξαίωμα τέρατι συγκαθέσερ.

Id est, Cuiusmodi portento me implicit fortuna.

Dici conueniet, ubi negocium incidit, cum homine mo-  
roso, difficultiq;, cum quo non queas uiuere, nec à quo  
te possis extricare.

My sortitus es. Ἐλαχεῖς δὲ.

Id est, M litera tibi sorte obtigit. A enigma in stultos.

Απφράδες ἄμεραι i.e. Nephasti dies,  
Olim uocabatur inauspicati, ex qbus publica nō licebat  
agere. Vnde receptū, ut hoies inuisos ac detestandos  
αποφράδος appellarent. Testis Lucianus.

Seruabis bouem. βουκόλησθ.

Id est, Bubulus eris. Hoc uelut enigmate significa-  
bant exilium.

**Zenodot.** Ιύδης ἄχυ, id est, Inus dolores.

Ino Cadmi filia, ex Athamante, duos peperit filios,  
Learchum & Melicertum, præterea filiam Eurycleā  
Athania autem uersus in insaniā, reliquos liberos ar-  
cu percussit, occiditq;. Ino unā cum Melicerta se se in  
mare abiicit. Hinc ortū adagium, ut intolerandū, ex  
animantem (ut ita dixerim) dolorem significatēs, di-  
cerent: Ιύδης ἄχυ. Nam achos proprie dolor dici-  
tur apud Gracos, qui prorsus obstupefacit, suiq; sensu  
sum admittit homini.

Niobes

Niobes mala. Νιόβης πάθη.

Id est, Niobes dolores. De maximis ex acerbissimis malis dicebatur. Hanc enim fabule narrant post occisos liberos, quos permultos habebat, præ dolore in sanguinem conuersam fuisse.

Αντιόπης θέλων. i. Antiopæ luctus.

Dici consuevit, ubi quis innumeris calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Natum adagium ab Antiopæ fabula.

Κυδνώσθεις συμφοραι, id est,

Aristotele.

Cythnicae calamitates.

Aristoteles citat, Cythnios usque adeo diuexatos, afflictosq; fuisse ab Amphitryione, ut in proverbiū abierint. Cythnus ex insulis Cycladibus una contra Dryopiden sita.

Cyrnia iactura. Κυρνία ἄστη.

Id est, Cyrnum malum. De magnis dispendijs ex exploitationibus dicebatur. Cyrnus insula quæpiam est è regione Apulia, cuius incole longæui perhibentur esse propter mel, quo plerūq; uescuntur. Nā eius illuc summa copia, quemadmodum autor est Stephanus. Hæc olim nauigantibus erat inaccessa, propter predonum ac piratarum circa illam frequentium.

Αγρου λόφων. i. Argi collis.

Vbi quis ingentibus malis esset implicitus. Potest accommodari uel ad locum, uel ad negocium uarijs obnoxium calamitatibus. Natum aiunt à colle quodam, cui cognomen Argi, frequentibus honicidijs ac latrocinijs infami.

Αρχιδαμίος πόλεμος. i. Archidamicū bellū

De bello saeuo crudelique dicebatur, Epitheto sumpto ab Archidamo duce Lacedæmoniorum, qui ma-

## INFOR T V N I I.

qui maximis copijs impressione fecerat in Atticā, eūq; decem annis diuexarit. Proinde cum funditus tolluntur omnia, bellum Archidamicū dicebatur.

Zenodo. Ardens vestis. Αἴδες πέπλῳ.

Id est, Ardens uestis, siue quemadmodum legitur in alijs exemplaribus: Αἴδες κύπεπλω, id est, Incensus in ueste. Zenodotus prodidit dici solitum de ijs, q; seditionē mouerent, calūriasq; sererent. Existimat aut̄ adīgum natū à ueste Neſi Centauri sanguine infecta, quam à Deianira missam cū induisset Hercules, incensus igni sacro, perīt.

Αἰγύπτιος γάμῳ. i. Aegypti nuptiae. Inauspicate & infelices dicebantur. Sumptū à notissima fabula Aegypti, qui filios quinquaginta, totidem fratris filiabus maritos dedit. At hi, pr̄ter unū, oēs à sponsis iugulati sunt.

Ερασίνης μετ' Ἑρασίνῃ. id est,  
Militauit cum Erasinade.

Vulgo per iocū dicebatur de his, quibus res undequaque male procederent. Erasinades dux Arginusam obfederat, infeliciter autem pugnatū est &c.

Qui multum obfuit.

Sicut eiusdē artificis est egregie mentiri, & uera dicere, ita eiusdem est, prodeſſe plurimū, ac ledere.

Excubias agere in Naupacto.

Φρουρῆσαι κύρωπάκτῳ.

Id est, Excubare Naupacti. Achiuī capta Naupacto, Pausaniam excubijs, custodięq; pr̄fectū interfecerūt autore Theopompo. Vnde res in iocū uulgi uidetur ab ijsse aduersus eos, q; pereunt ignavia sua: aut qui nūn odiosum, ac plenū discriminis administrarant.

Λευκία χει. i. Lemnia manu.

Dictum

*Dictum pro eo quod est, nefaria, impia, crudeli.*

*Lepus apparet, infortunatū facit iter. Suidas.*

*Φοεις δὲ λαχεῖσι συνεχεῖς πρὶν τρίτης.*

*Id est, inauspicatum iter obuius facit lepus. Vulgo creditum etiā his temporibus occursum leporis omen esse parū felix iter ingressis. Torqueri potest ad interueniū cuiuspiā, q̄ uideatur incommodum aliquid allaturus.*

*Minxit in patrios cineres.*

*Qui intemperijs ageretur, cuiq; cuncta cederent infeliciter, in patrios cineres nunxiſſe dicebatur. Antiquitus enim paterni sepulchri, summa fuit religio.*

*Fortuna prorsus aduersa.*

*Cū res bonis instituta consilijs, tamen male cedit, illud <sup>Homerus</sup> apposite dixeris, ex Homero:*

*Ille ubi iam inuisus diuis etiam omnibus effet.*

*Rupta ancora Κράδης ἐργείσης.*

*Id est, Rupta crada. Dicbatur de his, qui repente tanquam magnum quiddam facturi prodissent: deinde falsa omnium expectatione, turpiter & indecorē se secessissent in negotio. Porro crada hoc loco, non fulcrum ramum indicat, sed uncum illud es, quo uincti tenebantur actores in machina.*

*Commune naufragium.*

*Κοινὸν ναυάριον τοῖς πᾶσι πλακύθιον.*

*Id est, Commune naufragium, omnibus solatum.*

*Obedientia felicitatis mater.*

*Aeschylus.*

*Πόθενχία πάσι τὴν εὐπρέξιας μητή.*

*Id est, Felicitatis mater obedientia, Coniuncti, ut aiunt, hospitatoris iouis. Fingit poëta louem hospitatorem, cuius beneficio contingat salus, huic esse uxori cui nomen περισχία, id sonat obedientiam: sed propriequa paremus magistratibus & principibus: ex horum con-*

## INGENII MALITIA.

rum coniugio natam esse filiam, cui nomen εὐπόρεια id est, felicitas. Principis est consulere saluti ciuiū. Id conatur bonis & aequis legibus: populi est his obtenerare, si uelit esse felix. Sed utinam non essent Ioues διάθεσιοι, quib⁹ uxor esset ἀρπία, & filia δ' usus id.

## INGENII malitia & institutio.

Lupus pilum mutat, non mentem.

Ο λύκος τὸ τρίχα οὐ τὸ γνώμων ἀλλά τὸ .i.  
Lupus pilū, non ingenū mutat. Senecta caniciē adfert improbis, non item auferit maliciam. Canescunt enim lupi uelut equi more hominum per etatem.

Horatius. Naturam expellas furca, tamen usq; rescurrat.

Sensus est, haud facile dedisci, quæ nobis natura penitus indidit atq; inscœvit. Ducta est metaphora à ramis, qui apposita furca torquentur alioq; natura posuerat. Horatius alibi: Tolle periculum. Iam uaga profiliat frenis natura remotis.

Lignum tortum haud unquam rectum.

Ξύλον ἀγκυλον, οὐδὲ τοτὲ ὅρθον.

Id est, Nunquam rectū tortile lignum. Distorta, præuaq; ingenia, uix unquam ad bonam frugē traducuntur

Aethiops non albescit,

Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται.

Id est, Aethiops non candescit. De ijs dici solitum, q; nunquam mutaturi sunt ingenium.

Qui semel scurra, nunquam paterfamilias.

Sensus

*Sensus est autem, eum, quem semel depuduerit, quiq;  
contempta fama scurraram agere cœperit, uix unquā ad  
bonam frugem redire.*

**Podex lotionem vincit.**

Πρωκτὸς λούτρου τῷ φεγγίῳ.

Aristop.

*Id est, Podex lotionem uincis. In eos, qui sese in malum aliquod adigunt, propterea quod ea corporis pars etiam si lauatur, semet rursum inquinat, ita ut ipsa sit in causa, quo minus lauari possit. Quadrabit etiam ubi quid frustra fieri significabimus. Veluti si quis nocenter ē carcere redimat, atq; ille mox iterato cōmissō, semet eodē præcipitet. Conueniet et in illos, qui suo ipius uincum malo. Veluti si quis morū intractabilitate obtineat, ne post hac obiurgetur à præceptore.*

**Occasione duntaxat opus improbitati,  
vel malicie.**

*Quadrabit in nocendi cupidos, qui ne temere lēfisse uideantur, causas prætexunt. Malefacere q uult, nusquam non causam inuenit. Vulgo dicitur apud nostrates: Facile fustē inuenerit, qui cupit cadere canē.*

Martialis:

*Irasci tantum felices nostis amici,*

*Non quia sic merui, sed iuuat hoc facere.*

**Saliuam imbibere.**

Hierony.

*Diuus Hieronymus in Euangelia proloquens: Quis enim, inquit, doctus pariter uel indoctus, cum in manus uolumen assumpserit, et à saliuā, quam semel imbibit, uiderit discrepare, quod lectitat non statim erumpat in uocem? Sumpta metaphora ab infantibus, quibus præmansum cibum nutrices in os inserūt non sine saliuā, cui cum assuerint, nihil tā illis sapit, quod ab illius prime saliuā gustu diuersum sit.*

Quo se-

## I N G R A T I T V D O.

**Horatius.** Quo semel est imbuta.

Hora. *Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem,  
Testa diu.*

Proinde recte monet Fabius, ut statim optima discantur,  
propterea q; nihil hæret tenacius, q; id, quod rūdibus annis percepimus.

## S INGRATITVDO.

**Theocri.** Ale luporum catulōs.

*Theocritus in Hodæporis:*

Θρέψου μὴ λυκιδῆς, θρέψου κανάεως τὸ φάγον,  
Id est, Pasce canes qui te lanuent, catulōs luporum.  
In eos, qui ləduntur ab ijs, de quibus bene meriti sunt,  
aut in ingratis.

**Menäder** Aries nutritionis mercedem persoluit.

*Κρίσις προφθαστέπεισμη.*

Id est, Aries aliturā rependit. Quadrat, ubi q; pro be nefactis maleficium reponit. Allegoria sumpta ab eo, q; aries cornibus impetat alueū, qut uas in quo pabulū apponitur, ipsosq; quorū opera nutritus est, aut etiā nutritur, cornibus incessit. Effertur ετ; ad hunc modum:  
Arietis ministeriū, præ officio collocato in ingratum.

Qui canem alit externum.

Nam canis alienus relicto fure quo alligatur, pristinū dominum repetit.

**Hirundines sub eodem tecto ne habeas.**

*Οὐωρο@ίς χελιδόνας μή ἔχει.*

Hoc est, Hirundines ne habeas sub eodem tecto. D. Hieronymus Aristotelis autoritatē secutus, interpretatur abstinentiū à cōmercio garrulorū ετ; susurronū. Recte Pythagoras coniuctore ingratum parūq; firmum hirundinis sy mbolo monuit ablegandum.

*Pro bene*

Pro benificentia Agamemnonem vlti  
sunt Achiui. Αὐτὸν εὐθεσίας ἀγαμένῳ  
νοεῖσθαι αχαιοῖ.

Id est, Pro meritis male tractarunt Agamemnona  
Grai. Dicebatur in ingratis, qui pro summo benefi-  
cio, summum remetiuntur maleficium. Agamemnon  
enim tot exhaustis laboribus in expugnāda Troia, pro  
dignitate Grecie, domum reuersus, ueste inexplica-  
bili inuolutus, interfactus est à Clytemnestra, auxilian-  
te Aegistho adultero.

### Pro parca scorpium.

Αὐτὶ πέρικης σκορπίοις.

Id est, Pro parca scorpium. Vbi quis optima captans,  
pessima capit. Nam parca piscis est uel maxime lauda-  
tus. Scorpius letalis est, piscis etiam huius nominis,  
contempti saporis.

### Ingratitudo vulgi.

Homerus

Qui significabit sibi molestam ingratitudinem, quod  
intelligat superiorum officiorum nullam haberi ratio-  
nem, nō inconuenienter usurpauerit illud Home.  
Post hac ne placidus sit quisquam, ne uel benignus,  
Nec mitis, iustiq; tenax rex septriger unquam,  
Sed semper ferus esto, & semper iniqua patrato.

Nemo benemerito bouē immolauit, præ

ter Pyrrhiam. Οὐδὲν εὐθεσίας οὔτε πράξεως Plutarch.

Id est, Nemo bouem immolauit benemerito, nisi Pyr-  
rhias. Hoc proverbio quondā utebatur, si quando quis  
extitisset, homo insigne gratus, qui beneficium acce-  
ptum ampliter repensaret. Plutarchus adagium na-  
tum enarrat ad hunc modum. Nauis quædam piratica  
appulit ad insulam Ithacensem, in qua forte fortuna

Senex

## INGRATITVDO.

Senex quidam erat una cum cadi scilicet libus plenis pice Pyrrhias quidam Ithacensis, ut opinor, negotiator, secundum dato precio redemit a piratis. Deinde profectis piratis, indicauit in cadi multam pecunia uim pici ad mixtam, abditam esse. Qua reperta, cum Pyrrhias de- repente diues esset redditus, cum magnifice collaudauit senis erga se gratitudinem, tum eidem bouem immolauit, officij præmium. Accommodabitur in uulgatam mortalium ingratitudinem, adeo ut uix unu reperias, qui meminerit officij. Non abludit hinc exemplum Euangelicum, quo è decem lepra, Christi beneficio liberatis, unus duntaxat reuersus est, qui gratias egerit.

Zenodot. Simul & misertum est, & interiit gratia.  
Ἐπὶ ἡλέκτου κοὶ τέλυντερ ἡ χάρις.

Id est, simul & misertum est, interiitq; gratia. Senarius dici solitus in ingratum, qui simul atque leuatus est malis, desinit meminisse benefiorum eius, cuius opera restitutus est. Plautus:  
Si quid iuves, pluma leuior gratia, si quid offendas, plumbas iras gerunt.

Aristote. In senem ne quod collocaris beneficium.  
Γέροντι μηδὲ τοτε μηδὲρ χρησόν πιέσῃ.

Id est, Ne quid unquam beneficij collocaris in senem. Dicitur hodieq; uulgo, Negi in senem, neq; in puerum collocandum esse beneficium, propterea q; alter nō refert, alter non meminit.

Hostis non hostis.

Ἄτολεμος τολέμιος.

Id est, Citra bellum hostis. Dicitur, qui nulla lae- ceſtus iniuria, tamen que hostium facit, aut qui pacis obtextu facit hostilia.

INGRA

vetus statem.

Piscis nequam est, nisi recens.

Plautus.

Dicitur autem peculiariter in hospitem, aut uulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus est, ceterū ante triduum exactum putet. Plautus: Quasi pis-  
cis itidem est amator lena, nequam est, nisi recens.

Piscis repositus. Απκει μεν οιχασθε. Plutarch.

Id est, Repositus piscis. In proverbiū abīsse uideatur aduersus eos, qui nihil seruam in posterum. Nam pisces olim in deliciis erant. Et prudentis est ē cibis semper aliquid habere sepositum, quo subitū excipiat hospitem. Nec Achillem Homericum imitari, ad quē cum accedunt oratores, aut Priamus, domum inanem ac famelicam offendunt. Conueniet in parcum ac de crastino sollicitum.

Quantum ex Bacchanalibus.

Suidas.

Οτορ εκ διουσιωρ.

Id est, Quantum ex Dionysijs siue Bacchanalibus. Suidas proverbij loco refert, sed perturbatius, ut aſſolet antiquitus apud Atticos consueuerunt annos ac numerum accedentem à Dionysijs numerare, quemadmodum ex Olympiadibus. Iterabatur autem Dionysiorū festū tertio quoq; anno. Suidas sic integre recent. Ex hoc propè tantū quantum ex Bacchanalib⁹ addit dictū de rebus uehementer expetendis atq; expectatis

Antiquiora diphthera loqueris.

Αρχαιότερος διφθέρας λαζαίς.

Id est, Antiquiora diphthera loqueris. In eos quadrat, qui nugas narrant, aut de rebus nimii priſcis, et iam pridem obſoletis. Siquidem aiunc diphtheram pellem fuisse eius caprae, que Iouem lactarit, in qua creditum est antiquitus, illum omnia scribere que fierent

a.2. Vnde

## INGRATA OB VETVST.

Vnde quæ nec in historicorum literis extarent, nec in hoīm memoria scrūarentur, ea uelut ex iouis diphthera petita dicebantur.

A Nannaco. Αὶ παννάκοι.

Id est, A Nannaco. Cum significamus rē ab extrema usq; antiquitate repetitā. Nannacus rex ante Deucalio nem fuīe narratur, q diluuiū futurū praeuiderit. Latini consimili figura dicunt, ab Aborigīnū seculo repe- tita, & perinde quasi cū Euandri matre loquaris. Nō discrepat ab hoc: Antiquior Codro.

Zenodot. Res Cannacæ. Τὰ καννάκοι.

Id est, Res aut mala Cannacæ. Bisariam utebātur hac paroxmia, uel de rebus ob uetustatē admirandis, uel de lamentis & complorationibus miseriis ac lachrymosis. Stephanus meminit adagij, nisi quod Annacum appellat, non Cannacū. Ait enim Annacum uixisse supra annos trecentos. Itaq; undiq; cōsulta oracula, quo usque uicturus esset, & responsum autem, mortuo Annaco pēritura uniuersa, quo defuncto succēssisse diluuiū Deucalionis. Ceterū auditō responso, magnopere luxisse Phryges, at hinc de graui luctu prouerbiū ortum.

Antiquior q̄ chaos & Saturnia tempora.

Χάος ἀπχαλοῖς θρ.

Id est, Antiquior quam chaos. De re nūmū prisca & obsoleta. Ibius, volat in alieno chao. Ac rursum Hic autem nugatur, ac temere nugis infundit in nos, antiquiores, quam chaos, ac Saturni tempora redolētes Alludit adagium ad chaos, ad quod poëte deorum ac rerum omnium originem referunt. Ouidius opificiū mundi hinc auspicatur, & Hebræi.

Diogenia. Per antiquum diem. Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας  
De re admodum uetusta & prisca. Finitimum illi,  
quod he

INITIVM LAVDATVM. 181  
quod hodie non inscite iactatur in scholis philosophorum: Magno Platonis anno.

Pellenæa tunica. πελλενα χιτωρ.  
Id est, Pellenæa uestis. De prisco cultu. Pellenæ peruetusta Achæa ciuitas, Protei patria, in qua diuersæ uestimentorum forme fieri consueverunt, attestante Suida. Iulius libro de rerum uocabulis septimo, prodidit lenas Pellecenas olim nobiles fuisse, adeo ut in Iunonij ludis ac certaminibus uictori lacerna Pellenica premij uice daretur. Diuersum illi: Munus leuidense. Lepidius erit, si per ironiam adhibetur. Veluti, si pro laboriosis ac diutinis officijs uile munusculum missum sit.

## INITIVM laudatum.

Cum paruula est, bona uidetur spina.

Μικρόθερη ἡ ἔκκουθος ἀρσενικὴ φοίνικτος.

Id est, Cum pusilla est spina, bona uidetur. Puerilia semper amabilis.

Primum Aegina pueros optimos alit.

De re quapiam, que melioribus initijs copta, paucum ad deterius dilabitur, ut pleraque mortalium faciunt. Sumptum adagium ab Achille, Patroclo, Aias, Neptolemo, quod hi uirtute precelluerint, cum essent Aegenitæ. Deinde labente morū integritate, male coeperunt audire Aegenitæ. Non dissimile illi: Quondam fuerunt strenui Milesij.

Primum Mars in filijs laudatus est.

Suidas.

Τὸ πρῶτον ἄγεν τοὺς ποιῶντας ἐπικέντο.

Id est, Initio Mars laudabatur ob filios. De ijs, qui initio specimen aliquod indolis egregie praeseferunt, a.3. deinde

## INIVSTICIA.

deinde paulatim in alios degeneravit mores. Quemadmodum euenit Romanus olim strenuus.

## INIVSTITIA.

Hesiodus Malum lucrum, æquale dispendio.

Celebratur Hesiodum dictum:

Μὴ κοκκὸς κορδὲ σίνει, κοκκὸς κέρδει ἵστα ἀτρότιμον.

Id est, Ne male lucteris, mala lucra æqualia dānnis.

Vtinam hanc sententiam cū mortales omnes, tum præcipue negotiatores, non scrinijs, sed pectori inscriberent suo, ducerentq; non esse lucrum, quod iactura bona mentis cōparetur. Pindarus. Quod præter iustū est dulce, exitum habet amariſsum.

## INSALVBRITAS.

Suidas. ιδηζεια.

Olim dicebantur, qui parum commode, parumq; salubriter uiuerent, propterea quod Isthmiorum ludorum tempus, morbis effet obnoxium, ob ingentem hominū conuentum. Fortasse non absurde dicetur in hos, qui frustra conantur, propter Isthmi pofitionē à multis in feliciter tentatā. Qua de re alibi dictum est copiosius.

Tullius. Qui mori nolit ante tempus.

Athenaeus in sermonibus conuiuialibus, de Sybaritis huiusmodi refert proverbiū: Qui non uelit apud Sybaritas ante diem fatalē mori, cū haud optaret solem confpicere, nec occidentem, nec orientem. Hoc ideo uulgo iactatum scribit, quod Sybaritarum ciuitas in humili loco, ac uelut in conualle sita fuerit, ut aestatis tempore mane pariter ac uesperi frigus immensum sentirent, meridic intollerandum ardorem.

Columella

Columella usurpat in ganeones, qui noctes libidinibus  
et ebrietate, dies somno uel ludo consumunt.

Tullius usurpat in Asotos, cui genti nomen inditum  
est à luxu uitæ.

Herculanus morbus. Ηέρκλεος νόσος. Zenodo.

Id est, Herculanus morbus. Hunc Dicearchus  
apud Zenodotum cum existimat esse, quem alij sacrū,  
alij comitialem appellane. Est autem ex eorum nume-  
ro, quibus nulla medicorum ope succurri potest, pro-  
pterea quod diuinitus immitti creditur, eoq; cognos-  
men additum est sacro.

Herculana scabies. Ηέρκλεος φύγα. Suidas.

Id est, Herculana scabies. De scabie iucunda, facia-  
leq; sanabili, interprete Suida, aut que defuderet Her-  
culana, id est, calida balnea. Evidem opinor dici pos-  
se uel in eos, qui multo studio, alio ue labore ualitudis  
nem offendunt, ut quibus aliquo laxamento opus sit.  
Vel in eos, qui blandis adulatio[n]ibus deliniti, ueluti iu-  
cunda quadam scabie pruriunt.

Ipsa senectus morbus est.

Terentius.

Terentius i Phormione: Nam in senibus, ut absit mor-  
bus, ipsa senecta per se mala ualitudo est.

Home. Viribus effœtum, iā te premit aspra senectus.

Virg. Subeunt morbi tristisq; senectus.

Metue senectam, non enim sola aducit.

## INSIDIAE.

Βυαζοδομενήη.

Frequenter est apud Homerum, pro eo quod est, alto  
pectore moliri quipiam, et claviculū in animo struc-  
re insidias. Translatum à fundamentis aedificiorum,  
quæ profunde iaciuntur.

a.4. Cauentis

# I N S I D I A E.

**Homerus** Cauentis clancularias insidias.

Cum significabimus circumspectius agendum, ne quis noceat imprudenti. **Homerus:**

Nunquam mi à tergo fugienti infixeris hastam,  
Sed prompto potius aduersa in pectora torque.

Hoc licebit usurpare, cū q̄s nō detrectat aptū certamē  
ΔΣΡΕΩ ΙΜΠΡΟ.

Id est, Dureus equus. De clandestinis insidijs dicebatur, aut ubi repente complures apparerent, qui latebant antea. Sumptum ab equo Homero, in quo Gr̄corum proceres abditi, repente profilientes Troiam ceperunt. Hunc Homerus Durateum appellat. Nec inscitum fuerit, si quis ludū aliquis eruditus Durateum equū appelleat, q̄ ex eo breui tempore summi uiri prodierint.

**Teretius.** Inescare homines.

Teren. in Adelphis: Abi nunquam rem facies. Nescis inescare hoīes Sannio. Ducta est ab ijs, qui prefxo ēri cibo pisces illiciunt.

**Plutarch.** Oportet omnibus corydalis.

Πασκησι κορυδάλωσι χρή λόφορ ἐγγενέως.  
Id est, Omnibus galeritis oportet cristam inesse. Citatur ex Simonude, et usurpatur à Plutarcho in uita Timoleontis, in hunc sensum: nullum esse mortalis uigenium, cui nō sit aliquid uitium admixtum, seu perinde secundum hoīes naturam sit non carere uitio, ut galea naturale est habere cristam.

**Plautus.** Tragulam iniūcere.

Plautus in Epodico: Tragulam in te iniūcere adornāt, id est, dolum aliquem in te struunt. Et ibidem: Nescio quām fabricam facit. Huic simillimum in Mostellarid Pilum iniūcisti mihi.

Ab tran

**Ab transenna cibum petere.**

Plautus.

*A transenna cibum petere dicitur, qui periculo proximus est. Plautus in Bacchidi. Nunc ab transenna hic turdus lumbricū petit. In senem dicitur legentem epistolam, per quam erat fallendus.*

**In transennam inducere.**

Plautus.

*Est dolo fallere. Plau. in Persa. Nūc ego hodie hominem in transennam doctis ducam dolis. Ab aucupibus sumptū est, qui intra cancellos escam spargunt, insidiantes aviculis. Vnde ex hodie qui dolo captus est, intra transennam esse dicitur.*

**Pulchre fallit vulpem.**

Suidas.

*Παλεύει καλῶς τὴν αλώτερον.*

*Id est, Decipit pulchre uulpem. Suidas recenset dūta xat, nec explicat. Apparet dictum in eum, qui dolis captaret astutum, cuique frustra tenduntur infideles. Nam παλεύει, est arte illectare. At uulpem dolo circumire difficile est.*

## INSTANS.

**Ante pedes.**

Terenti.

*Ante pedes esse dicitur, quod obuiū, quodque uel praesens adeſt, uel imminet. Terenti. Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est uidere, sed etiā illa que futura sunt prospicere.*

## INSTUPIDOS.

**Ἐδέ κάρδια μορ. i. Ede naliurtium.**

*In socordem, ignavum, hebetem, stupidum, olim dicebatur, propterea quod huic efficacia inesse credant, cruce contraria, vim enim uigoreque animi suscitare.*

**Nihil ab elephante differt.**

Diogeni.

a.5.

*Βλέφαρον*

## IN STUPIDOS.

Ἐλέφαντος διαφέρει οὐδέποτε.

**I**d est, ab elephante differs nihil. In magnos ac stupidos dicebatur, etiam si primam ingenij laude Plinius tribuit elephantis, sed inter bruta. Verum corporis moles, et forme fœditas adagio locum fecit. Referatur à Diogeniano.

Nihil differs a Chærephonte.

Οὐδέποτε διοισθεῖται Χαρεφῶντος τοῦ στόματος.

**I**d est, Nihil ore quicquam à Chærephôte discrepat. In macilentum pallidum dicebatur. Chærephon enim tragœdiarū scriptor fuit. Is Heraclidarum res prosecutus est. Quoniam autē nocturnis lucubrationibus erat maiorem in modum extenuatus, confessusque, nubari ioco taxatus est.

**D**iogeni. Mens non est in centauris.

Νός οὐκ εἴναι κενταύροισιν.

**I**d est, Mens non inest Centauri. In uerordes et stupitos dicebatur, et qui conarentur quod effici non possunt. Nota est Centaurorum fabula. Adagium à Diogeniano refertur. Isque conuenire putat in contentiosos, et alieni appetentes, propterea quod Centauris exitium attulerit rerum alienarum appetentia.

**A**riftop. Becceselenus. βεκκεσέλιων.

Proverbio dicebatur stupidus, ac delyrus, syderatus, aut ad modum senex. Beccus Phrygius antiquissima lingua panem significat. σελίων lunam. Vnde Arcades, qui uolunt mortaliū oīm antiquissimi uideri, προσέλιων dicuntur, tāquam antiquiores ipsa luna.

**D**iogeni. Saturni podex. κρόνος πυγή.

**I**d est Saturni culus, de carnibus uetulis, iamque mancis et sensu uacantibus. Quidquid enim putre iam et effossum intelligi uolebant oīm id Saturnū uocabat. Meninū

minit Diogenianus, nec tamen explicat.

Aesopus.

**Caput vacuum cerebro.**

Ὥοιος οὐ φαλὺς, οὐδὲ εὐκέφαλος οὐκ ἔχει.

Id est, O quale caput, et cerebrum non habet. De his qui corporis specie praececellunt ingenio carentes. Nam tum ex apolo qui circumfertur inter Aesopicos. Vulgo quoque recordibus et insipidis, aiunt cerebro vacuum esse caput.

Lucianus

**Margites.**

Margiten pro stupido dixit Lucianus. Sed existimat te cum Margite quopiam loqui. Conuenit cum illo Hesiadio. Nulla in parte utilis, quod nec ipse sapit, nec alijs obtemperat.

Plato.

**Rana Gyrina sapientior.**

Sūptū est adagiu ab informā partu ranarū, quē Græci γυρίνας vocant, à figura corporis in gyrum orbiculati. Porro cum ranae tribuitur loquacitas, quæ stoliditas solet esse comes, minimū mētis inesse oportet gyrinis, quos uix deprehēdas aīal esse, nisi mouerentur.

**Ouium nullus usus.**

Προβάτωρ οὐδέποτε φελός τὰ μὲν ποιμανῶσται. Id est, Ouium nulla utilitas, si pastor absit. Admonet adagium ἀναχέρεψη, rem esse oīm perniciōsissimā. Nihil recte faciunt ministri nisi adsit herus. Inutiles discipuli, sine præceptore.

Προβάτωρ καθός. id est.

**Ouium mores.**

In stupidos ac stolidos iaci solitum. Nam et ouium ingenium quemadmodum aiunt, simplex ac stultum. Si quidem est omnium quadrupedum inertissimum.

Fœnum esse. Ambrosia alendus.

Tullius.

Vtrumque proverbiali figura dixit M. Tullius alterū in indo-

# IN STUPIDOS.

Ἐλέφαντος διαφέρει, οὐδέ μ.

**I**d est, ab elephante differs nihil. In magnos ac stupidos dicebatur, etiam si primam ingenij laudē Plinius tribuit elephantis, sed inter bruta. Verum corporis moles, ex forme fœditas adagio locum fecit. Referatur à Diogeniano.

Nihil differs a Chærephonte.

Οὐδέ μ διοισδε χαρεφῶντος τὸν εἰσιμ.

**I**d est, Nihil ore quicquam à Chærephôte discrepat. In macilentum pallidūq; dicebatur. Chærephon enim tragœdiarū scriptor fuit. Is Heraclidarum res prosecutus est. Quoniam autē nocturnis lucubrationibus erat maiorem in modum extenuatus, confectusq; nubari ioco taxatus est.

**D**iogeni. Mens non est in centauris.

Νός οὐκ ἐν κενταύροισι μ.

**I**d est, Mens non inest Centauris. In uerordes ex stultis dicebatur, ex qui conarentur quod effici non possunt. Nota est Centaurorum fabula. Adagiu à Diogeniano refertur. Isq; conuenire putat in contentiosos, ex alieni appetentes, propterea quod Centauris exitiu attulerit rerum alienarum appetentia.

**A**riftop. Becceselenus. βεκκεσέλων.

Proverbio dicebatur stupidus, ac delyrus, syderatus, aut ad modū senex. Beccus Phrygū antiquissima lingua panem significat. σελών lunam. Vnde Arcades, qui uolunt mortaliū oīm antiquissimi uideri, προσέλων dicuntur, tāquam antiquiores ipsa luna.

**D**iogeni. Saturni podex. κρόνος πυγή.

**I**d est Saturni culus, de carnibus uetulis, iamq; mancis ex sensu uacantibus. Quidquid enim putre iā ex effœtum intelligi uolebant oīm id Saturnū uocabāt. Me minit

minit Diogenianus, nec tamen explicat.

Aesopus.

**Caput vacuum cerebro.**

Ὥδιας κεφαλή, οὐδὲ εγκέφαλος οὐκ ἔχει.

Id est, O quale caput, ex cerebrum non habet. De his qui corporis specie praezellunt ingenio carentes. Nam tum ex apolo qui circumfertur inter Aesopicos. Vulgo quoq; recordibus ex insipidis, aiunt cerebro vacuum esse caput.

Lucianus

**Margites.**

Margiten pro stupido dixit Lucianus. Sed existimas te cum Margite quopiam loqui. Conuenit cum illo He siodio. Nulla in parte utilis, q; nec ipse sapit, nec alijs obtemperat.

Plato.

**Rana Gyrina sapientior.**

Sūptū est adagiu ab informā partu ranarū, quē Græci γυρίνας vocant, à figura corporis in gyrum orbicu lati. Porro cum rane tribuitur loquacitas, quæ stoliditatis solet esse comes, minimū mētis inesse oportet gyrinis, quos uix depræhēdas aīdā esse, nisi mouerentur.

**Ouium nullus usus.**

Προβάτωμα οὐδέποτε φέλει τὸ ποιμηλώ αἴσθηται.

Id est, Ouium nulla utilitas, si pastor absit. Admonet adagium ἀναρχίας, rem esse oīm perniciōsissimā. Ni bil recte faciunt ministri nisi adsit herus. Inutiles discipuli, sine præceptore.

Προβάτωμα οὐθενται. id est.

**Ouium mores.**

In stupidos ac stolidos iaci solitum. Nam ex ouiu ingenium quemadmodum aiunt, simplex ac stultum. Si quidem est omnium quadrupedum inertissimum.

Fœnum esse. Ambrosia alendus.

Tullius.

Vtrumq; prouerbiali figura dixit M. Tullius alterū in indo-

## I N S T V P I D O S.

*in indoctos, ac brutos homines, alterum in egregios,  
ut intelligas illos pecudibus, hos diis equandos. Nam  
fœno uictitane boues. Ambrosia cibus est deorum.*

**Athenæ.** Tibicines mente capti.

*Athenæus libro Dipnosophistarum. 8. Diij tibicinibus  
nunquam mentem inservare. Sed simul ac flarint auo-  
cat illico mens.*

**Diogeni.** Ne quis vñquam Megarenſibus.

*Nunquam quisquam sapientior sit Megarenſibus. Sc̄o-  
ma proverbiale iaci ſolitum in ſtupidos. Dictum eſt  
aut̄ per adulatioñē de Megareñibus, autore Diogeni.*

**Diogeni.** Mīdōes ὄντως ὁ τοι. Midas auriculas aſini.  
Refertur à Diogeniano. Natū à fabula notissima Mi-  
da regis Phrygiæ, cui phœbus, quod ſtolide Panē ca-  
mentē ſibi prætulifſet, aſininas affixit auriculas. Quis  
cum diu mitra occulnifſet, tandem à tonsore animad-  
uerſum eſt, ac prolatum in uulguſ. Porro adiugum re-  
cie dicetur, uel in ſtolidos & craſis auribus, pinguicq;  
iudicio homines.

**Plautus.** Fungus.

*Plautus in Bacchid. fungum dixit pro ſtupido, impen-  
ſeq; credulo. Vel quia fungus per ſe inſipida quaepiā  
res eſt, uel quod mollis ac fragilis, uel quod ſubito pro-  
rūpat. Plautina uerba ſunt hæc. Adeon' me fuiffe fun-  
gum, ut qui illi crederem. Idem in eadē fabula. Qui  
cunq; ubi ubi ſunt, quiq; fucre, qui futuri ſunt poſthac  
ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, bucones, blēui, ſolus  
ego omnes ante eo ſtultitia.*

**Seneca.** Aut regem aut fatuum naſci oportere.  
Dictum eſt igitur. Aut fatuum, aut regem naſci opor-  
tere, qđ huiusmodi ferme fuerint Barbari reges apud  
ueteres, quorū utram nostræ tempeſtatis principes  
ſint diſſi-

sint disimillimi. Nam & fatuis ob inopiam mentis omnia permittuntur. Et regibus ob potentiam omnia laudi quoq; tribuuntur.

**Mωρότερος μελιτίδης.** i. Stultior Melitide. Zenodot. Melitides unus est è felicissimis illis fatuis, quos Homerus suo carmine nobilitauit. Hic iam euersa Troia, uenisse legitur auxiliū latus Priamo. Zenodotus dicit hunc nec potuisse numerare ultra quinq;.

Nescit capitis & inguinis discrimen. **Iuuenalix**  
Qui eo impudentiae uel cæcitatis potius deuenerunt,  
ut nullū prorsus faciant discrimen inter honestum ac  
turpe, hi nescire dicuntur, quid intersit inter caput et  
inguinis. Iuuena. Quid enim Venus ebria curat?  
Inguinis & caput que sint discrimina nescit.

Vir videbatur nauis supplicans scopulo. **Suidas.**

**Ανήρ οὐκέ τε νεῦσι κατέρυθρος ἐπερχεται.**  
Id est, vir uisus esse est, nauis obsecrans petram. De stupidis & stolidis, quū aliud pro alio uidetur dictū, indicat Suidas, ducta metaphora à naue quæ impingit in scopulum.

**Γῆς ἐρημος.** i. Terræ intestina.

**Diogeni.**

Dicebantur uilia, nulliusq; precij. Saxa uero terre uiscera dicuntur. Simile illi. Telluris inutile pondus.

**Λάρος καχενώσ.** i. Larus hians.  
Dicebatur, ubi quis audius inhiaret prædae. Est enim Larus avis audita, uoraxq;.

**Κορυβανός.**  
Pro insaniare dixit. Aristophanes in Vespis. Aut uere **Aristop.**  
insanis, aut corybanticus. Hanc uocē frequenter usurpat Lucianus. Sumptū est à Corybantibus Cybeles cultoribus, qui sacro correpti furore, cymbola pulsant alios item in similem agentes rabiem.

**Lucerna**

# IN S T V P I D O S.

Diogeni.

Lucerna pinguior.

Λιπώπερος λύχνος, λιπώπερος λυχνίας:

*Id est, Pinguior lucerna. pinguior lecytho. Videtur ironia proverbialis, in eos, qui cum sint edaces, nihil tamen inde sunt habitiores, quemadmodum lucerna plurimum absunit olei, neque tamen unquam fit sagittaria. Fortassis non absurde deflectetur in hoies crasso iudicio aut luxui deditos.*

Pindarus

H Boiotia ḥe, i. Boeotica sus.

*Venustissimum adagium olim in stolidum et indoctum hominem iaci solitum. Interpres originem proverbis refert ad hunc modum. Qui Priscis temporibus Boetiam regionem incolebant vox, appellabantur, gēs barbara et agrestis, proinde quidam depravata uoce, pro vox vox, id est, sues appellantur. Id est scomma cessit in proverbiis, ut primum in Boetos dicetur, ab his in quo suis indoctos, incōditos, moribusq; rusticaniis homines torqueretur.*

Boeoticum ingenium.

*Quidquid insulsum esset ac stultū, id Boeoticū dicebat*

Zenodot.

Boeotica cantilena. Boioti vōμō.

*Id est, Boeotica cantio dicebatur, si quibus rerum initia tranquilla ac prospera fuissent, posteriora turbulenta ac tristia. Sophocles scripsit. Vbi quis cecimerit cantionem Boeticam. Natū ex historia, nam Boetij primū liberam ac pacatam agebant uitam, deinde mortuo Laio in uarias calamitates inciderunt, ut illorum cantilena à letō initio in luctum defuisse videatur.*

Diogeni.

Boeotia auris. Boioti oīc.

*i. Auris Boeotica. In pingui iudicio hoīem quadrat.*

Salsitudo non inest illi,

Αληκοῦ ένειμαντω.

*Id est,*

i. Salsitas non inest illi. In infacetos et fatuos ac stupidos. Plinius libro trigefimo prio indicat, metaphorā esse sumptā ab usū salis, quod in omnibus cibis sit con dimenti uice, et audiūtate inuitet. Ergo, Hercole, inqt, uita humana sine sale nequit degere, adeo necessariū elementū est. Nam ita sales appellantur, omnisq; uitæ lepos et summa hilaritas, laborumq; requies, nō alio magis uocabulo constat. Atq; hinc insulsa oratio, insulsus homo. Contra salsum dicterū, quod acrimonia qua dam mordeat. Et sales uocantur festiuiter et argute dicta, non sine illecebra quadam mordacitatis. Seneca non uult sales nostros dentatos esse. Catul. Nulla in tā magno est corpore mica salis.

Bibe elleborum.

Lucianus

Aristop. in Vesp. Πίθεος.

Id est, Bibe elleborum. Quo dicto significat insanire quempiam. Quiq; parū animo constant, elleboro opus habere dicuntur. Atq; idē apud Latinos etiā autores, elleborum edere, et elleboro se purgare prouerbio iubentur, propterea quod antiquitus plurimus usus fuerit huius herbe ad leuanda mentis et capitis uitia. Plini. lib. natu. hist. 25. ca. 5. ellebori duo facit genera. Candidū et nigrū. Candido uomitiones carent, eoq; stomachū et uentrē superiorem purgat. Nigro aliud inferior diluitur, utriusq; periculosa sumptio, sed albi ut præstantior, ita periculosior.

Στρύχνον επινερ. i. Strychnum bilit. Plinius.

In insanos item cōpetit, à strychni herba natura, que uel gustata, statim insaniam parit. Dioscorides in. 4. quatuor strychni genera facit. E quibus postremum uocinop uocat. i. insanū. Plini. tractat lib. 21. ca. 31.

Porcum immola.

Plautus

Plautus

## IN S T V P I D O S.

Plautus in Menechmis porcū syncerū & sacrum immolare iubet eum, quem mente captū significat. Opinor veterum usū, qui cuiuspiā irati numinis intēperijs ageretur, hoc piaculo se soleat purgare. Horatius. Immolet aquis Hic porcum Laribus. Loquitur de eo, qui iā ab insania resipuisse uideretur.

Squillas a sepulchro uellas.

Σκιλλας ἀπὸ σύμπτος τιμῆρου.

Id est, Squillas à sepulchro uellere iubebantur, qui parum sane mentis esse uiderentur. Hac enim herba malum hoc expiabatur antiquitus.

Minus habet mentis, quam Dithyramborum poetæ.

Διθυράμβων οἰών ρέχει λατήνον.

Id est, Minus sapis scriptoribus Dithyrambicis. In stupidos ac furiosos torquetur. sumptū à Poëtis Dithyrambicis, qui Baccho inflati furebant, unde ex Hora. Aut insanit homo, aut uersus facit.

Hierony. Piltillo retusius.

Vsurpauit diuus Hierony. in epi. Pro eo, quod est minus acutum. Et Chrysippum acumen, apud elindē per ironiam usurpatum in Stupidiū. Et cornutus syllogismus, pro ratione ridicula, friuolacq;

Ευθερός ει. ui. i. Embarus sum.

Dictū est olim de insano, deliroq;. Natum ab Embaro usq; adeo demēte, ut filia se immolaturā polliceretur ea lege, ut sacerdotiū in posteros suos traduceretur.

Suid. n.

Phryx plagis emendatur.

In barbaros scrupiliq; ingenio homines dicitur, qui non pudore neq; monitis, sed uerberibus redundunt meliores. Cum contra generosus animus, ut ait Seneca, rectius ducatur quam trahatur.

Δελότε

Messena seruilior. Λελόπτερος μεστών  
Id est, Seruilior Messena. De minime liberis dicebantur, et alieno uiuentibus arbitrio. Lacedæmoni Messenios quod iterū, atq; iterū descuiussem, in seruitutē redegerunt, eosq; durius etiam, quam reliquos seruos tractarunt, ne denuo res nouas demoliri possent. Historia refertur à Iustino libro epist. 3.

Μαθιώπτερος, κοροίβος. i. Stultior Corœbo. *Lucianus*  
In stupidos ac uerordes. Corœbi stultitia uulgi fabula celebrata est, q maris undas numerare sit conatus, cū non potuerit ultra quinq; prosequi suppurationem.

Stultior Morycho. Μορόπτερος & μορύχη. *Zenodot.*  
Id est, Stultior es Morycho. Siculum prouerbium, in eos qui ridicule, stulteue quippiā facerent. Mihi uidetur peculiariter obnoxij huic adagtoni, qui domesticorum negotiorū negligentes, foris agunt aliena curantes. Baccho cognomen esse Morycho, idq; inde natū, quod in uindemijs, huius dei facies, musto, ficiisque uirtibus obliini consueuerit. Apud Siculos huius simulachrum, non in templo, sed extra phanum sub dio positum erat iuxta ingressum, siue uestibulū, confectum è lapide. Bacchus autem ubiq; ridiculus, ac parum cor datus inducitur à poëtis, utpote deus temulentus, uelut in Ranis Aristophanis, ideoq; in huius sacris ludi era quedam, tanquam in eius contumeliam siebant.

Stupidior Praxillæ Adonide.

Μαθιώπτερος πραξίλλη ἀδώνιδος.

Id est, Stultior Praxille Adonide, in uehemeter stupidos. Polemon apud Zenodotū tradit Praxillam fuisse quampiam Sicyoniam poëtriā, que in suis cantionibus Adonidem inducit ab inferis interrogatū, quid apud superos pulcherrimum reliquerit, respondere sole,

b cucumē-

## IN S T V P I D O S.

cumeres, mala. Quod cum uehementer insulsum uidetur, cum sole cōponere, propter uerbio dici coēptum in homines nullius iudicij.

**Horatius** Corpus sine pectore.

Hora. Non tu corpus eras sine pectore, dij tibi formā.  
Dij tibi diuitias dederant, artemiq; fruendi.

Nam sapientiam et ingenium in pectore constituūt,  
Vnde cordatos appellamus prudentes.

**Aυτρώνιος** ov. i. Antronius asinus.  
Olim dicebatur, qui deformati, prægrandiqt; mole corporis esset, caterum ingenuo stupido, bardoq;. Antrō autem ciuitas erat Thessalīe, nomen inde sortita, quod caenūs et specubus abundaret. Illic aiunt asinos insigni magnitudine quondam fuisse.

**Lucianus** Naribus trahere. τῆς γ. νὸς ἔλασθς.

Id est, Nare trahi. Est citra iudicium alieno arbitratu quo quis abduci. Metaphora sumpta a bubalis animalibus, qui annulo in summam narem inserto circumducuntur, non aliter quam equi freno.

**Aρκάδιος Βλάστημα**. i. Arcadicum germen.  
De grādibus et ignavis dici solitū. Arcades olim male audierunt ob stuporem ingenij.

**Plato.** Αρκάδ' ας μιμεῖ μενοι. i. Arcades imitans.  
Zenodotus indicat dictum in eos, qui alijs non sibi laborare. Adagium hinc natum, quod Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspicijs, suoq; titulo namquam hostem ullum superarunt, uerum alijs suppetentes ferentes persepe. Vnde illud illis fatale uidebatur alijs uincere non sibi.

**Horatius** Asinum in rupes protrudere.

Hora. Qui male parentem in rupes protusit asellum.  
Quadrabit in quosdā peruerso natos ingenio, qui cū ipsi non

ipſi non ſapiant, nolint tamen bene conſulentium monitum obtemperare. Natum à rufico eſt, qui cum aſinū ſuum per alpes niuibus obteſtas duceret, iſſo freno nō obediret, iratus in rupeſ protuſit. Et merito, q̄s enim inuitum ſeruare laboreſt?

Feles Tarteffia. ταλαιπωτικός ια.

Dē magnis et ridiculis dicebatur. Tarteſſij ſunt in libria apud quos feles maxima naſci dicuntur. Fortaffe non inepte dicetur eſt de rapacibus.

Stulto ne permittas digitum.

Nihil permittendū imprudētibus quantūuis puſillū. Siquidē in maximis lādunt, ſi uel tantillū cōuſeris. Non inest illi dentale. Ῥηνεὶς οὐκ ἔχει πρὸς αὐτὸν. Id eſt, Gyes non inest illi. Dici confueuit de quopiam, ad rem aliquam parū utili. Sumpta eſt metaphorā ab aratro, cuius pars eſt γύνης, eam nonnulli putant eſſe, quam latini dentale uocant. Ea quoniam p̄cipua uideatur, ſi abſit, nihil confici potest aratro.

Septennis cum ſit, nondum ædidiſ dentes Aristop.

Ἐπιστήθις ωρίδοντας οὐκ ἔφυσεν.

Id eſt, Cum ſit ſeptem natus annos, nondum tamen dētes produxit. Mihi quadrare uidetur in eum, qui natu grandis, tamen adhuc quaſi puerum agit. Aut qui diu cōmoratus alicubi, nihil adhuc autoritatis, aut honoris ſit affeſcutus. Adagium natum à pueris. eſc.

Stultitia eſt Iouem putare eſſe.

Suidas.

Τῆς μωρίας, τὸν διανομίζαμ, ὄντα τηλικτονί. Id eſt, Inſtitia eſt, natū tot annos credere, eſſe ullum Iouem. In eum accommodari potest, qui grandis natu dicit, aut ſentit absurdum quippiā, cū propter etatem nihil oporteat ignorare. Non conuerat enim in natu grandes puerilis ſuperſtitio.

## I N S T V P I D O S.

Plutarch. **Vt Bagas constiſti.** Βάγας ἐσκόει.

Id est, **Vt Bagas stabis.** In stupidum ex elinguem discubatur. Bagas erat quispiam similis attonuto, stupidoque et insulso. Haud scio num legendum sit. Bagas pro Bagis, is Eunuchus fuit. Et est hoc genus timidum et imbecille.

Aristop. **Desertum obtueri.** ἔρημον ἔμβλεψθμ.

Id est, **Desertum intueri**, dicebatur qui fixis et attornitis intueretur oculis. Metaphorā mutati sunt ab ijs quod pelagus immensum, aut solitudinem taciti intueretur.

**Terebintho itultior.** τερέβινθος ἀνοίκτηρ  
Id est, **Terebintho dementior,** in stupidum, sibique placenterem, quod arbor ea late porrigat ramos, quod est insolenter ostentantium se, ad haec nigrore insignis folijs crassis, succo item pingui et resinoso, tum alias alia specie.

**Cæcus auribus.**

**Tu simul et aure et mente et oculis cæcus es.** Κυρδατ in hominem plane stupidum.

Varro.

Δις παιδεις οἱ γεροντες. i. Bis pueri senes. Quadrabit in eos, qui proiectiore cum sint aetate, tam puerilibus quibusdam studijs intempestiuiter atque indecora detinentur.

**Krovikoi λημοι.** i. Saturniae lemae.

In cœcutientes ac stupidos dicitur, praesertim in eos, qui aetatis uitio desipiscunt. Est enim lema humor in oculis cocretus, unde lippitudo nascitur. Porro Saturnie dicuntur, quasi seniles ac ueteres, propterea quod κρόνος, id est Saturnus podagrosus ac senex a poëtis fingitur, et temporum deus.

**Auris Bataua.**

**Quemadmodum Græci dicunt, Βοιώτου οὐς, Id est, Bæoticum**

Bœoticam aurem, pro pingui, crassaq; itidem Marialis Epigrammatum libro sexto, Batauam aurem dixit agrestem, inelegantem, tetricamq;. Erant Bataui Germanæ populi, Cathorum pars, qui domestica seditione pulsi, extrema Gallicæ oræ uacua cultoribus occupauere. &c.

Abderitica mens.

Cicero.

Abderita in stuporis insaniæq; fabulā abidere, qd per spicum est ex epigrammate Martia. lib. 10. Abderitanis autem natura peculiarem fuisse mentis stupore indicat M. Tullius. &c.

## INTEMPERANTIA, Libido.

MUKÓVÍ  γειτωρ. i. Myconius vicinus. Suidas.  
In eum, qui inuocatus ad conuiuium accedit. Nam hoc nomine Myconios notauit antiquitas, quod liguriones essent, & alienæ appetentes mensæ. Ad hunc nuditum Suidas. Zenodotus autem ait conuenire in sordidos atq; humiles homunciones, propterea quod ea insula, inter contemptas habita sit, ob sterilitatem, atque ob id gentem audiuisculam, & alieni appetentiores fuisse. Idem addit Myconios immodica bibacitate luxuq; olim infames, unde & Cratinus Ischomacum quendam gulæ mancipium. Myconium appellari.

Vnico digitulo scalpit caput. Iuuenalis  
Molles atq; effeminati, uno digito caput scalpere dicuntur, numerum solliciti, ne comam studiose compositionem perturbent. Iuuenalis saty. 9. Qui digito scalpunt uno caput. Et argumentum morum, ex minumis quoq; licet capere. impudicum & incessus ostendit, manus mota, & unum interdum responsum, & rectus ad caput digitus & flexus oculorum. Improbū b. 3. interdum

## I N T E M P E R A N T I A.

interdum risus, insanum uultus, habitusq; demonstrat.  
Biceli similis. Ικελος ου δηλωσι, και εακκλησι  
Id est, Bacelo similis, aut Bacelus es. In cinedos, ac pa-  
rum uiros dictū, aut in magnos quidem corpore, sed  
animo stupidos. Tractum à forma moribusq; Bacelli  
cuiusdam. Ait suidam Bacelū propriè significare eū,  
qui sit exectus, eoq; in molles dici, quod hoc morbo po-  
tißimum labore illud hominum genus.

Φωλος μέχρι τοι μιγγίνε.

Aristop.

.i. Herniosus usq; ad gulam.

Quadrat in uehementer herniosum. Carmen est apud  
Aristophanē in Equitib. Sis herniosus oportet ipsam  
usq; ad gulam.

Batolus. βάτολος ο. Ε.

Id est, Batalus es. Olim in effeminatos per contume-  
liam dicebatur. Plutarchus ostendit id cognominis De-  
mostheni puero inditum fuisse, et ab inimicis probro  
objecatum. Porro cognominis huius uarias idem ad-  
fert rationes.

Αὐλητός βίωρ γῆς. i. Tibicinis vitā viuīs.  
In eum dicebatur, qui laute quidem, sed alicno uiue-  
ret sumptu.

Σαμιωράνδη. i. Samiorum flores.

Vbi quis extremam uoluptatem decerperet. Hoc aut  
nomine dicebatur locus quidem, in quo mulieres cum  
uiris conuiuiū agitabāt, omniq; genere uoluptatū af-  
fatim explebant se. Quibus deliciis effeminati, po-  
stea subacti sunt a Persis, et in seruitutem acti. Ste-  
phanus admonet Samum insulam olim ἀγέμουσαν  
appellatam fuisse, nimirum à floribus.

Voluptas foeda.

In uoluptatem in honestam, aut scortum ad perniciem  
iuuenium

*inuenum omnibus instructum artibus.*

Nυμφίς ΒιΘ. i. Sponsi vita.  
Pro molli ac delicata. Confine illi, quod alibi relatum  
est: Musica uita.

Melle teipsum perungis.

Diogeni.

Ἐρμέλεων τὸν καταπάθεον

Id est, in melle teipsum obuoluis, oblinisq; hoc est  
molliter, suauiterq; uitam agis, quasi parum sit uesci  
melle, nisi totus sis melleus.

Σαμιών λαῦρα. i. Samiorum laura.

Plutarch.

Dicitur abatur in turpibus addictos uoluptatibus. Lau-  
ra apud Samios angiportum quoddā erat, in quo cu-  
pedie, popinarięq; lauitiae uenditabatur, à muliercu-  
lis in hoc paratis.

Τῷ σάμῳ κομήτῳ.

Plutarch.

.i. Samium comatum.

Dicebant eū, qui ante ignavus habitus, praeclarius ex-  
pectatione se se gesisset in negocio. Aliunt pugile quē  
piam Apud Samios fuisse, qui cum ab aduersarijs ha-  
beretur ludibrio, quod comatus esset, conuictus cum  
illis, uicit.

Σαρδαναπαλός. i. Sardanapalus.

Aristop.

Huius cognomen ob insignem hominis molliciem abijs  
in proverbiū. Fuit autem Sardanapalus Anacinda  
raxis filius, rex Nini Persicæ regionis, qui eodem die  
Tarsum pariter & Anchialam, duas Lyciaæ ciuitates  
obtinuit, ceterum delicijs usq; adeo effeminatus, ut  
inter eunuchos & puellas, ipse puellari cultu desi-  
dere sit solitus. Suidas ait eius sepulchro epitaphium  
huiusmodi literis. Assyrijs insculptum fuisse. Tu ue-  
ro hospes, ede, bibe, lude, tanquam cæteras res huma-  
nas huius non faciens.

## I N T E M P E R A N T I A.

Λεσβίωρ ἀζία. i. Lesbijs digna.

De rebus irritis dicebatur, ob id, ut conijcio quod Lesbij ob uanitatem uulgo male audirent. Fortassis non male quadrarit et in sordidos, atque impuros. Vnde Λεσβίσ πάτιτο, pro eo qđ est polluere et cōffurcare.

Lesbiari. Λεσβίας δημ.

Antiquitus polluere dicebatur. Aiunt turpitudinem que per os peragit, fellationis opinor, aut irruptionis, primum a Lesbijs autoribus fuisse profectam, et apud illos primum omnium foeminae tale quidam passam esse.

Stepha. Corinthiari. Κορινθιαὶ ζεδαι.

Veteres uulgato ioco dicebant eos, qui scortationibus ac lustris indulgerent, quiue lenocinium exercebant qui quæstus hodie nusquam uberior, quam apud venetos. Sumptum est a meretricibus Corinthiensibus.

Αὐδός τὸ μεσημβία. Id est.

Lydus in meridie.

In hominēm insatiatae aut etiam intempestiu.e libidinis dictabatur. Narrant Lydos adeo libidine perditos fuisse, ut non tantum noctu uacarent uoluptati uenerae, uerum etiam ipso meridie lasciuirent, manibus fœdum opus peragentes.

Suidas. Αὐδός κατακλεύθ. i. Lydus cauponatur.

In effeminatoris, et uoluptatibus addictos. Ex his iusmodi natum historia tradunt. Cyrus rex deuictis Lydis imperauit, ut cauponiam exicerent, neq; tractarent arma, sed ueste ad terram usque demissa uterantur, quæ olim molliciem indicabat, ut ad eum modum ueluti in foeminas transformati, ad rebellionē fierent inutiles.

Homerius πέτονε. i. Pepones.

Proverbiali

Prouerbiali conuicio dicuntur homines molles, parūq; uiri. Metaphora sumpta à fructu, qui simul atq; matuit, dulcis quidem est, uerum flacidus et inutilis.

Homerus: Opepon o Menelae.

**Lydio more.** Λύδιων νόμῳ.

Hesychii.

Id est, Lydia lege, siue Lydia cantione. Cōuenit, quo-  
ties ariolatur aliquis, et augurijs diuinationibusq; ser-  
uit. Hac enim superstitione Lydi laborasse feruntur.

**Videre mihi labda.**

Aristop.

Mihi uidere et labda iuxta Lesbios, fellatricem indi-  
cat uelut enigmate prime literæ, que communis Lef-  
bijs, et uitio quod ei tribuitur genti. Ex Aristophan-  
nis concionatricibus.

**Adōvid: Καπτοι .i. Adonidis horti.**

Pausanias

De rebus leuiculis dicebatur, parumq; frugiferis, et  
ad breuem præsentemq; modo uoluptatem idoneis.

Pausanias testatur Adonidis hortos olim ī delitijs suis  
se, lactucis potissimū ac fœniculis frequentes, eoque rem  
in prouerbium abiisse, contra futiles ac nugones hoīes  
et uoluptatibus ineptis natos, cuiusmodi sunt catores,  
sophistæ, poëtæ lascivii, cupidiarij. Erant autē ī hor-  
ti Veneri sacri propter Adonidem eius amasiū, primo  
etatis flore præceptū, atq; in florem conuersum.

**Vt Corinthia videris.**

Plutarch.

Αὐτοὶ διὸς ἔοικες χοροῖς ωλήσει.

Id est, Corinthia uideris corpore questum factura.

In mulierem int̄pestiuus libidinantem. De mulieri-  
bus Corinthi prostibulis dictum est alibi.

**Αγαθώνιος ἀλησις .i. Agathonia cantio.** Zenodo.

Recite dicetur de oratione blanda magis q; frugifera.

Agathon tibicen quispiam erat, cantilenarum suauita-  
te maiorem in modum aures deliniens. Nec huius mo-

b.s. res dis-

## IN TEMPERANTIA.

res dissimiles musicæ fuisse prohibentur. Laborauit enim infamia molliciei.

**Lucianus.** Τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ τὸν κεφαλιὸν κυάρ .i.

Summo digito caput scalpere.

In molles atq; effeminatos dicitur. Lucianus in rhetorum preceptore, delitijs effeminatū hominē describit his uerbis: Inter hec autem uirū quendam egregie sapientē, atq; insigni forma, lubrico incessu, fructu certuice, muliebri aspectu, uoce mellita, olente unguenta, caput summo digito scalpentem.

Chalcidissare.

χαλκιδίζειρ οὐδὲ χαλκιδεῖδαι dicebātur, qui rapaciores et plus satis ad rem attenti uiderentur. Chalcidenses in insula Eubœa populi, comedie ueteris conuicijs notati sunt, q; auariores essent.

Phicidissare. Φικιδίζειρ.

Id est, Phicidissare. Dicebantur uulgo, puerorum obsecenis amoribus dediti.

**Stephan⁹.** Siphniassare. Σιφνιάζειρ.

Id est, Siphniassare. Suidas indicat proverbio dici sole re, pro eo quod est, manum ad mouere postico: sumptū esse a maioribus Siphniorū, qui libidinis causa id factūtare consueuerint. Est autem Siphnus insula quæpiam haud procul a Creta.

Αὐτολίκος.

Vulgato proverbio dicebantur, qui non ex animo, sed uentris causa colerent amicos.

Κλειστοποιός εἰρ.

Vulgato conuictio dicebantur ii, qui puerorum amoribus oblectarentur, aut, ut Diogenianus ait, mulieres immodice libidinosæ.

Κλειστόν εἴναι δέος .i. Clisthenem video.

Clisthenes

Clisthenes hic male audijt, et comicoru*m* conuitijs lace  
ratus est, q. parum uir haberetur, seseq; cultu indeco-  
ro, uelut in mulierem transfiguraret.

**Κλεόκριτος.** i. Cleocritus.

Id nois cōtumelie causa iaciebatur in cinēdos ac molles  
et parū uiros. Nam et hunc ueteris comœdia male-  
dicta nobilitarū. Dictus est autē effeminatus cinēd,  
hostes, obscuro, fœdoq; genere Cybelis filius ex c.

**Σινωπῖξες.** i. Dinopissas.

Id est, Lascivus. A sinope scorto quodā nobili; celebra-  
teq; lasciuia, cui nomen hinc midū uidetur, q. noxijs  
effet oculis. Athen.eus lib.15. docet fuisse Aeginensem.

**Υσ σιαὶ ροδώμ.** i. Sus per rosas.

Ego legendum arbitror: d'ιαὶ ροδώμ, ἀτωδὸν  
ροιᾶς, ut sit nomen diminutium. Rhœæ uero Græ-  
cis dicuntur mala punica, et dicitur de agrestibus et  
intractabilibus. Quemadmodum sus per mala com-  
mode duci non potest.

**Χειος ἀσελγοκέρως,** id est,

Diogenia.

Aries cornibus lasciuens.

Diogenianus ostendit conuenire in magnos ac la-  
sciuos. Pruriunt cornibus arictibus bene pastis, quod  
idem accedit bubis.

**Ιππομοενῆμ.**

Dicebantur proverbiali conuicio foeminae uirosæ, ac li-  
bidine preter modum prurientes.

**Αιτόλος οὐ καύματι.** i. Caprarius in æstu. Zenodot.  
Confine illi: Lydus in meridie. Num his horis capra-  
rij, dum seductis gregibus, in umbra latitam, luscuire  
soliti scribuntur. Potest ad quamvis uoluptatem accō-  
modari non in tempore adhibitam.

**Quæ sub alis fiunt.** Ai ὑπὲ μέλης περάζεσ.

Id est,

## IN TEMPERANTIA.

*Id est, Facta subalaria. Proverbiali figura dixisse vide tur Plutarchus in commentario quod inscribitur, quo pacto sit dignoscendus adulator ab amico. Ad labore ad res honestas segnis, in his rebus quae sub alis fiunt nihil recusat. De adulatore loquitur ad honesta officia tum pigro, tum mutili: ad uoluptuaria ministeria prospicio. Evidem opinor, ob id adulatio[n]i sub alis sedem datam esse, quod haec corporis partes titillatione precipue sentiant etc.*

*Suidas.*

*E Massilia venisti. Εκ μασσιλίας οὐκέτις.*  
*Id est, E Massilia uenisti. Suidas ait dici solitum de ijs qui cultu parum uiris decoro uerentur. Quod Massilienses luxu perditi, muliebre ferme in modū ornarentur, conis unguento delibutis.*

**Complura masculi canis cubilia.**

*Recte dicetur in hominē mulierosum, peculiariter in eum, qui non contentus certo thoro, passim per aliena cubilia uoluntari gaudet. Nam hoc sibi permittunt hac tempestate mariti. Porro si quid humanum acciderit uxori, cœlū terre commiscere, tam inique seueri in illas, quam turpiter in se se indulgentes*

**Lentiscum mandere.** Σχινόποδιον γέρα.  
*Id est, Lentiscum mandere, uel arrodere, Græco pro uerbio dicuntur ijs, qui nimio comendi corporis studio superfluent. Nam ex lentisco dentifricium fieri consueuit. Is est puluisculus quidam candidis dentibus comparatus.* *Martialis:*

**Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis**

**Defuerit, dentes penna leuare potest.**

*Huiusmodi igitur, quibus dentiscalpiū semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur.*

**Penicillare.** πλυκίζειν μοι δ' οὐκέτις.  
perinde

Perinde ualeat, quasi dicas, fucū facere. Nam πλυνη,  
Græcis comam non genuinam, sed apposititiam signi-  
ficat, quam quidam galericulum uocant.

Lucianus.

Πτερυγιζειρ.

Dicitur, qui conatur & gestit quippiam efficere.  
Sumptum à pullis auium, cum adhuc inuolucres sunt,  
das mouentibus. Lucianus usurpat pro indecore &  
scurriliter gesticulari.

## INTEMPESTIVA, & inepta.

Simulare cupressum.

Horatius.

Horatius in arte poëtica: Et fortasse cupressum  
Scis simulare, quid hoc, si fractis enatat expes  
Nauibus, ære dato. Acron proverbum esse admone-  
net, ortū ab imperito quopiam pictore, qui præter cu-  
ypressum nihil nouerat pingere. A quo cū naufragus  
quidam petisset, ut uultum suū exprimeret, ac naufra-  
gium suum depingeret, interrogavit ille, num ex cu-  
presso uellet aliquid adiyci. Res ea primū in iocū: de-  
inde etiam in adagionē abiit. Concinne usurpabitur in  
eos, qui quod didicerunt, id ubiq̄ int̄empestiuiter incul-  
cam, cum ad rem nihil attineat.

Intempestiuia benevolentia nihil a simula- Suidas.  
tate differt.

Senarius est Græcis proverbij uice celebratus:

Ακοιρέ έων οὐδὲ μέχρας διαφέρει,  
Id est, Par odio importuna benevolentia. Suidas nar-  
rat Hippolytum respondisse Phœdram nouerce hoc uer-  
su, dicenti se illius amore captā esse. Quadrabit in eos  
qui dum officiosi student esse, non habita temporis ra-  
tione nocent, aut molesti sunt sedilitate. Veluti qui nō  
apto tē-

## INTEMPESTIVA.

apto tempore obiurgat amicum, aut qui immodicis & intempestiis laudibus conciliat hoī inuidiam: aut qui pecuniam suppeditat adolescenti, qua sit deterior,

In lente vnguentum.

Varro.

Τὸν ἐπὶ φρεσὶ μυδόμ.

Id est, In lenticula fabulam, subaudi, narras. Vbi quis mentionem inducit uilis cuiuspiam & nihili hominis, alijs de uiris egregijs uerba facientibus. Quadrat autem in hominē, aut in rem quampiā, que neutiquam in tēpore adhibeatur ys, quibus minime congruit. Veluti si philosophum iuuenum lasciuientiū conuiuio misceas. Aut inter pocula de rebus grauibus, ac theologicis incipias disputare. Quemadmodum uidelicet lenticulae uilli legumini, inpte quis admiscuerit unguentum.

Zenodo. Επέργα τὸ χλαῖνον καταρρίψει .i.  
Aestate penulam deteris.

Recte dicetur in eum, qui res necessarias temere, nec in tempore profundit, aliquando futuras usui seruentur.

Ouidius. Mense Maio nubunt malæ.

Romanorum adagium extat apud Nasonem. Dicit potest in mulieres intempestiue libidinis: aut in eos, qui alieno tempore quicquam faciunt: aut qui parum inauspicato quid aggrediuntur. Nam olim inauspicatum existimabatur, mulieres Maio mense nubere.

Ouidius in Fastis:

Mense malis Maio nubere uulgus ait.

Mentam belli tempore, neque serito, neque edito. Μίνδλως γν πολέμῳ, μήτ' ἔδει μήτε φύτευε.

Id est, Mentā nec comedas, nec plantes tempore belli.

Aristoteles

Aristoteles uestigans adagium hoc, unde dictum sit.  
Arbitratur autem esse causam, quod menta corpori  
frigus adducit: cuius rei argumentum esse, quod semen  
genitale minuat, frigus autem aduersari fortitudini  
atque audacie. Potest et in cum sensum deflecti  
parcemia, ut admoneat, ne quid alieno tempore fiat,  
quod officiat.

Rosam quae præterierit ne quæras iterū.

Ρόδον πέλεθον μηκέτι ζάτε πάλιρ.

Id est, Ne quære rursum præteritam semel rosam. Ne  
te maceres desyderio rerum, que reuocari, restituīq;  
non queunt, uelut exactæ iuuentæ, formæ, uirium, for-  
tunæ. Nam ut nihil est rosa gratius, ita nihil minus diu-  
turnum. In eundem sensum dixit Horatius in Odis:  
Mitte sectari, rosa quo locorum

Sera moretur.

Foras Cares, non amplius anthisteria.

Θύσετε καρπες, cūk ἔτ' ἀνδισχεια.

Id est, Cares foras, peracta enim anthisteria. Dici cō-  
suevit, ubi quis semper eadem sibi sperat commoda,  
aut idem semper licitum fore credit, quod aliquando  
pro temporis ratione fuerit permisum. Veluti si  
quis semel expertus cuiuspiam liberalitatem, subinde  
redeat, aliquid muneris petens: aut cum pueri per-  
missam sibi ad tempus feriandi ludendiq; facultatem  
ultra tempus prorogant. Originem proverbij tra-  
dunt ad hunc modum: Atheniensibus mensis quida An-  
thisterion appellabatur, q;is plurimos flores progigne-  
ret. In hoc festa quæpiā agebatur et cōiuia liberiora  
quemadmodū in Saturnalibus fieri cōsuevit apud Ro-  
manos, i quibus et seruis accubere licebat, feriatis in-  
term ab ope. Exactis aut feriis, cū iā ad solitas operas  
reuocare

## INTEMPESTIVA.

reuocarentur, hoc pacto dicebant heri : Foras Cares, non iam amplius anthisteria . Cares autem seruos appellabant, quod ea gens mercenariis operis questum factitaret &c.

Anus hircissans. ῥραῦς κεκηνωτος.

Id est, Anus hircissans. De anu adhuc intempestiuu libidinē prurienti, &c, ut ait Plautus, catullente. Nota est hircorum libido, odorq;

Anus bacchatur. ῥραῦς βακχεύεια.

Id est, Anus Bacchatur. In eos dici solitum, qui praeter etatem indecora lasciuiunt. Nam Bacchanalium licentia iuuenulis utcunque permittitur, aniculis certe foedissima est.

Feli crocoton. ῥραλῆς κεοκωτόμ.

Id est, Feli crocoton, subaudiendū das, aut addis. Dici solitū, quoties honos datur indignis, & quos haud quam decet. Aut cū datur quippiā ys, qui munere non norunt uti. Crocoton uestis genus est rotundæ, ac simbriatae, qua diuites utebantur matrone.

Apage hospitem in tempestate.

Απαγέγενονται χειμῶνι.

Id est, Apage hospitem in tempestate. Dici solitum, ubi quis importunus adueniret. Nam molestiam adferunt hospites, si quando in rebus aduersis & afflictis superueniunt.

Plutarch. Quid de pusillis magna proœmia?

Τι μικρῶμ πορί, μεγάλας φροιμιάζει.

Id est, Quid de minutis rebus magna texis proœmia? Vbi quis in re nō magni momenti, uerbosa utitur prælocutione. Hora. Quorsum hac tam putida tendunt?

Tragœdias in nugis agere.

Tragœdias in nugis agit, qui in re leuicula tumultum mouet.

mouet. Et, ut ait Terentius, magno conatu magna  
nugas dicit.

### Annosam arborem transplantare.

τράνσευομεταφυτεύειν.

Id est, vetulam arborem transplantare. In eos dici-  
tur, qui sero atque exacta iam etate conantur dediscere  
quibus diu iuuenes assueuerint. Aut simpliciter de his,  
quaer frustra molimur.

### Ne unquam viri senis.

Zenodot.

Ἄνδρος γέροντος μη πρέπει εἰς πυγῆν ὀρᾶμα.

Id est, Tu ne uiri unquam inspicio podicem senis.

Id est, ne requiras illud a quoquam, quod ab eo presta-  
ri non possit.

### In senem libidinosum.

In eos, qui ad rem gerendam iam inutiles sunt ob etas-  
tem, uerum ratione ualent.

### Moleustum sapientem apud stultos loqui Diogenia.

Ἄγαλέομενον φρονέοντα παρέαφεσι οὐδὲν εἴη

Id est, Dicere multa, graue est sapiente apud insipientes

Nihil intractabilius hoie stulto, qui quicquid recte dis-  
citur, in diuersam partem rapit.

### Malum est bonum.

Κεκόρη τὸ κελόρη κύρι τι μὴ καλέσῃ τὸ χεῖ.

Id est, Bonum malum fit, tempore datū haud sano. Nihil  
gratum, quod intempestiuum.

### In pace leones.

Aristop.

Aristophanes in Pluto:

Οὐτε οἴκοι μὴ λέοντες, οὐ μάχαι Δαλωτεῖς,

Id est, Quum leones sint domi, idem in Marte sunt  
uulpeculae. Conueniet in eos, qui prepostere se gerunt.

Aut in illos, qui simulata mansuetudine perueniunt ad  
tyrannidem.

## INTER NITIO.

Ne ignifer quidem reliquus est factus.  
Οὐδὲ τῷ εφόρῳ ἔλειφθι.

Id est, Ne ignifer quidem superfuit. Vbi significamus omnes ad unū interisse adeo, ut ne ei quidem sit paratum, q̄ ignē preferat exercitui. Nā priscus mos erat, ut uates aciē præcederet, lauro coronatus, ac faciem gestans. Idem: Ne nuncius quidem relictus est.

Ne bolus quidem relictus.  
Οὐδὲ ἔγκαεφῷ λέλεπθαι.

Id est, Ne bolus quidē relictus est, hoc est, nec uel paucillum. Nam ἔγκαεφῷ id apud Gracos significat, quod nos uulgata uoce magis quam Latina morsellum dicimus, à uerbo κάπτω, quod est, auide comedo.

**Diogenia.** Pinus in morem. Πενκος τρόπη.

Id est, Picea ritu. Vbi quis funditus, radicibusq; perit, ita ut nullo pacto restitui possit, picea ritu pditus dicitur. Nam piceam succisam negant suppullulas cere.

Totum subuertere. ὅλον ἀνατρέπειν.  
Id est, Totum euertere dicitur, q̄ funditus perdit quam plam, ex uelut ab ipsis radicibus, funditusq;. Ductum ab ædificijs que subuertuntur a fundamentis.

**Iuuenialis** Perdere nauum.

Iuuenialis: Furor est post oīa perdere nauum. In eum qui cū multa amiserit, reliquum etiam uelit perdere.  
Metaphora sumpta a mercatoribus.

**Eudemus** Cum cane simul & lorum.

Σὺν τῷ καὶ νοῇ τὸν ἴμαντα.  
Id est, vna cū cane, lorum quoq;. Eudemus indicat dici, quoties simul omnia percunt.

**Homerus** Qui iure perierunt.

In eos qui suo merito percunt, conueniet illud Hom. Hōs fatum & malefacta neci, exitioq; dederunt.

Omitte

Omitte vatem. Πάπες τὸν μάντην.  
Id est, Omitte uatem. Vt conueniet, quoties alicui parcendum admonebimus, quod is eximius sit, et immunitis habendus à nulgari sorte. Veluti si quis poëte, theologo, sacerdoti diceret, oportere parci. Poterit adagium etiam per ironiam usurpari.

## I N V I D I A. Aemulatio.

Figulus figulo inuidet, faber fabro.  
Οδιτ ita fabrum faber, figuloq; molestus  
Est figulus: mendico protinus inuidet alter  
Mendicus, cantor cantorem liuidus odit.

Inimicus & inuidus vicinorum oculus.  
Alcippus in epistola quadam ad Eucymonem:  
Δυσμανίς, κή βάσκωνος ὁ τὸν γετόνων ὄφελα =  
μός φησιρ ἡ παροιμία.  
Id est, Inimicus & inuidus uicinorum oculus, ut dictū est proverbio, Vicinus uicino inuidet. Nec inuidemus ijs, à quibus longo absumus intervallo, sed quod pro premodium speramus affequi.

Vnicum arbultum haud alit duos erithacos. Μίχλόχιι οὐ τρέφει σύνο έριθάκες. Zenodot.  
Id est, Idem arbustum non alit duos erithacos.  
Zenodotus autor est, hoc adagio notatos illos, qui ex rebus minutis festinare ditescere. Mihi uidetur non intempestiuiter dici posse in eos, quibus parum conuenit, nec in eodem munere concorditer uersari queunt. Est autem Erithacus uis quædam solitaria, ut in eodem saltu non temere nisi unam inuenias.  
Alexander Magnus dixit non dissimile huic; Mundū non capere duos soles.

## I N V I D I A.

Vna domus non alit duos canes.

Εἰς οἴκος οὐ δύναται τρέφειν τὸν δύο κάνεις.

Id est, Eadem domus non bene canes alit duos. In eos, inter quos parū conuenit, propter idem lucrū quod cōmpter expetunt. Sic idem regnum non fert duos ambitiosos tyrannos &c.

Zoili.

Zoili audax quidem, sed parū felix mordacitas prouertio locum fecit, ut uulgo Zoili uocentur, alienarū laudum obrectatores, & alienorū laborum reprehensiones. Hic Zoilius sophista quispiā fuit, hoc facinore potissimum nobilitatus, qd Homerū poētarū omnium principē ausus est, libris in eū scriptis, incessere: unde Διογένης μάστιχα cognomen meruit: sic enim appellantur nobilium autorū castigatores. Et Vergiliomastiges, quorum de numero fuit Pero.

Hierony. Edentulus vescentium dentibus inuidet.

D. Hieronymus in epistola ad Magnū oratorem: Cui quæso, ut suadeas, ne uescentiū dentibus edentulus inuideat, & oculos capræcarū talpa contēnat, hoc est, ne qd ipsi non contingit, alijs inuideat.

Expertes inuidentiae musarum fores.

Ἄριθμοι μουσῶν δύοι.

Id est, Candidæ musarum ianuae. De his dictitatum, qui literaturam suam candidè libenterque impertunt alijs, & ad docendum prompti propensijs sunt. Neque male congruet etiam in dociles, iuxta id: Apertæ musarum ianuae.

Iactantiae comes inuidia.

Qui monebit, ne quis insolētius iactet uel fortuna numeræ, uel naturæ dotes, ne quando Nemesis exaudiatur, auferatq; non intempestiuiter usurpabit illud Home. Poſſideat

*Possidet tacitus, si qua adsunt numina diuum,*

*Aἰοχὸν σιωπᾶν .i. Turpe silere.* Aristote.

*Hoc licebit uti, quoties quis alterius exemplo extimus  
latur ad studium aut negotiū aliquod suscipiendum.*

*Optat ephippia bos piger, optat arare Horatius.  
caballus.*

*Vitiū illud significās humanis ingenīs insitū, ut semp  
dienam sorte magis mirentur, suā contemnant ac fa-  
stidian, optent inexperta, experta damnent,*

*Fertillor seges est alieno in aruo.*

Ouidius.

*Ouid. Fertillor seges est alieno semper in aruo,*

*Vicinumq; pecus grandius uber habet.*

*Persius : Securus ex angulus ille. Aulus Gellius :*

*Aliena nobis, nostra plus alijs placent. Horatius:*

*Qui fit Meccenus, ut nemo, quam sibi sortem,*

*Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa*

*Contentus nivat, laudet diuersa sequentes.*

*Præstat inuidiosum esse &c.*

Herodot⁹

*Nihil tā vulgari sermone iactatū, quam hæc sententia:*

*Præstat inuidiosum esse, quam miserabilem. Nam in-  
uidia ferè comes est felicitatis, miseratio calamitatis.*

*Est autem apud Herodotum in Thalia :*

*Σὺ δὲ μαθῶν ὅσῳ φθονεῖς θέλεσθαὶ, καὶ δικτείπεος  
Id est, Tu uero doctus, quanto satius sit, inuidiosum  
esse, quam miserandum. Extat Epigramma Græcum  
Pallade in hanc sententiam:*

*Peior liuore est miseratio, Pindarus inquit.*

*Nam sunt felices quos petit inuidia.*

*Horum nos contra miseret, quorum aspera sors est.*

*At mihi donari non cupio alterutrum.*

*Venimus felix, uel sim miserabilis ulli.*

*Nam præstat cunctis rebus adesse modum.*

## S I R A:

**Plautus.** Επ τῷ ζύμην κεῖσθαι. i. In fermento facere.  
Dicebantur, qui animo essent ægro, quiq; iracūdiantur  
gerent. Plautus in Mercatore: Vxor tua in fermento  
iacet, pro eo quod est, intumescit ira. Idem in Casina  
Nunc in fermento tota est. Ita turget mihi. Nota trās  
latio. Fermentum enim ex acorem habet ex tumore.  
Vnde ex in diuinis literis, fermentum malicie rancor  
risq; significationem habet.

**Brutus.** Mordere frenum.

Pro eo quod est, uel leuiter repugnare seruituti. Papi  
nius in diuersum sensum usurpauit, nēpe pro eo quod  
est, seruitutem accipere, frenumq; recipere.

**Aristop.** Mordere labrum. Εῳδίη πολλαχι.

Id est, Comedere labra, uel hodiernis temporibus uul  
go dicitur, qui stomachatur, animoq; ringitur. Sum  
ptum ab indignantium gestu.

'Facite stomachari.

In eum qui secum indignatur.

## S I T E R A T I O citra tedium.

**Plato.** Bis ac ter quod pulchrum est.

Δίς κοὶ τρίς δὲ κολόρ.

Id est, iterum ac tertio, quod pulchrum est, subaudi.  
dicendum est. Vsurpatum à Platone. Cæterum bene ui  
detur proverbio dictū, quod egregiū sit, id iterum ac  
tertio in sermone repeti oportere. Lucianus: Nulla sa  
tietas rerum honestarū. Oino ea uis inest rebus egre  
gijs, ut quo sèpius ac presius inspiciantur, hoc magis,  
ac magis placeant, ut ait Horat. Quæ si proprius stes  
Te capiet magis, ac decies repetita placebit.

Contra, quæ fucata sunt, aut uulgaria, non unquam initia  
arrident nouitate ipsa, mox repetita sordescunt.

ITERA

# ITERATVS ERROR.

198

Eadem oberrare chorda.

Horatius.

Horatius in arte poëtica sententiam haud dissimilem,  
dissimili metaphora extulit:

Et citharœdus, inquiens,

Ridetur chorda, qui semper oberrat eadem.

A cantoribus ducta translatio est. In eos igitur cōcīne  
dicetur, qui uel in simili re crebrius peccat, uel cul-  
pam eandem iterū atq; iterū committunt. Primus enī  
lapsus uel casui datur uel imprudentia, iteratus stulta  
tie tribuitur, aut inscitiae.

Iterum eundem ad lapidem offendere. Zenodo.

Δις πρὸς Σπαντὸρ αἰχρὸν εἰσηρόειν λίθων.  
Id est, Iterū ad eundē turpe lapidē impingere. Ouid.

At nunc tanta meo comes est insania morbo,

Saxa memor refero rursus ad ista pedem.

Sapientis haud est bis in eodem labier.

Non licet bis in bello peccare.

Αὐτεργάπ οὐκ ἔεσι δίς γη πολέμου.

Id est, In bello bis errare nō licet, in rebus periculosis  
nō tutū est labi. Nā si semel erretur, actū est de capite  
nec est secūdo errori locus. Deliberandū ergo est diu,  
quicqd statuendū est semel:puta de sacerdotio, de ma-  
trimonio &c. Vegetius: In alijs rebus si qd erratum  
est, pōt postmodū corrigi, præliorū delicta emēdationē  
nē nō recipiūt, quū statim pœna sequatur errorem.

Vulpes non iterum capitur laqueo.

Ἄλλ' οὐκ αὐθις ἀλώπηξ τάργας.

Id est, At nō iterū uulpes laqueis, subaudiendū, capi-  
tur. Stupidi est hois, in maliū gustatū iterū incidere

Cauendum ab eo, qui semel imposuit.

Qui se negabit habere uelle commerciū cum eo, à quo  
semel sit deceptus, usurpabit illud Homeris:

6.4. Hoc ego

## ITERATVS ERROR.

Hoc ego cū nihil aggredior, neq; enī expedit unquam  
Quippe ubi frustratus semel est, ac fraude fecellit,  
Non iterum mihi uerba dabit stulto, semel illi hoc  
Sit fecisse satis, quin posthac ille quiescat, Ac ualcat.

Diogenia. **V**enia primum experienti.

Συγγνώμη πρωτο τείρω.

Id est, **V**enia primum experienti. Ignoscendū his, qui  
rudes nouo quoipam in negocio incipium uersari, si  
quid per imperitiam peccarint.

Petrus. **S**us in volutabro coeni,

τις λασαρίδης μνηστος Ροζέός.

Id est, **S**us lota rediit ad uolutabru luti, cū quis iterat  
iam expiata flagitia. Extat in epistolis Petri.

Petrus. **C**anis reuersus ad uomitum.

κύων ἐπὶ τὸ ιδίον ἔξερχεται.

Id est, **C**anis ad proprium uomitū. Quadrat i eos, qui  
relabuntur in eadem flagitia.

Campan<sup>9</sup>. **D**ecipienti semel.

Ioannes Campanus libro de fugienda ingratitudine se  
cundo: Decipienti me semel, dij male faxine, faxine  
bene, si bis idem deceperit. Confine illi: improbe Ne  
ptunum accusat, qui iterum naufragium facit.

## IV DICANDI recte, secus.

Zenodo. **I**n quinq; iudicū genibus situm est.

Επ τέ εντε κειτωρ γοῦνασι κέται . i.

In quinq; sitū genibus iudicū, id est, in alieno arbitrio  
res est posita. Nā antiquus quinq; iudicibus datū erat  
negociū, ut de comicorum fabulis pronunciarēt. Cū si  
gnificam<sup>9</sup> nō esse nostrae facultatis, p̄fſtare rei exitū  
uerū hunc superis & fortunæ in manu esse. Pindarus:  
Nunc ſpes quidem mihi, at in deo fitus exitus.

Panidis

**Πανίδης φίλος.** i. Panidis suffragium.

In eos torquebatur, qui stulte atq; incredite iudicarēt Aiunt Panidē hunc Chalcidis regem fuisse, qui Hesiodum Homero prætulerit, perinde quasi dicas. Midē suffragium, quod is quoq; Panis agrestem canticem anteposuerit Apollinis musica. In genere conueniet in iudicia uulgi, cui fere semper pessima pro optimis placuerunt. Quapropter Socrates in Critone Platonis, illud in primis uult esse sapienti fixum decretūq; ne quid opinione uulgi commoueatur, imo suspectum babeat, quidquid senserit uulgo uehemēter arridere.

Suidas.

**Σάλωτρος οὐκέτε.** i. Sus tubam audiuit.

In eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, uerum eas neq; intelligunt, neq; mirantur. Aut in eos qui ihs que audiunt, neq; gaudent neq; commouentur. Extat apud Suidā senarius. Asinus lyram, sus audijt stolidus tubam.

**Quod index auro, id aurum homini.**

In saxeis coticulis aurum exploratur, euidens præbēs specimen. In auro uero proborum pariter et improborum ingenium deprehenditur.

Opes ut index, hominis ingenium arguunt.

**Lydius lapis siue Heraclius lapis.**

**Λίθος ἡρακλεία λίθος λαυρός.**

Theo =  
phrasitus.

Id est, Lapis Heraclius, siue Lydius lapis. In eos dicitur, qui uehementer acri, exactoq; iudicio sunt. Adagium accommodari potest uel ad personam, uel ad rem. Ad personam hoc pacto. Tu scriptorum meorū optimus index, planeq; quod dici solet ἡρακλεία λίθος. Item hoc modo: in pensitandis, aestimandisq; ingenij emunctissime naris, ac prorsum Lydius, ut aiunt, laps. Ad rem hoc pacto. Adolescentium ingenij liber-

c. 5. tas aperit,

## I V D I C A N D I.

*Cas aperit, uiris commissum imperium, Lydius, quod diunt lapis est.*

### Gnomon & regula.

*Quod in re quapiam precipuum, et ad quod unū reliqua omnia conferuntur, regulam et gnomon prouero bio uocabant. Porro ad regulam exæquant fabri stru cturam. Idem utuntur gnomibus, Constat autem gnomon ē duabus lineis rectis, quas utringq; demetiens, disse cto quadrangulo constituit.*

**Horatius** Emunctæ naris. Mucco sis naribus.

*Emunctæ naris dicitur acri, exacto iudicio, quasi pur gatis naribus, muccoq; emunctis. Horatius.*

*Emunctæ naris, durus componere uersus.*

*Contra, obsecæ naris dicuntur stupidiores.*

**Plutarch.** Τενέδιος ἄνθρωπος, i. Tenedius homo.

*Plutarchus ait dici solitum de homine tetrico, formidabiliq; aspectu. Originem uarie tradunt. Suidas ait, regem quempiam Tenedi fuisse, cui nomen Tenes, qui legem tulerit, atq; induxerit morem, ut à tergo iudicis astaret quispia, securim tenens, uidelicet in hoc paratus, ut qui perperā quid in iudicio dixisset, opinor mendacium, aut falsum testimonium, cum protinus securi feriret.*

**Stephan⁹** Tenedius patronus. Τενέδιος συνήγορος  
Id est, Tenedius aduocatus. Eodem è fonte profectū est et hoc, dici solitum de eo, qui compendio causam expedit, litisq; nodum ocyus dissecat. Ductum à Tenedia securi.

**Hierony.** Manum ferulæ subduximus.

*Et nos manū ferulæ subduximus. i. nos quoq; literas didicimus, et præceptorū opera usi sumus. Nā antiquis literatores discipulorū manus ferula cædebāt. Vñ de manu*

de manum ferulae subdixisse dicuntur, qui desierūt in ludo literario uersari, neq; iam pueri docendi, sed ut cunq; docti sunt. Iuuenalis in. i. Satyra.

Et nos ergo manum ferulae subduximus, & nos Consilium dedimus Sylla.

Hiero. Subduximus accipere uidetur, pro eo, quod est, subiecimus, supposuimus.

Nouit quid album, quid nigrum.

Duplicem in sententiam accipi potest. Aut nouit dis-  
crimen recti, prauiq; aut nouit id, quod nemo uel in-  
doctus ignorat. Nam euidentius est albi, nigriq; disciri-  
men, quam ut quisquam nō uideat. Videtur tractū esse  
apriscis illis mortalibus, q; duos tantum naturales co-  
lores nouerāt, albū ex nigrum teste Pompeio.

Nouit mala & bona.

Homerus

In eū, q; per etatem, usumq; rerū iūm delectū habere  
potest, fugiendorū atq; expetendorum, cōgruet illud  
Home. Iamdudum siquidem, nouiç; & sentio cuncta  
Quæ bona, quæq; mala.

Purpura iuxta purpuram dijudicanda.

Η τωρφύρα πρὸς τὴν πορφύραν δισκριτέα.

i. Purpura ad purpurā dijudicāda est. Certissimū iua-  
diciū ex colatione nascitur. Vnde emptores mercatu-  
ri purpurā ne fallantur, alterā adhibent purpuram.

Λευκῆ σάθημ. i. Alba mussi.

Plato.

Hoc est, nullo delectu ac citra discrimē. Effertur &  
expressius adagiu à nonnullis. In albo lapide alba linea.  
Dicitur uel in eos, q; nullo sunt iudicio, uel i stupidos  
uel in eos, q; incertis probant, aut significat incerta.  
Vsurpatur & à Platone in dialogo, cui titulus Char-  
mides, ubi Socrates ait se erga formosos adulescētes  
perinde esse, ut albā amuſi in albo lapide, propterea  
quod

## I V V E N T A.

quod neq; discerneret satis inter formas, et omnes ex equo amaret. Solet enim funiculus ille minio oblini, quo discrimin faciat, unde ex rubricam uocauit Persus. Ac si oculo rubricam dirigat uno.

Nullus delectus.

Aristoteles libro Politico. 2. refert hunc uersiculum.  
Ενδέκατη μέρη πολιτείας οὐδὲν τὸ δόλος. id est.  
Par honor, ignauoq; uiro, et uirtute ualenti. Quo uti  
licebit, si quando significabimus nihil esse discriminis  
inter eruditum et impostorem, inter benemerentem  
et malemerentem. &c.

Aristotele. Lesbia regula.

Dicitur quoties præpostere, non ad rationem factum,  
sed ratio ad factum accommodatur. Et cum lex moribus  
applicatur, non mores ad legem emendantur, aut  
quoties princeps se populi moribus accommodat, cum  
contra conueniat plebem ad principis arbitriū uitam  
instituere, si modo princeps ipse ad honesti regulā ac  
scopum respiciat.

## I V V E N T A.

Homerus Iuuenta viribus pollet.

Ad uires plurimum momenti adserit etas iuuēta. Flos  
quoq; adest æui, cuius tunc maxima uis est.

Horatius Iuuenari.

Iuuenari dixit Horatius, tum noue tum proverbialiter, in arte poëtica. Græci item νέος ἄνθρωπος, νεοενήρης, νεοενήρης, cōsimili modo usurpauit, pro eo quod est iuuenum more iactantius, incōsideratus, inconsultius agere, aut si quid aliud ei etati peculiare uidetur. Quod quo lōgius traducatur, hoc fuerit uenustius, ut si quis orationem floridam, phaleratamq; dicat νεοενήρης.

Eiusdem

Eiusdem formæ est rurorūq; pro gestu, cultuq; re = presentare mulierem.

## I V S T I C I A.

Partitio non præfocatio. Mēpis ὡν πνιζόν.  
Id est, sortitio, non præfocatio. Olim cum i; qui uiribus præpolleret, cibū eriperet imbecillioribus, manus interim in illos iniçientes excogitatū est, ut fortibus ex æquo diuideretur epulū, iamq; à pauperibus ex clamarī coeptum, partitio non strangulatio. Eaç; uox in proverbiū abyt. Quo licebit uti, si quando significa bimus, non esse locum uiolentia, sed ex æquitate iuris oportere tractari negocium.

Iustitia in se virtutem complectitur omnē. Aristote.

Ἐπὶ δέ δικαιοσύνῃ οὐ λάθετω πᾶσας ἀρετὴ εἰμί.

Id est, iustitia in se uirtutem complectitur omnem.

Homines frugi, omnia recte faciunt. Cicero.  
M. Tullius libro Tusc. 4. Frugalitatis nomen tanquā ad caput referre uolumus, quod nisi eo nomine uirtutes continerentur, nunquam illud tam peruulgatum es set, ut iam proverbiū locum obtineret. Homines frugi omnia recte facere.

Exigua res est ipsa iustitia. Aristote.  
Quo proverbio significabant, non multū adferre momenti, si probus sis, nisi talis etiam habearis, et opinio nem longe plus ualere, quam ipsam rem.

Trutina iustius. Δικαιοτέροις σεχεύνεται.  
Id est, iustius trutina. De ijs, q; insigni, incorruptaq; sunt æquitate. Est autem id liber genus, quo uel minus tissimum ponderis momentū sentitur, dignosciturq;. Latimi quoq; exactam æqualitatem æquilibriū appellant. Unde et æqualance dicitur.

Δικαιο-

## I V S T I C I A.

Suidas.

Δίκης ὄφθαλμός. i. Iustitiae oculus.

Dicitur syncerus et incorruptus iudex, aut ipsum etiam iudicium. Ad agij meminit Suidas.

Δίκης δικαιόπερ. i. Iustitia iustior.

De uehementer integris et incorruptis.

Μάρας. i. Maras.

Hoc nomine ferunt fuisse quempiam apud Berœam Syria ciuitatem, ditiissimum quidē illum, uerū nihilominus humanum et officiosum in omnes, tum ciues, tum hospites. Vnde uulgo receptum, ut id uocabuli tribueretur uiris, q ad multorum utilitate natu uiderentur.

Suidas.

Bocchyris. βάκχυρις siue βόκχυρις.

Nam utrumque reperio, rex quidam fuit Aegyptiorum adeo nota et incorrupte in iudicadis litibus iusticia. Dici potest et de ijs, qui non temere de re quapiam pronunciant.

Horatius

Eadem pensari trutina.

Id est, Eadem lege. Hora. in sermo. Hac lege in trutina ponetur eadē. Idē in epist. Romani pensantur eadē Scriptores trutina. Cōuenit cū illa iurecōsul. regula. Patere legem, quam ipse tuleris. Sine ut eo pacto tecū agatur, quo tu cum alijs egeris. Persius. Examenū improbum in illa Castiges trutina.

Ράμνος. i. Rhamnusius.

Eudemus in dictionibus rhetoriciis admonet, id cognomini olim ceu proverbio additum sapientibus ac moderatis uiris. Nec explicat ad agij rationem. Vnde cōiectare licet, uel ab eius gentis moribus ductum, uel à dea Rhamnusia, quæ modum in omni negocio docet adhibendum.

Strabo.

Πεικήν δίκη. i. Prienensis iusticia.

Suidas ostendit conuenire cum significamus aliquem in iudi-

In iudicando plurimum excellere. A Biante Prenensi sumptum, cuius integritas in iudicandis causis in prouerbium abiit.

Rectam ingredi viam.

Aristides

Τὸν δὲ τὸν Εὐθύην διέπομπον.

Id est, Rectam ambulare viam dicitur, qui nusquam deflectit ab honesto. Plautus. Nunc ego Pol in rectam redi semitam.

Quintili.

Dum clavum rectum teneam.

Id est, Dum meo fungar officio. Significat autem non imputandum cumentum parum proferum artifici, modo is prestiterit, quod artis est. Nam et gubernator inquietus Quintilianus, uult salua nauem in portu persenare, si tamen tempestate fuerit arreptus, non ideo minus erit gubernator, dicet notum illud. Dum clavum rectum teneam.

Ad amissim applica lapidem, non ad lapidem amissim.

Πρόσεχθε καὶ πέπον, τίθεται, μήδε πρός πέπον σάθετω.

Plutarch.

Id est, Lapis amissi est applicatus, non amissis ad per tram. Admonet uitam ad leges esse corrigendam et c.

Ne moueto lineam. Μη κινδυνεύει τοι.

Id est, Ne moue lineam. Id est translatum existimat à more veterum, qui metā ducta linea signabant, in qua premū propositū erat, quod auferret uictor. Significat autem non esse mutandas leges, neque prætereados fines rerum prescriptos.

Ex aequo partire. Εξίσωσις πάροικος.

Id est, Ex aequo da omnibus. Translatū ab ijs, qui cōui uium, aut hæreditatē partiuntur. Quadrabit in iudicē aut principem, quem oportet æquabile ius reddere.

Aequalitas

# I V S T I C I A.

**Plutarch.** Aequalitas haud parit bellum.

Ἅσση πόλεις μονοὶ οὐ ποιῶσι.

**Id est,** Aequalitas bellum haud parit. Aequalitate continetur concordia. Inequalitas discordiarū est mater.

**Plato.** Quæ non posuisti, ne tollas.

Ἄλλη κατέθεται, μη ἀνέλγε.

**Id est,** Quæ non depositisti, ne sustollas. Laertius res fert inter Solonis leges, sentiens opinor de terminis agrorum non mouendis, quos maiores fixissent. Cōcūnit in furaces, et in eos, q̄ repetūt quod nō crediderūt

A sacrificiis abstinentiae manus.

Vulgo quoq; creditum est, satū instare ei, qui sacrificiis rebus, ac Deo dicatis manus imicerit. Vnde Homer. Cum diuō certare uiro simulatq; cupit quis Cuiq; Deus beneuult, malū huic breui imminet ingēs.

**Plautus.** Nemo quenquam ire prohibet publica via. Quo significant rerum communium aequalē omniis usum esse.

**Vale. M.** ΖΑΛΕΥΚΟΣ νόμος. i. Zaleuci lex.

De edicto, mandatoq; plus satis rigido, parumiq; sua mano dicebatur. Zaleucus quidam Locrensis leges tulit acerbiores, quales ferrutur, et Draconis fuisse leges apud Athenienses, uerè Draconis, ut ille dixit, nō hominis. Non dissimile illis. Maniana imperia, et Phalaridis imperium. Meminithistoriae Valerius Maxi. lib. 6. cap. 5. Etenim cum filius Zaleuci secundū ius ab eo constitutum ob crimen adulterij utroq; oculo care re deberet, ac tota ciuitas in honorem pœnam adolescenti remitteret, repugnauit aliquādiu, postremo populi uictus precibus, suo prius, deinde filij oculo eru to, salua lege, supplicij modum temperauit.

**Homerus** Hæci iustitia.

AUTA

Αῦτη τοι οὐκ εσί θεῶν οἱ ὄλυμποι ἔχοσι.  
· Diuū hæc iusticia est, magnus quos claudit Olymp⁹.  
Dici solitum, quoties pœnas darent scelesti, ueluti dijs  
ipsis ultioribus. Diuūm hæc iusticia est, magnus quos  
claudit olympus.

Dat veniam coruis, vexat censura columbas Iuuenalis  
Pœna legum exercetur in humiles quospiam, rapaci-  
bus ignoscitur. Plutarchus in uita Solonis. Leges ara-  
nearum telis adsimiles dicebat. Propterea quod in il-  
las si quid leuius aut imbecillum incurrerit, heret, sin-  
maius aliquid dissecat ac fugit. Terent. in Phormione.  
Quia non rete accipitri tenditur, nec miluio.  
Qui male faciunt nobis, illis qui nihil faciunt tēditur.  
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.

Quod alijs vitio vertas, ipse ne feceris. Homerus  
Quod damnaturi sis in alijs, in te ne admiseris. Ad  
id faciet illud Homeri.

Imo adeo si quisquam alijs patrare pararet  
Tale aliquid, damnaretis, uitioq; daretis.

Vrbanus nihil æqui cogitat.

Οὐδὲν φρονεῖ σ' ικατον ἀνής ἀσυκός.  
Id est, Vrbanus æqui nil, boniue cogitat. Admonet ru-  
sticanam uitam innocentiorē esse, ut quæ sola cū so-  
lis habeat commercia terris. Contra qui degunt in ur-  
bibus, propter contagia negotiorū et hominū, astu-  
tores euadere. Potest et hoc accommodari parcemia,  
quod eximie morū ciuitati et urbanae blan-  
diloquentie, fore comes esse solet astutia.

Contra qui moribus sunt agresti-  
bus, ijs plerung; fides  
est certior.

# LACESSENTIS.

**Diogeni.**

Arietem emitit. Αριέαν προβάλλει. i.



Rictem obijcit. In rixa pugnæcūpidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi faciem mittebant, qui arietem adductū in hostiū finis immitteret, hoc significans pāto ciuitatem et agros illorū hostiū compascuos fore, autor Diogenianus.

Ἐγκύδεμη ηγή πόρρωθεν.

.i. Cominus atq; eminus.

Translatum à bello, in quo nūc conserti pugnant gladiis, nūc machinis procul tela in hostem torquentes. Id si ad animi res transferatur fiet uenustius. Cum hominibus habenda pax, ceterum cum uitij cominus atq; eminus pugnandum.

**Terētius.** Non vt prior ledam, sed vt iniuriā retaliē. Sed iam datum malo retaliem malum. Conuenit cum illo Terētiano. Sic existimet, responsum. nō dictū esse

**Plutarch.** Nunquam enim meos boues abegerūt, nec equos.

Οὐ γωπώντες εἷς ἡλασσεν, οὐδὲ μὴν ἴππος. .i. Nō enī equos unquā mihi subduxere bouesue. Num quam me læserunt, aut affecerunt iniuria. Cum ne gamus nobis esse causam, cum illum aut illum odiſſe debeamus.

Omni conatu inuadere.

Si quem significabimus totis viribus tendere in quempiam oppugnandum, conueniet illud Homeri.

Obuius Aeneas, clypeoq; insurgit et hasta.

**Tullius.**

Πυζ καὶ λαζ. i. Pugnis & calcibus.

Pro eo, quod est; omni contumelias genere

Tangere

Tangere hulcus. Κενῆρηθίγην τὸ ἔλανον. Terentius.  
Id est, Mouere seu tangere hulcus, est mouere dolorem eiusq; rei facere mentionem, quæ nos magnopere urat. Terentius. Quid mirus necesse fuit, quam hoc hulcus tangere.

Temulentus dormiens non est excitandus. Sopitum ebrium non oportere excitari somno. Similimum est autem illi. Malum bene conditū ne mouess. Non est refricandum odium, cui iam tempus induxit obliuionem. Non est renouandum animi uulnus, cui iam abduci cicatrix coepit.

Thunnissare. Θύνιζε. Diogeni.  
Græci transferūt pro stimulare, pungereq; uel quod hic piscis, quo sit palato gratior, pīgi soleat, uel quod ipse piscis adurat, pungatq; contactu.

## L A E T I C I A, TRISTICIA.

Irrisibilis lapis. Αγέλας οὐτέρω. Zenodot.

Id est, Irrisibile saxum. De re uehemenier acerba, tristiq;. Quadrabit in scueros ac tetricos, quosque vocant αγέλασες.

Sinapi uictitare. Plautus.

Tristes ac supra modum tetrici sinapi uictitare dicuntur, quod hodieq; uulgo tritum est. Plaut. Si è castor hic homo sinapi uictitet.

Animus habitat in auribus. Herodot.

Veteres animo sedem in oculis dedere, pleriq; in corde. At Herodotus docet animum habitare in auribus: quod qui bene audiunt uoluptate afficiantur, qui secus exacerbentur. Opinor hunc esse sensum adagij, quod ex his que audimus, maxime placatur aut irritatur animus.

## L A E T I C I A.

In antro Trophonij vaticinatus est.  
Ἐστροφωνίς μεμάτθυται. .i.

In Triphonijs antro uaticinatus est. De hoīc uehemener tristi, tetricoq; propterea quod olim creditū est, eum, qui in Trophonij specum descendisset, postea nunquam ridere.

Suidas. Harmodij cantilena. Αέμοδίς μέλΩ.  
Id est, Harmodij cantio. De lugubribus ac tristibus dīcebatur. Simillimum illi. Admeti melos.

Suidas. Αγγείδες ὄρχες. i. Argiuos vides.  
Id est, Stupidis et attonitis oculis. Sumptum opinor ab Oreste furijs agitato.

Ἄδμητς μέλΩ. i. Admeti nænia.  
De tristi, lugubrijs cantiōe. Accommodari potest ad orationem querulā ac miserabilem. Admetus rex fuit Phereorū, qui defuncta uxore stridulas quasdam et lugubres nænias decantabat aſſidue, donc mota Proſerpina remisit Alceſtidei eius uxorem.

Canere de Telamone. Αὐτὸς τὰ τελαμώνων.  
Id est, Canere cantionem Telamonis. De querulo ſermone dictum prouerbium, quod Telamon impotētius fleuerit, Aiacem filium perijſſe apud Troiam.

Theocri. Λιτύερσαρ ωδὴν ἔχεις.

.i. Lityersam cantionem canis.

Lityerses nothus erat Myde regis. Hic instituit ut in honorem Midæ Thericos, id est, astiuus aut meſſo rius hymnus caneretur, unde ductum prouerbium, ut qui non ex animo canerent, aut qui coacti caneret, hī lityersam cantionem canere dicerentur.

Τραγῳδίκον βλέπεις. i. Tragicum tueri.

Quadrabit uel in fastuosos, uel in tristes, ac luctuosos Aristop. Tauricum tueri. Βλέπεις ταῦρον ὡραῖον.  
Id est,

*Id est, Tueri taurine, pro eo quod est torue. Plato demonstrat hunc Socrati fuisse morem, taurinis oculis obtueri.*

*Ἄρεως ὄμματα .i. Atrei oculi.*

*De toruo truculentoq; aspectu dicebatur. His enim oculis in tragœdys inducebatur Atreus. &c.*

*Titanicus aspectus. Τιτανῶν δὲ βλέπειν. Lucianus*

*Id est, Titanicum intueri, hoc est uultu Titanico ob tueri. Titanicum autem toruum vocant, ac tetricum, ac cuiusmodi fuisse feruntur veteres illi Titanes.*

*Cepas edere aut olfacere. Κρόμμιον ἔσθιεν.*  
*Id est, Cepas edere. Dicebantur ioco proverbiali, q; lachrimari uiderentur. Ductum est hinc proverbum quod separum odor, ut est acris, consuerit lachrymas oculis excutere.*

*Ητῆνδες τίνος ἀλεκτυόν.*

*Eudemus*

*.i. Superatus es a gallo quopiam.*

*Iocus proverbialis in seruos qui dominos à tergo sequuntur supplices, uidelicet ex abiecti, cuiusmodi solent esse galli superati in pugna. Nam haec uicta silere solet, canere si uicisset.*

*Αχεύλων σκυτάλη. i. Tristis scytale.*

*Aristop.*

*De re tristi, seriaq; dicebatur, aut de nuncio, qui dolorum adferret.*

*Αρρόποταγίτης. i. Areopagita.*

*De tristi seuerog; dicebatur, aut etiam de iudice uehementer incorrupto. Athenis summa erat Areopagita rum autoritas, hi erant iudices qui de capitalibus causis pronunciabant.*

*Εγίνεις ἐκ τραγῳδίας, .i. Erinnys ex tragœdia Aristop.*

*De saeculis amiculus Strabo libro Geo. 4. tradit insulas esse decem in Occano Gaditano nomine Casiteridas,*

*d.3. quartum*

## LAE T I C I A.

quarū una prorsus inculta sit, in reliquis habitare homines colore fusco, tunicis utentes ad talos usq; demissis, pectoribus cingulo obcinctis, baculos manu gestantes, in summa persimiles furij tragicis. Quibus ex uerbis apparet hoc habitu furias in tragœdijs induci solere.

**Persius.** Ne sis patruus mihi. Sapere patruos. Patruorum in nepotes ceu peculiaris, genuinaq; seueritas, prouerbio locū fecit. Horati. Metuentes patrua uerbera lingue. Patruam linguam uocat seueram, et obiurgatricem. Ad hanc formam pertinet illud Persianum. Cum sapimus patruos. Id est, postquam abiectis puerilibus nugamentis, seueros mores induimus. Idem Horatium amulatus, ut solet dixit. Ne sis mihi tutor, id est, ne mihi præscribas, atq; imperes.

**Plinius.** Frontem exporrigere, Frontem cōtrahere. Frontem explicare, cum hilarescimus, contrahere cū ringimur, hoc est, ubi quid molestem est, dicimus. Plinius in lib. ii. Frons ex alijs, sed homini tantum tristiae, hilaritatis, clementiae, seueritatis index. Terentii. Exporrige frontem. Hora. Sollicitam explicuere frōtem. Idem alibi. Demē supercilio nubem Exporrecta fronte, hilariter. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet, apud Plautū. Obducta frōte, corrugata frōte cōtracta frōte, caperata fronte. Plaut. Caperat frons seueritudine. Et nubila frōs, serena frōs, explicita frōs

**Aristop.** Magis gaudet eo, qui senectam exuit.  
τέγκθε μᾶλλον ή τὸ γῆρας ἐκδύσις.

Id est, Gaudet magis, quam qui senectam exuit. De uenienter hilari, ac gestienti gaudio. Ductum est à serpentibus ex cicadis, qui statim temporibus exuunt senectutem, ac ueluti renascuntur.

Festinus

Festiuus sermo.

Homerus

*Vbi quis in conuiuio sermonem inducit, admodū hilare ac festiuum, qui discutiat omnem tristiciam. Conueniet illud Homeri.*

*In uinum immisit mox pharmacon, unde biberunt Luctusq; bilisq; maliq; obliuia cuncti.*

Contrahere supercilium. Inflare buccas. Suidas.

Οφρύς ἀναστοντες και γνάθος φυσῶντες.

*Id est, Adductis superciliis, et inflatis buccis. In fastuosos ac turgidos dictum Suidas admonet. Siquidē in superciliis, arrogantiae sedes. Horatius inflatus buccas ad iracundiae retulit argumentum. Quin lupiter ambas, iratus buccas inflet. Traductum à ranis, que per iram influntur.* Horatius.

Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.

Aι. ωτι κλαίει. Sanguine flere.

*Proverbialis hyperbole significans nihil non fieri quo flectatur aliquis. Sic enim antiqui loquebantur. Haud flectes illum, ne si sanguine quidem flueris.*

Σέρψων οὐκτηκότερος.

Aristides

.i. Sarone magis nauticus.

*Aiunt hunc fuisse deum quempiā nauticum. Unde et Saronico mari cognomen inditum. Congruet in horrido cultu hominē, et moribus feris. Quod genus nautas plerosq; uidemus esse. Aut in negotiatorē per oīa maria uolitante. Huic diuersum quod ait in Ranis Aristop. Qui potero imperitus, et à mari alienissim. Salaminis expers, nauem agere?*

 LANGVOR. Vehementia.

Oἴστω προπληγεῖς. i. Oestro percitus. Plato.  
*Id est, Ingenti animi cupiditate cōmotus, ac uelut atq; d. 4. tonitus.*

## L A V T I T I A E.

tonitus. Oestrum enim insecti genus, horrendo strepitu, unde et nomen inditum apud Græcos. Nam Latini Asylum appellant. Hoc addito Iuno uaccam Ino in furorem egit. Unde poëta diuino correpti furore oestro conciti dicuntur.

Pyrrichen oculis præ se ferens.

πυρρίχλω βλέψεις.

Id est, tumultum ac bellum uultu præ se ferre, inde dictum, quod Pyrrhice saltationis genus est, quod ab armatis pueris peragebatur, ut testis est Athenæus libro Diplosophistarum. 14. ostendens in ea belli imaginem repræsentari, impetū et ardorem adorientium et celeritatem fugientium.

Homerus. Vehementer cupientis.

Cum animus uehementer nos instat ad faciendū quippiam. Conueniet illud Homeri.

Sponte mihi gliscens animo in pectore gestit  
Usg; magis, bellare manu, et configere coram  
Festinante infrag; pedes, ac dextra superne.

Quintili. Manum habere sub pallio.

Dicuntur qui languent ocio. Sumptum à gestu rhetorum. Nam qui languent, manum occultant sub pallio, qui commoti sunt proferunt.

## L A V T I T I A E.

Zenodot.

Διόδες ἐγκέφαλος. i. Iouis cerebrum.

Et Regis cerebrum. De cibo uehementer opiparo ac suavi. Aut de molliter, delicate; uiuetibus. Clearchus apud Zenodo. scribit opiparas epulas apud Persas, iouis ac regis cerebrum appellari. Athenæus Iouis cerebrum inter secunda mensa delitias annumerat.

Θεῶμ τροφά. i. Deorum cibus.

De pres

De prælautis epulis dicebatur, propterea q. Homerus  
fixit deos nectare atq; ambrosia uictitare.

Πέμπεται ἀπίκοις i.e. Attica bellaria. Plato.

De lautitijs et cupedijs. Transferri potest ad rē quā-  
cunque maiorem in modum suauem ac iucundam.

Ηράκλειος λεπταὶ i.e. Herculana balnea. Aristop.

De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales le-  
gimus et thermas Neronianas.

In cotyla gestaris. Εμ ποτύλη φέρει, III. Pollux  
Id est, In Cotyla portaris. Sufficor dictum de ijs, qui  
arbitrio alieno, quo libitū esset, huc atq; illuc duceren-  
tur. Aut ubi quis indulgentius foueretur. Tractū est  
adagium à genere lusus puerilis, qui dictus est, ς  
ποτύλῃ. Huius meminuit Iulius Pollux libro nono de  
rerum uocabulis.

Τυπόρμαχαῖρ.

Μάζα Græcis genus est cibi è simila tritici, quod ut ap-  
paret in delitijs erat. Vnde uulgari ioco dicebant,  
Τυπόρμαχαῖρ pro opiparc splendideq; uiuere, siue ob-  
egregias mazas, siue quod aliquid his etiam lautius  
sumerent.

Ματτυάξειρ.

Dicebatur in eos qui suauiter uiuerent. Ματτύα,  
cibi genus est primum à Thessalìs repertum.

De lautitijs.

Homerus

De cibis prælautis quadrabit illud Odyssee:

Qualia purpurei comedunt opsonia reges.

Venustrius fiet, si trahatur ad orationem supra mo-  
dum elegantem.

Μέλιτη μελὸς i.e. Mellis medulla.

De re maiorem in modū suavi dicebatur. Vnde et illa  
paſſim obvia, in medullis et medullitus amare.

d.s. Optimum

## L A V T I C I A E.

Optimum condimentum fames.

Irridebat Socrates hoc dicto luxū Atheniensīū, q uā  
rijs cupedijs & operosis cōdituris conarētur efficere  
ut cibus saperet palato, cū id optime p̄stet fames.

Aristop.

Afra ausi. Αἰγυκόροπ ὄψεων.

Id est, Libyca ausi. Refertur à Suida de prægrandi-  
bus, quod ex ea regione deportentur aues immani ma-  
gnitudine. Horatus de prelauta usurpauit:  
Non Afra ausi descendat in uentre meū. Iucūdior,  
quam lecta de pinguiſſimis Oliua ramis arborum.  
Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa. Mea  
quidem sententia non incepit iacietur, & in hominem  
peregrino cultu notabilēm. Conuenit etiam in barbi-  
ros ac meticulosos. Sunt enim hoīes prægrandes ferè  
timidiores, Teren. Hic nebulo magnus est.

Anima & vita. ψυχή.

Id est, Anima & uita. De re supra modū suauit. Pro-  
uerbiū natū i cubilibus, atq; inde deductū in coēm ser-  
monem. Nihil aut̄ est uita, neq; iucundius, neq; chri-.

Coturnissare. κιχλιζειν.

Proverbio dicebantur, qui pinguibus coturnicibus aut  
turdus uescerentur, aut qui riderent lasciuē parumq;  
decorē. Quid rabit igitur uel in liguritores, & cupe-  
dijs addictos, uel in lasciuius ludentes. Sturni nihil nō  
imitantur, & turdus a Plinio recensetur inter aues,  
que sermonem humanum imitantur.

Terētius. Dubia coena.

Dubiam coenam opiparam, uarijs instructam ferculis  
appellabane, idq; proverbī a parasitis repertū appa-  
ret. Phormio apud Terentiū: Coena dubia apponitur  
Quid isthuc uerbi est? Vbi tu dubites quid sum us po-  
etiſſimum. Et dubia coena posſit intelligi, que non c. t.  
reat ſu

*reat suspicione ueneni.* Horatius:

*Vides ut pallidus omnis,* Cœna desurgat dubia.

*Lydorum carycæ.* Λυδούς καρυκαῖς.

*Id est, Lydorū carycas.* Antiquitus appellabante quicquid esset opiparū et uarijs conditū cupedij. Nā Casrica cibi genus est Lydij, ex multiugis lautitijs apparatu et janguine confectū. Effertur adagiu integrē ad hunc modum: Nec Lydorum caricas, nec flagrorum strepitus, Subaudiendum, uolo. Id est, nec blandimenta uolo, nec conuitia.

*Qui possum ab hoc epulo abesse.*

Plato.

Plato in Phædro: Πῶς δὲ διός τε εἰλικρίνης δοιγάνης ἀπέχεται, id est, Qui possum ab hoc epulo abstinere? De re uehementer suaui atq; expelienda, quod genus est festum aliquod convivium.

*Thasium infundis.* Θάσιον ἐνέχεται.

*Id est, Thasium miscuisti.* Dici solitum uidetur, ubi quis uimum non aqua, sed alio quopiam efficaciore ui no dilueret. Nam Thasia uina laudatissima quondam fuerunt. Plinius inter transmarina uina Thasiū Chianū in summa gloria fuisse scribit.

## LIBENTER.

*Δέχεται νοῦ βῶλορ ἀλήτης id est,*

*Accipit & glebam erro.*

Dici solitum in eos, qui nihil grauatur, aut aspernatur sed quicqd datur, quantūlibet pusillū, id boni consulūt. Originem ad agionis ad huiusmodi casum reserunt.

Aletes quidam Corinþo pulsus, adhortante oraculo, tentauit, si posset in patriam redire. Atq; interim rusticō chipia factus obuius, cibū mendicauit. Ille, ludibrij opinor causa, glebam ex agro sublatam porrexit

Aletes

## L I B E R A L I T A S.

Aletes eam, tanquam felix omen accipiens, effatus est:  
Accipit et glebam erro.

Quintil.

Obuijs vlnis.

Apud Quintilianum, pro eo quod est, audiē, sitione  
terq;. Translatum ab ijs, qui porrectis ulnis properat  
in complexum eorum, quorum magno desiderio tene-  
bantur, quosq; cupidissime conspicunt. Legimus et  
obuijs manibus, Ambabus manibus.

## L I B E R A L I T A S.

Seneca.

Bis dat, qui cito dat.

Memini, nisi fallor, apud Senecam alicubi legere: Bis  
dat, qui cito dat. Idem lib. de beneficijs. 2. In gratum  
est beneficiū, quod diu inter manus dantis habet. Que  
sententia monet, haud cunctanter, haud gravatim op-  
tulandum amicis, cū opus est, sed ultro non expectatis  
precibus deferendum officiū. Tardū beneficiū, ingratiā  
est. Euripides: Odi equidem amicis serius succurrere.  
Bis est gratum, quod opus est, si ultro offeras.  
Beneficiū inopi bis dat, qui dat celeriter.

Ambabus manibus haurire.

Αντλέηρ ἀφοτέρους.

Id est, Haurire ambabus, subaudi, manibus. De ijs di-  
ci consuevit, qui summo conatu quippiam agunt. Huic  
confine est: Noui equidem clypeum dextra, leuiq; mo-  
uere. Inuenitur et illud: Ambabus manibus largiens,  
Id est, affatim et prodige, aut etiam perbenigne.

Ipsō horreo.

Quod prolixē et affatim datur, ipso horreo dari di-  
citur, quemadmodū ipso canistro, propterea, quod ex  
horreo plenius depromitur, quam è choenice. Simile  
illi: E dolio hauris.

Promus

Promus magis q̄ condus.

Ausonius.

Ausonij dimeter iambicus: Promusq; quam cōdus magis. In quendam profusiorem, qui parta prodigere nosset, querere aut quæsita seruare non nosset. Sumpta metaphorā à rei familiaris dispensatoribus, maximēq; permaria, quos Græci ταχιοις uocant.

Larus in paludibus. Λάρος ἐν ταχιοῖς.

Id est, Larus in paludibus. Suidas scribit dictatum de ijs, qui faciles sunt ad dandum. Ductum à Laro aue Ea quoniam facile decipitur, illiciturq; proinde proverbio locum fecit.

Virgo primum. Παρθένος τὰ πεῶτα.  
Id est, Virgo primum. De ijs dici solitū, qui rem paternam profunderent. Haud scio an inde ductū, quod virgines adhuc rudes, et meretricij quæstus ignaræ, facile sui copiā faciunt. Postea quo plus auferant pœnij, difficiles se præbent. Itidem adolescentes nuper nacti facultates, priusquā intelligent quid sit pecunia, largius effundunt. Et prima uite pars, qua quidē est optima, stultiissime nobis conteritur.

Codali choenix. κοδάλου χοῖνιξ. Suidas.  
Id est, Codali choenix, siue demensum. De magnis mensuris dicebatur, autore Suida. Neq; præterea quicquā super hac re mihi repertum est adhuc apud autores. Coniectare licet ortum à seruo quopī edaci, cui choenix fuerit altius capax, et hac arte fraudarit herum. In collectaneis Hesychij reperio condalum piscem, aut eundem, aut certe affinem Cestreo, quem Gaza uerit mugilem. Sed idē meminit alibi huius prouerbij, Codali choenix, subindicans fuisse quempiam edilem, qui maioribus mensuris solitus sit uii.

Bona porsenæ.

Liuius.

Bona

## L I B E R T A S.

Bona Porsenæ dicebantur, que uelut ab hostibus erēta paruo ueneunt. Eam appellationem Liuius scribit ad suam usq; etatē durasse: putatq; inde natā, q; in bello soleant bona Porsenæ uenire Romæ, eaq; consuetudo una cū titulo perseverarit et in pace.

### De alieno liberalis.

De alieno facile largimur, de nostris non item.

**Lucianus.** Koivōs ὁ ἐρυθρός i. Communis Mercurius  
Quidā hinc natam paroemīa arbitrātur, q; Mercurius  
ut est furtorū autor ac repertor, primus ostendit, que  
furto parta sint, ea in mediū communiter oportere de  
ponere. Alij malūt huc referre, q; Mercurius sit ora  
tionis autor, per quam inter hoies omne cōmerciū ge  
nus cōstat, unde et medius inter superos atq; inferos  
a poētis fingitur, pariter superis deorum gratus et  
imis, q; sermo animū interpres, summos cum infimis,  
reges cum plebe conciliet.

## LIBERTA S. Veritas.

**Lucianus.** De plaustro loqui.

Libertas ueteris comoediæ eosq; progressa est, ut nō  
solū ciuiū pramates, uerum etiā deos noiatim taxaret.  
Quoniā aut apud priscos illos homīi fabule i plaustris  
agebātur, a iuuenibus, ore sece collito, ne possint agno  
sci, qui magna licentia, in obuiū quenq; dictoria iacies  
bant. Inde natum adagium: ὡς ἐξ αὐτοῦ λαλεῖν,  
Id est, Tanquam è plaustro loqui, de his qui palam ac  
libere conuiciantur.

### Iubentis aperte loqui.

Si quē admonebimus, ut proferat dolores aut odij cau  
fas, nec celet in animo, non illepide dixerimus:  
Eloquitor, ne cœlato, quo norimus ambo.

Obsequia

**Obsequium amicos, veritas odium parit. Terentius.**  
**Terentius in Andria . Vulgaris enim amicitia constat obsequijs. Nam inuicem conniuere ad familiarium uitia, hæc res ex iungit iunctos ex seruat amicos . At inter ueros amicos, nihil est ueritate incundius, modo absit asperitas agrestis ex inconcinna, grauisq;. Porro qui uulgo plurimis studet amicus esse, moribus alienis obsecundet, cauetq; iuxta Persium:**

*Auriculas teneras mordaci radere uero.*

**Marcus Tullius in sermone de amicitia: Sed nescio quo modo uerum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit: Obsequium amicos, ueritas odium parit.**

**Molesta ueritas est, siquidē ex ea nascitur odiū, quod est uenenu amicitiae. sed obsequium multo molestius, qd peccatis indulgens, præcipite amicū ferri sinit. Maxima autē culpa in eo est, qui ex ueritatē aspernatur, et in fraudem obsequio impellitur.**

**Byzeni libertas. Βυζαντίου περιστοίχων.**  
**Id est, Byzeni libertas, ubi quis audacius, liberiusq; loquitur. A Byzeno quodam Neptuni filio, cui mos fuit mira in dicendo libertate uti.**

**Aſſeuerantius dicere.**

**Audacius quippiam ex aſſeuerantius dicturi, quod nobis tamen ita uideatur.**

**Non possum non dicere.**

**Vbi quis negat se reticere posse, quod habet in animo, festiuiter accommodabit illud Homeris:**

**Dicā equidē quiddā iactatiū, urget enī me Vinū amēs**

**Et fama fuit & eras.**

*Η μεν ηλέθη οὐδὲ νοι οὐδα.*

**Ideſt, Et dicebaris, erasq;. Quoties facta respondent opinioni.**

*Suidas.*

*Aperto*

# L I B E R T A S.

Tullius. Aperto pectore.

Pro eo quod est, uche menter ex animo, citrag; fucum,  
quasi renudatis animi penetralibus.

Homerus. Aperte, simpliciterq; loqui.

Cum citra ambages nos loqui significamus, conueniet  
illud Home. Non fuis te dissimulans decepero fictis.

Diogenia. Veritatis simplex oratio.

Simplex illa rusticanaq; ueritas, negligit genus ora-  
tionis fucos. Denique in eos, qui perplexe loquuntur,  
dum ueram dissimulant. Terentius:

Pergim' scelestā mecum perplexe loqui?

Scio, nescio, abiit, audiui, ego non adfui.

No tu isthuc mihi dictura aperte es, quicquid est?

Ταπὶ κοσκίνῳ .i. Ad cribrum dicta.

Quæ uera, compertaq; uideri uellent, ad hunc appela-  
labant modum.

Zenodo. Κρέπτω ρώμη .i. Curetum os.

Dici solitū, si quando quis numine afflatus loqui uide-  
retur, propterea q; Curetes Cybelis comites, furore  
quodam sacro perciti diuinare uiderentur.

Τὸν τὴν καρδία τὸν νύφοντος ἐπὶ φόι γλῶττα  
της δὲ τοῦ μεδύοντος .i. Quod in cor  
de sobrii, id est in lingua ebr̄i.

Nec prætereundum illud Herodicum: Subidente ui-  
no, supernatant uerba. Nam sobrios aut metus aut pu-  
dor cohibet, quo minus effutiant ea, quæ satius puta-  
rint suppressisse. At utrumq; pudorem discutit, et  
timor abigit. Vnde fit, ut temulentis se numero non  
contingant uoces per iugulum redituras. Pindarus in  
Nemeis: Audax iuxta craterem uox fit.

Ἐπ οἴνῳ ἀλήθεια. .i. In vino veritas.

Significat ebrietatem animi fucū tollere, et quicquid  
in pecto

*in pectore conditum est, in apertum proferre.*

*Aurum atq; argentum fabris dignoscitur igni.*

*Vinum hominis prodens arguit ingenium.*

*Hora. Quid non ebrietas designat? opera recludit.*

*Ficus ficus, ligonem ligonem vocat.*

*Aristop.*

*Τὰ σῦνα σῦνα, τὰ σκάφω σκάφω λέγωμ.*

*Id est, Ficusq; ficus, ac ligonem nominans ligonem.*

*Quadrabit in eum, qui simplici et rusticana utens ueritate, rem, ut est, narrat, nullis uerborum ambagibus ac phaleris obuoluens. Sunt enim apud Rhetores furguræ quædā, quibus fit, ut turpia honeste, aspera molliter, superba modeste, mordacia blande dicantur. At qui crassiore sunt Minerua, rudiū ac planius eloquuntur, suo quicq; nomine signantes. Lucianus: Nam ego, quemadmodum ait Comicus, rusticanus sum, et ligonem ligonē appello. Rursum in præceptis historie cōscribendæ, uult scriptorē liberū et incorruptū esse, q; rem, ut est gesta, narrans, ficus ficus appellat, ligonē ligonem. Inuenitur ad hunc quoq; modum: Ficus ficus uoco, panarium panarium.*

*Audi quæ ex animo dicuntur.*

*Lucianus.*

*Ακοε τὸ ἀπὸ καρδίας.*

*Id est, Audi quæ dicuntur ex animo. Nam scria, quæq; citra dissimulationē dicuntur, ex animo dici dicuntur, eaq; ex corde proficiisci uulgus ait.*

*Profundum sulcum. βαθεῖαν αὐλακα.*

*Plutarch.*

*Id est, Profundū sulcum. Dictum de ijs, qui cogitationibus profundis ac penitioribus rem expenderent.*

*Mibi uidetur recte quadraturū in eos, qui se metuntur non ex aliorum opinione, sed ex recte secus ueſtorum conscientia.*

*Themis-*

*Os inest orationi. οσδηπένει τῷ λόγῳ.*

*Stockes.*

*c Id est,*

## L I B E R T A S.

Id est, Os inest orationi. Dictum hoc Themistocli tribuitur. Quintilianus item rerum inuentionem appellat orationis offa. Sumpta similitudine ab animalium corporibus, quae ossibus sustinentur, colligantur nervis &c.

Eustathi⁹      Libera Corcyra, caca ubi libet.

Ελύθερα κόρκυρα, χέροι ὅπα δέλας.

Id est, Corcyra libera, proin caces ubi uelis. Cum significamus libertatem quiduis agendi, sed magis quadrabit, ubi significabimus impunitatem esse maleficis.

Lucianus.      Liberi poëtæ & pictores.

In Demosthenis Encomio:

τὸ μὲν δὴ πρινάκομφυλον ζλεύσθρον,

Id est, Atqui poëticum genus liberum. Horatius:

Pictoribus atq; poëtis,

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Sentit autē liberū esse poëtis & pictoribus impune qd. quid uelint fingere. Torqueri pōt in eos qd pertinaci & obstinato sunt ingenio, quos qd necesse sit suis nōri bus relinquare. Aut i mulieres, qbus nihil nō permitti tur, aut in principes, quibus oia laudi dantur.

Ter.

Vergilius      Ne illud quidem figura proverbiali uacat, quod Graeci numeri additione rem amplificant, maxime ternis, fortassis quod is apud priscos, & absolutissimus, et sacer habebatur, ut quicquid ter dictū aut factum esset id ratum & efficax haberetur, unde in magorum mystérijs adhiberi solitus. Vergilius:

Terna tibi hæc primū triplici diuersa colore

Licia circundo, terq; hæc altaria circum

Effigiem duco, numero deus impare gaudet.

LONGAE

Nestorea senecta.

Homerus

Apud Latinos Nestoris anni in proverbum abierūt,  
cui tres aetates attribuit Homerus in Odyss. tertio:  
Illum iam exegisse hominum tria secula fama est.  
Breuiter proverbij facie habebit, q̄cqd ab ijs sumetur  
q̄ insigni uiuacitate fuerūt. Ut, Phoenice uiuacior, quē  
Hesiodus scribit, nouē corui aetates uiuere: et Ceruo  
uiuacior, et Tiresia uiuacior, quē tragœdia fingit sex  
aetates homini uixisse.

Vltra pensum uiuit.

Lucianus.

Lepidum est quod ait Lucianus in Philopseude:

Τωὲς γαρ τὸν ἔτροχυτον κόδην θεοῦ.

Id est, iam enī ultra fusum uiuit, hoc est, uiuit ultra fa-  
talem diem. Allusum ad Parcarum fusos, quibus aenam  
mortaliū euolui fabulantur poëte.

Vltra catalogum. Υπὲς τὸν κατάλογον γῆ. Suidas.

Id est, Vltra catalogum uiuit. De eo dicebatur, q̄ mul-  
tum aetatis uiueret, ut iam præscriptū illum annorum  
numerum præterisse uidetur.

Vltra linum. Υπὲς τὸν λινοῦ.

Id est, Vltra linum, pro eo quod est, extra decretum  
fatale. Allusum est autem ad fila trium Parcarum.  
Confine illi: Vltra fusum.

Cornicibus uiuacior.

Υπὲς τὸς κωρώνας Βεβιωκῶς,

Id est, Cornicibus uiuacior. De uehementer annosis.  
Ab auis eius prodigiosa uiuacitate sumpta.

Hesiodi senecta. Ησιόδου γῆρας.

i. Hesiodia senecta. Lōgeua, uiuaxq; sic appellabatur.

Tithoni senecta. Τίθωνος γῆρας.

Id est, Tithoni senecta. Fabula tradūt Tithonū adamā-  
tum ab Aurora, in cœlum sublatum fuisse, atque illius

Suidas.

c. 2. succo

## LONGAE VITAS.

succo perfusum, ad tantā peruenisse senectutē, ut tandem optarit, ut in cicadam uerteretur. Suidas refert hunc in modū: Senescas Tithono profundius.

**Lucianus.** Phoenice viuacior.

**Lucianus in Sectis:**

Ηρ μὴ φοίνικα ἔτη Βιώῃ

Id est, Ni phœnicis annos uixeris. Cuius etiam rarietas proverbio fecit locum.

Sibylla viuacior.

**Propertius:** At me nō ætas mutabit tota Sibylle.

Sibylle ætatem pro quantumuis longa posuit.

**Iuuenalis.** Facies tua computat annos.

Hoc est, Frontis rugæ, numerum annorum tuorū præferunt, quanquam libido nondum in te consenuit.

Dictum à Iuuenale in uetulam.

**Lucianus.** Alterū pedē in cymba Charontis habere

**Lucianus in Sectis:**

Καὶ τὸρ ἐπέρομ ωόδια φασὶν γν τῇ σοφῷ ἔχωμ. Id est, Et alterum pedem, ut aiunt, in tumulo habens. Extremæ, decrepitæq; senectæ hoīes, etiā hodie uulgo dicuntur alterū pedē in sepulchro habere. Plutarchus notat senes uulgato cōuicio uocari solere κρονολίθους ή σοφούσι μονχούς, q; iā ætate desiperent, & fossæ cōfines essent, magisq; bustuariæ larue, q; hoīes. Plautus Acherontiū senem dixit, Terentius Silicerniū. Et capularem dixit, nescio quis.

**Lucianus.** Viri senis astaphis caluaria.

Αὐδρός γέγοντος ἀσαφίς θ' κεσίον.

Id est, Viri senis uelut uua passa craniū. Admonet adamium inuolidū ex flacidū esse senile corpus, exhausto succo, carnibusq; adesis. Veteres & uias passas uocabant senes passos, ob rugositatem.

Mature

Cicero.

Mature fias senex.

Mature fias senex, si diu uelis esse senex. Quo monemur, ut integra adhuc etate desistamus a laboribus iuuenilibus, ac ualeitudinis curam agere incipiamus, si uelimus esse uiuaci, ac diuturna senecta. Maxime loqui uidetur de uitijis iuuentæ, puta libidine, bibacitatem, turbulentia uitæ.

Mala senium accelerant.

Senecta non est annis metienda, propterea q; ij, qui se multis laboribus discruciant, ante diem conuenient, usurpabit illud Homeri:

Quippe repente homines curisq; malisq; senescunt.

Sexagenarios de ponte deiçere.

Macrobius.

Est natu maiores, perinde quasi deliros, et ad omne uite munus inutiles, in ocium reiçere, atq; ab oī functione negociorū relegare. Inde natum, q; olim sexagenarijs ferendorū suffragiorū ius nō erat, etate uelut a publicis munijs dimissa. Ideo in proverbiū quidam putat uenisse: Sexagenarios de ponte deiici opere, quod suffragium non ferant, quod per pontem rebatur. Macrobius Saturnaliū libro primo: Adimere ius doctis uiris, in uerborum comitijs ius suffragandi, ac tanquā sexagenarios maiores de ponte deiçere:

Ouidius in Fastis:

Pars putat, ut iuuenes ferrent suffragia soli

Pontibus infirmos precipitasse senes.

Vnde et deponanti dicuntur senes, iam uelut emeriti.

Vitiat lapidem longum tempus.

Σήμερα νοὶ πέτρων ὁ τολυς ξεόνθη.

Id est, vitiabit etiam saxa series temporum. Nihil in rerum natura saxo durabilius. At id quoq; temporū diuturnitas absunit.

c.3. Mors

LONGAE VITAS.

**Homerus.** Mors optima rapit, deterrima relinquit.  
 Porro uidemus quosdam prorsus inutiles Tithoniam  
 etatem uiuere, paucissimos egregio præditos ingenio,  
 ad senectæ linum peruenire. In hâc sententiâ quadrat  
 illud Homèr. Sustulit hos Mauors, reliqua at mala pro  
 bra relicta Mendaces saltatores, primisq; choreis  
 Ducēdis, agnis atq; hœdis diripiendis Strennui.

In sola Sparta expedit senescere.

Ἐπ τῷ ἀρτῇ μόνῃ λυσίτελῇ γηράσκει.  
 Id est, una in Sparta expedit senescere. Dictum est,  
 q; apud spartanos suminus honos senibus habebatur  
 olim. Torqueri potest ad quoslibet penes quos uirtus  
 in precio sit. Dictū est autē a quodā hospite, quum ui-  
 deret apud Lacedæmonios iuvenes tantū honoris habe-  
 re senioribus. M. Tullius in Catone maiore. Lacedæ-  
 monē esse honestissimū domiciliū senectutis: Nusquam  
 enī tantū tribuitur ætati, nusq; est senectus honoratior

Fatale vitæ tempus exactum.

In decrepitos, quorum ætas iam exacta uidetur, qua  
 drabit illud Homerī:

Dementes, ut qui sacros tibi maxime Phœbe,  
 Absumpsero boues. Nam per solis boues, annos fatales  
 ut opinor, iniuit poëta.

Senex bos non lugetur.

Γέφωρ βός ἀπένδετο δόμοισι.  
 Id est, Bos senex uacat luctu domesticorū, hoc est, senū  
 mors, q; tempestiuā uidetur, non lugetur ab amicis.

**Lucianus.** Viuum cadauer, Viuum sepulchrum.

Εὐτυχος.

Id est, viuum cadauer. In eos dicetur qui sic uiuunt,  
 ut nihil dignum uita agant.

**Lucianus.** Danace. Δανάη.

Id est,

*Id est, Danace. Sic appellabatur nummulus ille, qui Charonti persoluitur, naulum pro transmissione Stygiæ paludis. Mihi uidetur recte usurpandum, si quis iubeat senem parare σχεδίῳ, innuens prope esse, ut emigret è uita.*

*Epimenidium coriū. Επιμενίδης δέ οὐδεμος Eudemus Id est, Epimenidia pellis. De re reposita, miraculiq; loco seruata. Indicat autem Eudemus tractū ab Epimenide Cretēsi, qui legitur perpetuo somno dormisse quadraginta septē, aut si Laertio credimus, quinquaginta septem annos, neq; paucos postea supercruixisse. Vnde consentan. om̄ est huius reliquias, ut miraculū momentum seruatas fuisse.*

*Idem Acci, quod Titij. Varro. Nimirum significans eodem sibi iure futurum, filium decimo mense natum, quo cum qui natus sit undecimo. Sumptum uidetur à iureconsultorum consuetudine, Titij et Actij uocabulum pro quibuslibet duabus subinde usurpatum.*

*Viro seni maxillæ baculus.*

*Αὐστρος γέποντας ἀντί γνάδοι βοκτρηγία. i. Maxilla senibus scipionis est uice. Dici solitum de ijs, qui ob defectas etate uires, lautiore pariter et copio siore uictu coguntur uti, quo quod senecta deterit, ut cuncti sarciant cibo. Manet autem in hodiernum senile uerbum: Ego me dentibus meis sustento. Etenim quod decebat nativo corporis succo, id cibi ac potus administriculo sarcendum.*

*Efecta senecta.*

*In hominem ob longuitatem iam defectū viribus, accommodare licebit, aut in eum, qui cōsternatur animo Nam iam non ncruis carnes, atq; ossa coherent.*

## L V C R V M E X S C E L E R E.

Plato.

τῆρας οὐδὲ .i. Limen senectæ.

Antiquitus appellabant, uelut extremū autumnū etatis humanae, cum iā appetit hyems decrepitæ senectæ.

Senescit bos.

Cum ob etatis imbecillitatem aliquis inutilis redditur ad obeundum munus. Nam diuitum uulgas haud aliter ministris utitur, quam equis et canibus, aut paucis etiam inhumanius. Dum usui sunt, alliciunt: ubi senuerint, reiiciunt. Quisque meminerit Diogenis apophthegmatis, qui rogatus, quid nam esset in hac uita calamitosissimum, Respondit: γέρων ἔπος, Id est, Senex egens.

## L V C R V M ex scelere.

τὰ τὸ φόρων κρίπτω .i. Tributis potiora.

Dicebatur, ubi quis ex malefactis et iniuitate commodum ingens reportaret. Inde natum opinor, quod qui principum nomine tributum exigunt, ferè plus extorquent, quam pars est.

## L V X V S & Mollices.

Indulgere genio.

Pro eo quod est, animo obsequi. Defraudare genium id est, negare naturæ quod appetit. Teretius in Phormione: Suum defraudant genium. Persius: Indulge genio, carparus dulcia. Unde et genialem appellant diem letum et uoluptuarium. Et genialiter uiuere, pro molliter et laute.

Diogenia.

Vita macerata. βίος μεμαλαχγυλώ.

Id est, vita macerata, seu permollita. De molliter uiuentibus, quibus ex facili omnia suppetunt.

Curare

## Curare cuticulam.

Horatius

Hora. Ire domum, atq; Pelliculam curare iube.  
 Nam qui uoluptati student magis quam famæ, unum  
 hoc curant, ut cutis summa niteat. Persius.  
 Et assiduo curata cuticula sole.

## Pontificalis coena.

Horatius

Olim coenas sumptuosas, opiparasq; pontificales ap= Pellabant. Inde natū apparet, quod solempnes, sacraeq;  
 coenæ exquisitissimis soleant cibis celebrari. Ad quod alludens Horatius in Odis.

Absumet heres Cecuba dignior  
 Seruata centum clauibus, et mero  
 Tinget pavimentum superbo  
 Ponti sicum potiore coenis.

Horatius non abhorret quod hac tēpestate apud pa-  
 risios uulgari ioco uinum theologicum uocant, quod  
 sit ualidissimum, minimeq; dilutum. Nec infestiuiter  
 quidam huiuscē prouerbij causam rogatus, respondit  
 a iureconsultis occupari, quas uocant præbendas, deca-  
 natus, et archidiaconatus, theologiis nihil reliquum  
 fieri præter curata, quæ uocant sacerdotia. Ceterum  
 quoniam de pastoribus scriptum est. Peccata populi  
 comedetis, nimirum ad cibi tam duri cōcoctionē, opus  
 esse uino efficacissimo. Legimus et adipales coenas, et  
 adiposas, et adiçiales. Terent. in Phorm. Dubiam coe-  
 nam dixit, pro lauta, copiosaq;.

## Pergræcari.

Pro eo quod est, geniale agere uitam. Plautus.  
 Dies, inquit, noctesq; bibite, pergræcamini,  
 Amicas emitte, liberate, pascite parasitos,  
 Obsonate pollucibiliter.

Semper Leontini iuxta pocula.

Diogeni.

c.5. Λεωντίου

L V X V S.

*Aεὶ λεόν τοι ποὶ τούς κρατήσει.*

**I**d est, Semper Leontini iuxta crateres. In uoluptariis quadrabit, aut in eos, qui semper sunt ijsde studijs addicti. Leontini Siciliæ populi sunt, quos ubi Phalaris expugnasset, ne quando rebellionem pararent, adēptis armis, ad compotationes & uoluptates reiecit, atq; hinc natū adagiū, quod refertur à Diogenia.

*Θηρικλείς Θίλω.* i. Thericlei amicus.

**D**ictum in bibosos. Thericles primus excogitauit poculum, ut citatur: autor Eubulus. Dictum est autē inuentoris uocabulo. Siquidē Græci uitreū poculum θηρικλείου uocant. Thericles figurus Corinthius fuit qui noua arte primus ē terebintho tornatile poculum finxerit. ideo quidquid nouo artificio reperiisset alius quis, Thericleum appellabatur.

**Aristop.** Sale perunctus hic adiuuabitur.

*Αλτίποδος μηχθεῖσ ὄνουτ ἀποῦτοσι.*  
Id est, Acri sale hic perlutus adiuuabitur. In eos qui uel xstate, uel uino deliraret. Quidā ab utribus trāstum existimant, qui sale loti reddūtur meliores, quod salis acrimonia, coriorum crassitudinem emendet. Itidem temulentia laborātes, mos erat sale & oleo perū gere, id aduersus ebrietatē remedium existimabatur.

**Aristop.** E clibano boues.

Vsus erit, quoties efferemus splendorē conuiuij, aut nisignem edacitatem. Consimili figura dicebant. Poly porum hecatomben.

*Θεσσαλορυμ αλαι. Θεσσαλική γαϊδ.*

**I**d est, Alæ Thessalice. Proverbiali ioco quondam dicebatur in uestes manicatas, quas Græci χρέωντο uocant, quod hoc genere per luxū, ac delitius uterentur Thessali. Apud Maronē hoc amictus genus, tanq; parum

*parum virile Troianis ab hostibus opprobratur.*

Sapiencia vino obumbratur.

Plinius.

In prouerbijs item duo referuntur, quæ sapientē etiā dementent, uinum & mulieres.

Sine Cerere & Baccho friget Venus. Terentius.

Terentius in Eunicho. Cibus enim & potus irritamenta sunt libidinis. Eleganter autem Cererem pro cibo, Bacchum pro uino. Venerem pro libidine dixit, continenter in figura persistens.

Heterognatus es.

In edacem dici consuevit, quod ob uoracitatem alter natim, utraq; mandibula cibum commaderet. Nā hinc dictum επερόγγυαθος, quod nunc in hanc, nunc in il lam mandibulam cibum transferat.

Σικελίζημ. i. Siculissare.

Eudemus

Pro eo quod est, austерum esse, tetricumq;. Athenaeus indicat adagium natum ab Androne Siculo, qui morē inuexerit ad tibiam saltandi, gesticulandiq;.

Ficus auibus gratae.

Athenaeus

Quadrabit in uoluptarios, ac fugitantes honesti labo ris, cum tamen appetant emolumentum.

Οὐδὲ γάνθος. i. Afini mandibula.

Conuenit in edaces, alioqui stolidos & ignauos.

Decempes umbra. Δεκάπτεσσις.

Id est, Decempes umbra est. Id est, Coenandi tempus.

Veteres umbris notabant horas diei.

Γασέρες. i. Ventres.

Lucilius.

Dicibantur homines edaces, ventriq; atq; abdomini seruientes.

Lucilius.

Viuite lurcones, comedones, uiuite uentres.

Venter auribus caret.

Plutarch.

Γαστήρ

L V X V S.

ταςὴν οὐκ ἔχει τῷ τα.

*Id est, Venter non habet aures. Vbi de pastu agitur,  
non admittuntur honestae rationes. Contra famem nula  
contradictio est.*

**Ventrem mihi obijsis.**

*In Græcorum adagiorum collectaneis.*

*Ventrē mi obiectas quo probrū haud pulchrius ullū.*

*Plenus is est leuior, grauis idem, ubi pendet inanis.*

*Euripedes. Mihi opprobasti probrū honestū scilicet*

**Zenodot.** Αέρων ήσι. i. Abronis vita.

*De molliter, ac delitiose uiuentibus. Sumptum à mori  
bus Abronis cuiuspiam notæ luxuriae.*

**Episcythizare.** Επισκυθίζεσθαι.

*Lacedæmoniorum adagio dicitur. Pro eo quod est,  
uinū merum intemperatiū bibere. Cōmode deflectas  
licebit, ad cuiusvis rei intēperantē et immodiū usum*

*Συσσείκη τράπεζαι. Sybaritica mensa.*

*De conuiuio dicebatur nimium apparato. Natum à  
gentis eius moribus. Est enim Sybaris oppidum uici  
num Crotoni.*

**Zenodot.** Συρακοδοσία τράπεζαι. i. Syracuse mensa.

*Prælauta atq; opipara dicebatur. Syracusani enim ut  
erant olim opibus florentissimi, ita uoluptatibus ac  
deliciis addictissimi.*

**Terētius.** Vixit, dum vixit. bene.

*Est in Ecyra Terentiana. Conuenit in eos, qui molli-  
ter ac suauiter uiuunt, atq; ita faciunt sumptus, ut non  
multum uiuere hæredem. Est autem amphibologia in  
uerbo uiuere, quod interdum simpliciter uiuere est,  
interdum genialiter uitam agere. Catullus. Viuamus  
mea Lesbia atq; amemus.*

**Plautus.** Nauiges in Massiliam.

Scribit

Scribit Athenaeus Massilienses usq; adeo delicijs effoc  
minatos olim fuisse, ut proverbio dici consueuerit. Ta  
met si, quod ait Plautus in Caßina, mihi potius referē  
dum uidetur ad severitatem uitæ. Nam non alia gens  
laudatior, quam Massiliensium, si Ciceroni & Vale.  
Maxi.credimus.

Teneri calidis balneis. Αταλοί δημολλοσίοις. **Eudemus**  
Id est, Teneri calidis lauacris, in molles & luxu de-  
fluentes dicebatur. **Homerus.**

At semper cordi nobis, epulæq; choriq;  
Cantusq; & uarie uestes, & balnea calda,  
Concubitusq;.

Αμαζόνων ἔστω. i. Amazonum cantilena.  
In delicatos ac lasciuos & parū uiros. Amazones ludi-  
bri causa i molles uiros cātilenas solere celebrare &c.  
Αμφιδρομίαν ὄχυρον. i. Amphidromiam agis.  
Adagium ad uarios usus poterit accommodari, uel in  
eos, qui pueros ostentant, ac circumferunt, aut munus  
cula captant, ambiuntq;. Sumptum à prisca consuetu-  
dine, qua mulieres, quæ in partu adfuisserint, & in ob-  
stetricādo iuuiscent, quinta post die manus ablucere so-  
lent, ac puerum cursu laribus circumferre. Quanquā  
Hesychius Amphidromiam septimo die scribit cele-  
brari solitam.

Αμφιθέτω εἴσοντες. i. Ex amphitheto bibisti.  
Dicebatur in eū, qui merarius, ac largius potaret. Am-  
phithetū enī erat poculi genus, ita factū ut quavis ex  
parte positiū staret, nullūq; certum haberet fundum.

Μασχαλαμ τολλεῖ. i. Maschalam tollere. **Zenodot.**  
Dicebatur, qui audiūs biberet. Sumptū à gestu bibo-  
num inter ebibendum cyathos gulam, ac mentum in-  
tendentium, & altius erigentium cubitos, ne quid re-  
sideat in

## MAGNIFICA PROMISSA:

*sicut in cyatho liquoris.*

Vinum senem etiam vel nolentem, saltare compellit.

Admonet nihil esse tam inceptum, neq; tam alienū, ad quod non incitet ebrietas.

Insanire facit sanos quoq; copia uini.

Athenæ.

Vinum caret clauo.

Τὸν δίνομον οὐκ ἔχει ματηδάλῳ.

Id est, vinū non habere clauū, propterea quod ebrietas nihil consulte, neque moderate, uel dicit, uel facit. Obruitur enim ratio que clavi uice sobrios moderatur, ac gubernat. Ouidius.

Nox et amor, uinumq; nihil moderabile suadent.

Illa pudore uacat, Liber, Amorq; metu.

Aristop.

Στέφχενορ μὴ ἔχωμεν, διότι δὲ απολολώσεται.

i. Coronā quidē geltās, cæterū siti perditus  
Natūm adagium à moribus Conne cuiusdā. Is primū  
erat tibicen uinosus, atq; in conuiuijs a siduc corona-  
tus potabat. Alioqui pauperrimus, nihil enim  
habuisse fertur, præter  
oleastrum.

## MAGNIFICA Promissa.

Lucianus

Aureus in Olympia statu.



Lucianus in Pseudologista. Χρυσὸς φεστίνην δινυμπίσαδητι. Id est, Aureus ut aiunt, in Olympia statu. Quem summo præmio dignum Græci significant, ei dicere solem: Aureus in olympia statuere. Plato. Pollicet statuum aureā tibi aquam Delphis colloceturum.

Χρυσός

Χρυσᾶ ὄφη ἑπιχυψάδῃ.

Terētius.

.i. Aureos polliceri montes.

De ijs, qui immensa promittunt, spesq; amplissimas ostendunt. Terenti. in Phormi. ls Jenē per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens. Quo quidē loco illud obiter admonendum arbitror, quod opinor uulgus interpretū latere, modo nō, dictū pro eo quod est apud Græcos μονούς χι, id est, tantū non, id perinde ualeat, quasi dicas, propemodū. Nam tantum non Græcanico more reperies, tum apud Liuiū, tum apud Suetoniu, neq; scimel apud Valerium Max.

Aristop.

Solidos e cibano boues. Aristo. in Achar.

Παρετίθεται μήπολες Εκ νειβαρες βόες.

Id est; Apponebat autē nobis totos ex cibano boues. De lauticijs affatim subministratis. Antiquitus enim in delicijs erant cibi in cibano cocti.

Αἱ χάρκται ὑποχέσται.

.i. Charetis pollicitationes.

Dici solitum, ubi quis facile, ac benigne promittit, iuxta illud Nasonis.

Promittas facito, quid enim promittere lèdit?

Pollicitis diues, quilibet esse potest.

Natum adagium à Charete quodam Atheniensium duce, qui quiduis cuiuis pollicebatur.

Λευκῶ μάσσαι φυγῶ σοι.

.i. Album panem pinso tibi.

Dici solitum, ubi quis magnarum rerum spes amplius ostendit. Est enim maxa panis genus. Porro Gracis alibi panē in delicijs fuisse, locis aliquot testatur Lucia.

Terētius.

Ariolari.

Proverbio dicebatur, qnihil adferret certi, nihilq; præsentis emolumēti, uerū i diē mō pollicitaretur. Terē.

Sed ego

## MAGNIFICA PROMISSA:

Sed ego hec ariolor. Sumptum à diuinis, qui prædicunt euentura.

Ἐποκύλια δὲ ὁράσθε.

Dicebantur magnifica munera, quæ postero post nuptias die, sponsæ pater adducebat sponso, pompe cuiusdam specie.

Μεδίμνως πολυτερῷ. i. Modio demetiar. Ingens et cumulatū sperantis emolumentum. In magna quidem rerum abundantia, non heminis, neque congijs, sed modio metimur. Suidas. Modio metior accessum a patre argentum.

Verba importat Hermodorus.

Λόγος γένεσις ερμόδοπος οὐ πορεύεται.  
Id est, sunt Hermodori uerba mercimonium. In eum dicebatur qui preter uerba nihil adserret. Aut in eos qui uerba uendunt pecunia, quod in poetas, aduocatos, fumi ueneditores recte dici poterit. Natū aiunt ab Hermodoro quodam Platonis auditore, et c.

Alybantis hospitis munera.

Aut Alybantij amici xenia, quoties fit, ut aliquis falso iactet se magna largitum esse, seu uerbis dūtaxat, non re prestat beneficium. Nam apud Homerum Ulysses ignoto habitu cum Laerte patre colloquens adsimulat se Alybantiū esse Aphidantis opulentissimi uiri filiū, et quondam Ulyssem exceptum hospitio, muneribus amplissimis donatum a se dimisisse.

Hesperidum mala. Μῆλα εἰς τερψίδων δωρῆσθαι  
Id est, Mala hesperidum largiri, qui magna splendidaq; largirentur. Vergi. Aurea mala decem misi cras altera mittam.

Ad pileum vocare.

Ad libertatem inuitare, aut promissis ingentibus seditionem

tionem commouere. Macro. Dicit aliquis nunc me dominos de fastigio suo deicere, ex quodammodo ad pileum seruos vocare. Metaphora ducta à veterum consuetudine, qua servi cum statū mutarent, ac manumitterentur, capite raso pileum accipiebant.

Ἄγρεβα κιλλίκωμ. i. Bona Cillicon.

Suidas.

Subaudiendum facit, aut habet. Conuenit ubi quis malis factis ac foedis artibus sibi paravit opes. Huic agio locum fecit Cillicon quidam natione Milesius, qui prodita Prienensibus, Mileto patria, ampliter quidē, sed fœde ditatus est.

Ego faciam omnia more Nicostrati.

Suidas.

Ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ νικόσφαιρα.

Id est, Ego cuncta more fecero Nicostrati. Pro eo quod est egregie. Nam hunc aiunt comœdiarum actorem fuisse talēm, qualis apud Romanos predicator fuiſe Roscius.

Sponde, noxa preſto eſt. Εγγύα πρὸς Διὸν. Plato.  
Id eſt, Sponde, ſed noxa preſto eſt. Nam qui pro alie noſideiubet. id pollicetur, quod non ſit in ipſo ſitum preſtare, nempe fidem alienam.

## MAGNI MOMENTI.

Vel Megaram vſq;.

Plato.

Manet is sermonis color ex hodie, ubi quid significamus magni precij, nobisq; uehementer expetitum, dicimus huius rei gratia uel in Indianam uſq;, proficiſcer. Aut digna reſeft, cuius gratia uel in Hyberniā uſq; nauigetur. Socrates apud Platonem. Mihi ſane tanta cupiditas eft audiendi, ut ſi pedibus uel Megaram uſq; ambules.

Dignū propter quod vadimoniū deferatur

Plinius.

f vbi rem.

## MALEDICENTIA.

Vbi rem maximi mometi uolumus significare, quæque  
uel quantouis dispendio debeat expeti, dignam esse di-  
cemus, cuius gratia uadimonii deseratur. Nam qui ua-  
dati sunt, non nisi summo suo periculo abesse possunt.

Suidas,

## MALEDICENTIA.

Iαυβιζηφ.

Prisci dixerunt pro conuiciari ac maledicere, uoce  
ducta ab iambe fœmina insignite maledica. Probabi-  
lius est ab iambo pede ductum, qui conuicijs repertus  
est, impetu ferientis atq; impetetu exprimens. Vnde  
et hominem ad conuiciandum propensum iāμεγα  
λορ appellant.

Στυνώσου.

Est alterum asperis conuicijs incessere. Athenis erat  
festum quoddam, in quo ius erat dicterijs et conuicijs  
in alios ludere. Vnde σκύνωσου dici coepерunt, qui libe-  
rius inquempiam debacabantur. Feste nomen erat  
σκύνα, σκυνωπ enim proprie dicitur, quod asperum aur-  
ibusq; molestum est.

Hesychi.

Aegæs ἐπικαιρός. i. Execrationes serere.  
Dicebantur qui diris deuouerent aliquē, inde natum  
quod apud Cyprios esset solēne, quoties sererent hor-  
deum, addito sale, deuouere quibus male uellent.

Mæsonica dicteria.

Dicteria petulantius iacta, Prisci Mæsonica uocabat  
σκύνωματα μασωνικά, à Mesone quodā histriōe  
comœdiarū Megarensi, cuius inuentum est persona,  
quam à repertore, Græci μασίωνος uocant: repperit  
enim personā famuli et coqui. Quidam et ueteres Græ-  
ci coquum urbanum μασίωνα uocabant, exte-  
ram τέτισα.

MALI

# MALI RETALIATIO. 220

Neoptolemi vindicta. Νεοπτολέμου φοιτίσις. Pausanias  
Id est, Neoptolemica vindicta. Siquidem Neoptolemo  
Achillis filio, qui Priamum in ipsis palatiis focis oca-  
ciderat, viciissim euenit, ut et ipse apud Delphos ad  
Apollinis aram occideretur.

Τερμέτηα κακά. i. Termeria mala.

Veteri proverbio dicuntur ingentia, maxime, quoties  
mala quæ quis in alios impegerit, aliquando in ipsius  
caput retaliantur. Suidas ait locum quendam esse in Ca-  
ria, cui nomen Temerio, quo tyrami quandoque pro  
carcere soleant uti.

Cædimus, inq' vicē, præbemus crura sagittis  
Persius Saty. 4. Viciissim carpimus et carpimur, ride-  
mur et ridemus, mordemus et mordemur, lædimus  
et lædимur. Horatius.

Cædimus, et totidem plagiis consumimus hostem.

Dedi malum &c accepi.

Plinius.

Beticum adagium est, quo licebit uti quoties eiusmodi  
permutatio videbitur facta, ut malū pro malo sit redi-  
tum, et par pari relatum, ucluti si quis improbum  
generum dedisset, ac nurum ite improbam recepisset

Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet. Terentius.

Terentius. Si mihi pergit quæ uult dicere, quæ non  
uult audiet. Rursum in prologo Phormionis. Benedi-  
cis si certasset, audisset bene. In Prologo Andr. Desi-  
nat maledicere, malefacta ne noscans sua. In Prologo  
Eunuchi. Tum si quis est, qui dictum in se inclemētius  
existimet esse, sic existimet, sciat responsum non di-  
ctum esse. Responsum enim uocat conuicium conui-  
cio redditum. Vulgo dicitur, Ut salutabis, ita et re-  
salutabres.

## M A L V M

Plautus. Eodem bibere poculo.

Est iisdem affici incommidis, malisq; communibus obnoxium esse. Plautus. Ut senex eodē hoc poculo quo bibi biberet.

## M A L V M C O N D V P L I-

Plato. catum, aut renouatum.

Ignem igni ne addas. Μὴ τῷ πῦρ ἐπὶ πῦρ.

Id est, Ne incendium incendio addas. Plato libro de lezibus secundo, uerat, ne pueri ad annum usq; duodecimū uinū bibant, ne si uini calor accesserit ad feruorem etatis, ignem igni suggestere uideantur.

Ignis non extinguitur igni.

Πῦρ οὐ στέννυται πῦρ.

Id est, Igni non extinguitur ignis. Malum malo non tollitur, ira non sedatur iracundia, sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur, iniuria beneficio uincitur.

Oleum camino addere.

Malofomentum, ac uelut alimoniam suppeditare. Hic rony. ad Eust. Vinū ex adolescentia, duplex est incendium uoluptatis. Quid oleum flammæ adiūcimus?

Oleo incendium restinguere.

Ἐλαῖον πῦρ στέννυε.

Id est, Oleo restinguis incendiū, dici solitum, ubi qd ea admouet remedia, quæ malum magis ac magis exacerbant. Veluti si quis offendit, iurij ex conuictijs uelit placare. Quod si dicatur εἰ πωνικῶς, nihil differt à proximo.

τὸ ξερτέμαχε. i. Hydram secas.

Est autem hydram secare, ita unum aliquod incommode tollere, ut in eius locum alia plura recipias. Adagium na-

Plato.

gium natū à fabula hydræ Lerneæ, quam alij centum  
fuisse capitum aiunt, alij octo, e quibus unum erat im-  
mortale. Cum hoc monstro multum diuq; conflictatus  
est Hercules, propterca quod uno reciso capite plus  
ra renascerentur.

Τὸν κοκόρινον κοκκῶν θεραπεύειμι.

Sophocl.

.i. Malum malo medicari.

**E**st malum aliud alio malo tollere.

Morbum morbo addere.

**E**st conduplicare malum. Euripides.

Νε το μή με πάθειαν ασθενείαν.

Appone morbum, nam sat hoc premor malo.

Δευτέρου δέ τοι τον πάθειαν ασθενείαν .i. Alterum  
accumlaisti morbo morbum.

Lutum luto purgare. πηλῷ πηλῷ μαθαίξεσθι

.i. Lutū luto purgari, dicitur, ubi res sordida sordib⁹  
tollitur, hoc est, cū sordes non tolluntur, sed mutantur.

Pro cæco exoculatus est.

Cum uidemur corrigere quod dictum est, sed altero  
uerbo, quod uel idem polleat, uel magis etiam lœdat,  
ueluti si quis dicat, non furatus est, sed uiolauit. Ari-  
stophanes in Plut. Μῶμον οὐ κέκλοφας, ἀλλ' ἔγειρας  
Id est, An non furatus es, sed rapuisti?

Præstat vni malo obnoxium esse, q̄ duobus.

Aristop. Vni atq; geminis præstat inuolui malis.

Post Marathonem pugna.

Herodot.

Μετὸν τὴν μαχεσθῶντας μάχην.

Id est, Post Marathonem prælium. Vbi quis post cala-  
mitatem in aliam nouam rursus incidit. Marathon lo-  
cus est Atticæ, crebris cladibus insignis, ubi acerri-  
ma pugna fuit cum Persis. Simile huic, Post bel-  
lum tumultus,

## MALVM CONDVPLICATVM.

Phocylid. **L**is item serit. ἔρις οὐχὶ ἀντίφυτεν.

*Id est, At lis seritur, de lite uicissim. Resecanda iniuria est, non retalianda.*

**L**item parit lis, noxa item noxam parit.  
*Senarius in rixos, et litium auidos.*

Plutarch. **E**t Pylus ante Pylum.

Plutarchus testatur hunc nesciulū apud Messenios prouerbio fuisse celebratū. ΕΣΙ ΠΥΛΩΝ ηγέρη πύλων τούλος γέ μὲν εσι ηγέρη πύλων. *Id est, Est Pylus ante Pylum, siquidem est Pylus altera sancē. Dictum apparet, ubi quid alteri præfertur, uelut antiquius et præstantius. Aut ubi aliquis iactat sese, quasi uel solus sit, uel sumimus, cum repereantur et alijs, qui possunt. cū eo decertare. Pylus enim Messeniorum ciuitas, Nestore nobilis. Eustathius scribit tres fuisse Pylos. Una Messeniae, alteram Triphyliæ, tertiam Arcadiæ, Triphyliacam obtinuisse Nestorem. &c.*

Fallacia alia aliam trudit.

Sumptum à consuetudine conantium fallere, ac dolos dolis consarcinantium, ne deprehendantur. Vnde consutis dolis dixit Plautus. Et sutelas appellat huiusmodi technas. Et apud Homerum δόλος ὑφίνειο. *Id est, Dolos texere.*

Refricare cicatricem.

Cum dolor temporum spatio iam mitior, renouatur. Refricari cicatrix dicitur. Notum unde ducta metasphora. Tullius dicit. Refricare dolorem. Dicimus et refricare memoriam, et suffricare memoriam, pro eo quod est leviter renouare, sed in malâserè partē.

Aristote. **I**lico hyems erit. Εἰ οὐτούς βορέας προκοπέσεται, αὐτίκε χθυμώμ.

*Id est, Ilico hyems fit, ubi boream accersuerit auster. Vbi*

MALVM VERTENS BENE. 222  
ster. Vbi malum malo successerit, aut ingens per-  
ticulum imminet.

### M A L V M vertens bene.

Nunc bene nauigaui, cum naufragium feci.

Νῦν εὖ πεπλόνος ὅτε νερούαγησε.

Id est, Nunc bene nauigaui, posteaquam naufragium  
feci. Quoties id quod uidetur incommodum, fortuna  
preter spem nertit in bonum.

### Laqueus auxiliari videtur.

Αὐτῷ δώσεοικερῆ πάρη.

Id est, Laqueus ita ut uidetur ex bono fuit. Dicitur autem  
consuevit, quoties incommodum alicui uerteretur in  
bonum. Veluti si quis Turca bello captus seruiret  
apud Christianos, isq; hac occasione nostrae religionis  
sacris initaretur. Aut si diues ad inopiam redactus,  
hac occasiōc fieret ex luxurioso sobrius, ex impio pius.

Bellum haud quaquam lachrymosum.

Αδοκευς πόλεμον.

Id est, Bellū lachrymī carēs, ubi uictoria contigit et  
tra cædem ex sanguinē. Effertur etiam ad hunc modū  
Incruentū statuit trophēum. Alioqui ferro congre-  
derū est ex gladiatoriū, quos equidē infra ferarū ge-  
nus pono. Et tū nemo crediturus erat, nisi cernerem⁹  
oculis, quātōpere hac bellādi ratio placeat principia-  
bus Christianis. Pugnatur machinis, quales nulla unq;  
ethnicorū feritas aut ulla barbaries excogitauit. ex c.

### M A L V M A S S V E T V M

Callum ducere.

Proverbiales metaphoræ sunt. Callū ducere, ex occula Quintili.  
Iescere, si quidē ad animū torqueantur. Quintilianus

## MALVM ASS VET VM.

libro.12. Et ingenio adhuc alendo callū inducere. Se-  
picule legimus apud Tulliū, occalluisse aures, cum as-  
suetudo sensum mali adimit.

Homerus Assuevit malis.

In eum, qui ferendis contumelijs assueverit, congruet  
illud Home. Iā minie plagas tolerare rudit, neq; iact?

Terētius. Dies adimit ægritudinem.

Terentius in Heauton. At ego inquiens, profecto in-  
genio egregie ad miseriā natus sum, aut illud falsum  
est, quod uulgo audio dici, diem adimere ægritudinē  
homīnibus. Sophocles. Tempus enim facilis deus. Vis  
delicet quod omnia leniat, molliatq;. Ouidius.

Quod male fers, assuesce, feres.

Euripedes. Χρόνος μαλάξετε.

Id est, Tempus dolorem leniet,

## Malorum affuetudo.

Homerus Qui malis assueverit, ac permulta tulit, commodius  
fert et aliud, si quod inciderit infortunium. Ad id  
conueniet illud Homeri.

Iam tuli et ante mali multum, multumq; laborum  
Fluctibus et bellis, age et hoc accesserit illis.

Necq; enim ignari sumus.

Vbi quis ad intolerantia præsentium incommodorū,  
animat se se præteriorū malorum recordatione. Vir.

O pax! grauiora, dabit deus his quoq; finem.

Durate, et uos rebus seruate secundis.

Hora. O fortis maioraq; pax! Mecum sepe uiri.

## Nota res mala, optima.

Plautus. Dictum est autem sub persona senis, suadere conantis  
amico, ne uxorem tametsi malam repudiaret, aliā du-  
cturus, propterea quod plerung; fit, ut qui commutat  
primū, pro malo peius accipiat, tum ignotū pro noto  
insuetū

infuetū pro familiari. Tantū enim ualeat affuetudo, ut mala qbus affuerimus, optima uideātur. Cōtra, que sunt optima, propter insolentia pessima uideantur.

 MALVM ACCER-

situm, aut retortum.

Lucianus.

O ἡλικίης τραγῳδούς ἐμισθωτος .i.

Iliensis tragœdos conduxit.

Vbi q̄s ultro prouocat quēpiā, unde sua audiat probra

Suo iumento sibi malum accersere. Plautus.

Tanquam suo sumptu suāq; opera , quasi suopte plau-  
stro, malorū sarcinam adportet sibi.

Suo sibi hunc iugulo gladio, suo telo.

In eum, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut qui suopte  
iumento dolo ue capitur. Ouidius:

Remigiumq; dedi, quo me fugiturus abires.

Heu patior telis uulnera facta meis.

Suo ipsius laqueo captus est.

Metaphora sumpta ab ijs, qui instructis pedicis, auis-  
bus aut feris infidias tendunt.

Suo ipsius indicio perīt sorex.

Terētius.

Terentius: Egomet meo indicio miser quasi sorex ho-  
die perīj. Donatus admonet esse proverbum in eos, q̄  
suapte uoce produntur. Atque hinc existimat ductum  
esse metaphoram, quod soricūm propriū sit, uel stri-  
dere clariss, quam mures &c.

Incidit in foueam, quam fecit.

David.

In odis Davidicis. Lacum fodit et aperuit eum, et in-  
cidet in foueam quam fecit.

Captantes capti sumus.

Aἰποῦτες ἤφημενον

.i. Captates capti sumus. Cū res præpostere euenit.

f.s. In uena

## MALVM ACCERSITVM.

**Lucianus.** In uenatu perijt.

**Lucianus:** Αὐτή τε ἀπόλετο ὑπὸ γοὶ ἄγεσαι,  
Id est, Et ipsa uenatu perijt, hoc est, dum adolescentē  
uenatur, studetq; irretire, etiam ipsa sese perdidit.  
Quam etiam illa ipsa uenari laudem, auctorati famam,  
prouerbiales sunt metaphoræ. Explicari, pro sciscita\*  
ri, atq; exquirere.

Hanc technam in teipsum struxisti.  
Eandem sententiam aliter expressit Lucianus :  
Ωςε σόφισμα κατὰ σούτοι σωτέθαιος. i.  
Itaq; commentū in tuū ipsius exitiū reperiisti.  
De hæredipeta, q ueneno quo senem appetiuerat, ipse  
forte fortuna captus interijt. Utendū erit, cū dolus illi  
alterum excogitatus, in caput autoris recidit.

ΕΚ ΤΟΙ ΕΩΣ ΤΟΥΣ ΙΛΑΓΡΑΣ ΛΑΜΒΑΝΕΙΨ .i.

**Plutarch.** Ex ipso boue lora sumere.

Qui quo ledunt quempia, ab ipso quem ledunt, acci-  
piunt. Metaphora sumpta ab agricultis, qui lora cedunt  
e boum tergoribus, quibus boues uinciunt.

**Athenæ⁹.** Chius dominū emit. ΧΙΟΣ ΔΕΩΡΟΤΙΛΩ ΛΗΠΗΣΤΟ  
Id est, Chius dominum mercatus est. In eos quadrabit  
qui sibi ipsi malū accersunt. Athenæus natum ait inde  
quod cum Chij primi seruis mercenarijs instituissent  
uti, postea subacti a Mithridate Cappadoce proprijs  
seruis uincti sunt traditi.

**Zenodot.** Ανδρὶ λυδῷ πράγματα οὐκ ἡρ ἀλλ' ἀντί<sup>τ</sup>  
ἔξελθωμε πριν οτο. i. Viro Lydo negotiū  
nō erat, at ipse foras profectns, parauit.  
Dici solitū, ubi quis impatiens ocij, ipse sibi negotiā,  
ac turbam accersit. Sumptū à Croeso Lydorum rege,  
qui antea felix, Cyrū in se prouocauit: a quo uictus, in  
maximas calamitates decenit.

Mala at

Mala attrahens ad se, ut cæcias nubes. Gellius.

Κακὴ ἡφὲς διντὸς ἔλκωρ ὡσε κακίος, νέφος.

Id est, sic mala fibijpsi, ut cæcias nubem attrahens.

In eos, qui fibijpsis litium ac negotiorum materia parviunt, accersuntq;. Ducta similitudine ab eius uenti natura, cui nomen cæcias.

Omnis attrahens ut magnes lapis.

Suidas.

Πάντας γένελκωρ οῖσι μαγνήτης λῆνος.

i. Cuncta attrahēs haud aliter ac Magnes lapis. Ducta metaphora à natura lapidis, ferrū ad se trahentis.

Ne quid suo suat capiti.

Terentius in Phormione, Pro eo quod est, ne quid malo illi conciliet. Terentius.

Spontanea molestia.

Celebratur inter Grecos, cū primis bellis et elegans trimeter: Αὐδούμενός τοι πάντας οἴσι μάγνητος.

Id est, Ultroneus dolor est parare liberos. Dici non potest, quantum et quam molestum negocium sit, educare filios, praesertim cum adeo pauci sint, qui parentum officio respondeant.

Αρχοδίλω μέτρος. i. Arcadiā me postulas Diogenia.

Diogenianus prouerbij duplēm ostendit usum. Con-

uenire enim uel in magna, uel in inutilia petentem. Un-

de sit natum non indicat.

Es οὐεωνὸν πῆνες. i. In coelum expuis.

Id est, Facis quod in tuū ipsius recidat caput. Aut ob-

loqueris his, qui facile possunt ladere. Confine illi:

Aduersus stimulum calcitrare.

In tuū ipsius malum lunam deduces.

Ἐπὶ σαυτῷ τὰ σελήνων καθελέσι.

Id est, Aduersus te ipsum lunā detrahis. Malefica mu-

lices incantamentis quibusdā lunā in terrā detrahēre credeban

## M A L V M A C C E R S I T V M .

credebantur antiquitus. Vnde Vergilius:

Carmina uel cœlo possunt deducere lunam.

Aglaonice quæpiam cum per astralogiā defectus p̄f̄sciret, iactabat se lunam ē cœlo detracturam in terram.  
Atq; eius iactantix poenam dedit. Proverbium igitur  
hinc sumptum, dicebatur de ijs, qui suis ipsorum artibus  
sibi malum accerserent.

Lunam detrahere. Τινὲς στράτευμα καὶ τάκτοι  
Id est, Lunam detrahit. Consuevit dici de eo, cui res  
uehementer aduersæ uiderentur. Sumpum ab Agla-  
onica, ut supra.

### Eurycles.

Dicebatur Εὐρύκλης uulgato cognomine, qui de se,  
suisq; incommodis aliquid diuinaret.

Hierony.

### Dares Entellum prouocas.

Sic enim Hieronymus ad Augustinum: Memento, int-  
quit, Daretis & Entelli. Conueniet uti, si quando  
quispiam iuuenili temeritate laceſſit aliquem: non per-  
inde promptum ad fuscipiendum certamen, uerum in-  
tolerandum, si semel iniicit. Sumpum est ex quinto  
to Aeneidos libro.

Homerus

### Ipse sibi perniciem accersiuit.

In eum, qui sibi pertinaciter accersit malum, cōgruet  
illud Homeri:

Ιſtum mortis in exitium mala Parca trahebat.

Επιτωχοσ ὁ κακός i. Accersitum malum.  
Dicitur, cuius ipse tibi causam prebueris. Homerus  
Odyſſ. Næ mox p̄ditus irus habebit, quod sibi querit  
Vltro malum.

Ατλας δὲ οὐρανόν i. Atlas cœlum.  
Subaudiendū, suscepit. Dici solitum de his, qui se  
magnis ex molestis inuoluunt negotijs, ipsiq; sibi ma-  
lum acc-

lum accersunt. Nam hic cœlum hospitio suscepit. Deprehensus autem q̄ illi struxisset insidias, præceps datus est in mare Atlanticum.

Kόραξ ῥ Ὀρν. i. Coruus serpentem.  
Vbi quis suo ipsius inuento perit. Sumptū ex Apolo-  
go quodam Aesopi. Coruus esuriens serpentē in apri-  
co dormiente conspicatus rapuit, à quo morsus perijt.  
Cognatū ei: Coruus scorpium. Torquere licebit et in  
hominem ob edacitatem periclitantem.

Bis interimitur, qui suis armis perit.  
Magis dolēt inōmoda, quibus ipsi dedimus occasiōnē

Colubrum in sinu fouere.

Ὀρν κύ Τελέο λαθω θάλαττη.  
Id est, Serpentem in sinu fouere. Dicitur, qui comple-  
titur amore, studioq; prosequitur ingratum. Sumptū  
ab Apologo quodam, qui Aesopi nomine fertur. Eum  
Gabrius quida iambis expressit in hunc modum:  
Sinu fouebat quidam agricola uiperam  
Gelu rigentem, at hæc calorem ut senserat,  
Perit fouentem, moxq; perimit uulnere.  
Ingrati ad hunc benemeritos tractant modum.

Hostis domelticus.  
Vbi malum non aliunde proficiscitur, sed ex nobis  
ipsis nascitur.

Χαράμ πυρεύσος χαίρεις .i.

Pyraustæ gaudes gaudium.  
De momentaria fluxaq; uoluptate. Ostendimus alicu-  
bi pyraustā ad lucernas aduolantē, ambustis alis peri-  
te. Vnde natum prouerbium: Pyraustæ fatum.

αἴτιος μάχουρα .i. Capra gladium.  
Subaudi, reperit. In eos dicitur, qui ipsi reperiant,  
quo percant. Ortum est autem adagium ab huiusmodi  
quodam

## MALVM ACCERSITVM.

quodam euentu. Olim cū Corinathij Iunoni rem diuinā facere pararent: atq; hi, qui ad præbendā hostiam erāt conducti, defosso sub terra cultro, oblitos sese aſſimularent, capra pedibus excalpens eum eruit, prodiitq; itaq; mactata est.

**Hierony.** Prudens in flammam mittere manum.  
Hieronymus usurpat pro eo quod est, sciens expono  
me discrimini, malisq; obijcio.

**Plautus.** Calidum prandium comedisti.  
Fecisti quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sum  
ptum, qui se noxijs ac letiferis ingurgitant cibis, po  
stea uentris tormenta sensuri.

### Malum consilium.

Malū consiliū consultori pessimū. In eos, in quorū ca  
put recidit, qd̄ alijs perperā consuluerunt. Hesiodus:  
Ipse sibi nocet is, alium qui ledere querit.

Consultum male, consultori pessima res est.

**Zenodot.** Βοιωτοῖς μαυρεύσασθαι. Boeotis vaticinate  
Abominatis est sermo, pnde ut dicimus, hostibus ista  
vaticinare. Aptius autē dicetur in eū, q̄ tristia uaticia  
natur, si quando precabimur, ut ea in ipsis caput re  
cidant. Sunt q̄ narrant Bombū diuinū quendā Theba  
nis de belli successu sciscitantibus, respondisse futurū,  
ut q̄ plurimos umcerent, si prius quempiam ē ducibus  
immolassent. At illos Bombum ipsum interemptū im  
molasse, atq; hinc ortum prouerbium.

Camelus desyderans cornua, etiam au  
res perdidit.

Conuicti in eos, q̄ dū peregrina sectantur, ne sua qui  
dem tuetur. Sumptū ex apolo go de camelis, q̄ per ora  
torem cornua à Ioue postularunt, ille offensus stulta  
postulatione, aures quoq; resecuit.

Sibi mā

Sibi malum repperit.

Homerus

In eum, q̄ suo lēditur inuenio, quadrabit illud Home.

Qui sibi perniciē uel primū repperit ipse Vino uict⁹.

Cœno puram aquam turbās, nunquam  
inuenies potum.

Dici solitū, ubi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, cō  
taminat admixtis ijs, quæ sunt turpisima.

Βελλερόφοντης τὰ γεάμωστα. i.

Bellerophontes literas.

Zenodot.

Subaudiendum, adserit, aut aliud aliquod. Locus erit  
biuic proverbio, cum quis literas uelut cōmendatitias p̄  
serit, que contra ipsum sine descriptæ. Vulgo literas  
Urie uocant. Plau. Tace, nullus homo dicit, hæ tabu-  
le te arguunt. Quas tu attulisti, hæ te uinciri iubent.  
Aha Bellerophontē iam tuus me fecit filius. Egomet  
tabulas detuli, ut uincirer.

Ale luporum catulos.

In eos, qui lēduntur ab ijs, de quibus benemeriti sint,  
aut in ingratos. Nam plerungq; solet id usu uenire illis  
qui catulos luporum enutriunt. Extat epigramma de  
oue lupi catulos alente:

Lacto lupū uberibus proprijs non sponte, sed horsum  
Me dicens adigit pastor, ut id faciam.

In me rursus erit fera postquam creuerit ex me  
Natura haud unquam uertitur officijs.

Phoci conuiuum. Φῶκις ἔρως Θ-

Zenodot.

Id est, Phoci præmium, siue conuiuum. Dicitas-  
ri suetum, ubi quis suo malo conuiuas acciperet.  
Aiunt Phoco cuiquam filiam fuisse iam nuptijs matu-  
ram. Is procos, nam erant complures, conuocare  
solitus, præmia statuebat, et conditionibus subimde-  
nouis propositis nuptias prorogabat. Quamobrem  
indignati

## MALVM ACCERSITVM.

Zenodot. *indignati iuuenes Phocum in coniuicio trucidarunt.*  
O ποτὶς κεύσα θόρ .i. Puer glaciem.  
Dicebatur in eos, q̄ cum retinere quippiā non possint,  
nolunt tamen amittere. Veluti si quis magistrū recul-  
set deponere, cui gerendo sit impar.  
κίχλας χέρα αὐτῷ κοκόρ .i.

Turdus ipse sibi malum cacat.  
In eos, qui sibi ipsi ministrent exitij causam. Siquidē  
uiscum, autore Plinio, non prouenit, nisi maturatū in  
uentre, ac redditum per auium aluum, maxime palū-  
biūm, ac turdorum.

Teretius. Tute hoc intristi, tibi omne est exedendū  
Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniam fuerat  
autor consilij de ducenda puella, aequum esse putat, ut  
suo periculo rem item expeditat. Translatum ab allia-  
to rusticorum mortario. Idem: Colo quod aptasti, ipsi  
tibi nendum est.

Faber compedes, quas fecit, ipse gestet.  
Competit in eos, q̄ sibi ipsi autores sunt malorū. Flas-  
gellum ipse parauit, quo uapularet.

Ipse sibi mali fontem reperit.  
Sunt enim ex pernicioſi fontes, quorum aqua gustata  
mortem aut insaniam adferat.

Ipsi testudines edite, qui cepistis.  
In eos, qui post aquam incōsulte quippiam adorti sunt  
aliorum implorant auxilium, quos suo negocio admis-  
sceant. Inde natum: Piscatores aliquot iacto reti, te-  
studines eduxerunt. Eas cum essent inter se se partiti  
neq; sufficient omnibus comedendis, Mercurium for-  
te accendentem inuitarunt ad coniuicium. At is intel-  
ligens se nequaquam humanitatis gratia uocari, sed ut  
eos fastidito cibo subleuaret, recusauit, ius sitq; ut ippi-  
suas tec.

suas testudines cederent, quas cepissent.

ΒΟῦς ἐφ' ἔαντος κονιᾶται, id est.

Bos aduersus seipsum puluerem mouet. Zenodo.  
Siue festinat. Vbi q̄s ad suū ipsius malū uolēs, lubēsq; ducitur. Nam boues facile se præbent uimciendōs.

Ἐχῖνος τὸ πόκον ἀναβάλλεται. i.

Echinus partum differt.

De iis, qui prorogarent quippiam suo malo: ueluti qui creditam pecuniam comperendinante, tamen aliquando reddendam uel maiore cum foenore. Aliunt Echinum terrestrem stimulata alio remorari partū, deinde iam aperiore ac duriore facto factu mora temporis, maiore cruciatu parere.

Nostris ipsorum alis capimur.

Athene?

Τοῖς αὐτῶν πέργοις ἀλισκόμενοι.

Id est, Nostris ipsorum pennis capimur. Fertur autem apolodus hmoi: Aquila istam sagitta, cū infexisset iaculū ad imaginē pennarū effectum, imitatūq; dixisse: Nec non ab alijs, imo pennis proprijs Capimur. Cōueniet in eos, q̄ ipsi præbent occasionem sui mali.

Oenoë charadram. Οἰνόν τὸ χαράδρων.

Id est, Oenoë torrentis alueum. Nam charadra Græcis significat eam terræ fissurā, quam aqua pluuiā, aut torrens nonnunquam terrēmotus efficit. Zenodotus ait dici solitum in eos, qui ipsi sibi malum accerferent.

Hinc esse natam parœmiam, quod Oenoë uicus quidam sit Atticæ, quem qui incolebant, alueum quendam torrentis uicinum, suis finibus inclusrunt. Deinde insgruente immodica ui aquarū, et ob id corruptis agris, agricultationem perdidisse.

Capra contra sese cornua.

Η αἴξ καθ' εαυτὸς τὰ κέρατα.

g Id est,

## MALVM ACCERSITVM.

**Id est,** Capra contra seipsam cornua. Ab apolo<sup>go</sup> na-  
tum. Capra quæpiam cum esset iaculo vulnerata, cir-  
cunspectans undenam id mali sibi aduenisset, arcu con-  
templans caprimis cornibus compactum, dixit ad hunc  
modū: In meam ipsius perniciem produxi cornua.

**Aristote.** Ο καρπάδι τὸν λαγών, id est,  
Carpathius leporem.

Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiam accerserent.  
Hinc deductum adagium, quod cū in Carpathiorū in-  
sula lepores non essent, illi curarunt importandos ali-  
cunde. Verū ubi eius acutantis magna uis increuisset  
ut est mira fœcūditas, fruges insulæ populari cœperūt  
Refert Aristoteles libro Rheticorum tertio.

**Zenodot.** Τὸν δοθυόν τον δέλον, id est,  
Calidam veruti partem.

Subaudiendum arripuit, ubi quis per imperitiam nego-  
cij, ea parte rem aggreditur, qua minime tutum fu-  
rat aggredi. Sumpta metaphora ab ijs, qui per im-  
prudentiam, eam ueruti partem manu prehendunt,  
que calcat, deinde offensi reiiciunt, et alteram par-  
tem apprehendunt.

Κορώνη τὸ σκορπίον i.e. Cornix scorpium.  
Subaudi, rapuit. Quadrat in hos, qui parant eos le-  
dere, unde tantundem mali sint uicissim accepturi.  
Quemadmodū cornix correpto scorpio, arcuata illius  
cauda, uulnus accepit letale, perītq;.

**Plautus.** Cornutam beltiam petis.

**Lucianus.** Τέττιγα πήρον οὐείλφες, id est,  
Cicadam ala corripuisti.

Cicadæ si presseris alas, uehementius etiam perstrep-  
pit. Ita ne quis hominem poëtam sibi faciat inimicum.  
**Horatius**

Horatius Genus irritabile uatum, dixit.

Τὸς σφικτὸς ἐρεδίζειν. i. Irritare crabrones. Plautus.  
Id dictum est à poëta in mulierum ingenium, quibus  
iratus si repugnes, magis prouoces. Est autem crabro  
insecti genus affine uestis pertinaciissimum, aculeosq;  
pestilentissimo.

Οττώπτυχον γεγείγεις. i. Octipedem excitas. Suidas.  
Nimirum scorpiū, quem nō nisi tuo periculo suscites.

Ανάγυρον κινέεις. i. Anagyrtim cōmoues. Aristop.  
In eos, qui sibi ipsi malorum autores essent. Anagyrum  
genium quendam existimant, qui propter uiolatū sa-  
cellum suū uicinos omnes funditus cuerit.

Ὑπὸ πίνει. i. Suem irritat.  
In diuidum rixarum dicebatur: Sus enim agrestis pro-  
uocatus, recta petit eum, à quo prouocatus est.

Leonem stimulas. Τόπον λέοντα νύχας. Diogenia.  
Id est, Leonem pungis, seu uelicas. De his, qui poten-  
tem ac ferocem in suum ipsius exitium prouocant.

Fontibus apros, floribus austrum. Vergilius  
vbi quis optat nocitura. Vergilius in Eucolicis:  
Eheu quid uolui misero mihi, floribus austrum  
Perditus & liquidis immisi fontibus apros.  
Nam austri uentus floribus inimicissimus est.

Λεοντανέγειη. i. Leonem radere. Plato.  
Dicuntur, qui feroceſ & præpotētes arte tractant &  
illudunt magno suo periculo. Vsurpauit hoc adagium  
Socrates apud Platonem lib. de Rep. primo, negans se  
usque adeo dementem esse, ut leonem ausit tondere: &  
Thrasymacho homini præferoci illudere.

Malum bene conditum ne moueris.  
Μή κυνέη μοσκόμ εῦ καὶ μενον.  
Id est, Ne moueris malū bene conditū, siue quiescens.  
g.2. In eos,

## MALVM ACCERSITVM.

**Vergilius** In eos, qui sua stultitia sibi turbas excitant.  
κινέη τὸν καργίλων. i. Mouere Camarinā.  
Est sibi ipsi malum accersere. Camarina palus est  
iuxta oppidum eiusdem nominis, quæ siccata pestilē-  
tiam creauit &c.

**Zenodo.** πυραύσθ μόγος .i. Pyraustæ interitus.  
In eos dicebatur, qui sibi ipsi exitū accersunt. Ait enī  
Zenodotus, Pyraustum insectū esse, q; lucernis aduos-  
let, atq; ita exustis alis, concidat, pereatq;.

Ipsa olera olla legit.  
In eos quadrabit, qui suum ipsorum uitium in aliud  
quippam reisciunt: aut qui sic ad scelus aliquod, qua-  
si facti sunt, ut non possint non peccare. Nam olla co-  
quendis oleribus nata est: uel quod absurdissimum sit,  
si quis dicat ollam legere olera, quæ non coquet, nisi si  
quis immiserit.

Ipsò craterē.  
Ipsò craterē contingent mala. Dictitari solitū de ijs,  
in quos recidit, quod per insidias in alios moliebantur  
Craterem enim quasi malorum fontem uocat. Vnde  
κρατήρ κακῶμ, id est, Crater malorum.

Docui te vrinandi artem, & tu me vis  
demergere.

**Aristop.** In eos quadrat, qui benefacta malefactis retaliant.

Fecem bibat, qui vinum bibit.  
Qui fructus sit optimis, eundem boni consulere de-  
bere deteriora.

Οὐως θὲται δὲ καὶ ἔμοιον ἡζίχες  
Πίνεις, σωματέος δέ τοι καὶ τὴν τρύγα .i.  
At ubi haud grauatus bibere uinum es, sex item  
Tibi nunc eidem est ebibenda scilicet.

MALVM

## MALVM male vitatum. 229

Fumum fugiens, in ignem incidi. Lucianus.

κάπνον γε φέύωμενος θυμόντι επεσθομένος. i.  
Dum uito fumum, flammam in ipsam decidi. Hora.  
In uitium dicit culpæ fuga, si caret arte.

Euitata Charybdi in Scyllam incidi.

Hoc est, dum uito grauius malum, in alterum diuersum incidi. Sumptum adagium ab Homerica fabula, que narrat Vlyssē, dum metu Charybdis propius ad Scyllā nauem ad mouet, sex è comitum suorum numero perdidisse.

Ne cinerem vitans, in prunas incidas.

Μή τέφραν φέύωμενον θενθεσκίου τεσσάρη.

Id est, Nec cinerem fugiens, in carbonarium incidas.

Cucurrit quispiam ne pluuiam madesceret,  
& in foueam præfocatus est.

Vbi q̄s leuius malum incautus fugies in maximū incurrit.

## MALVM immedicabile.

Χειρώνεον ἔλει. i. Chironium vulnus. Zenodot.  
Immedicabile malum appellabante. Chiron in bello aduersus centauros iactus ab Hercule, vulnus immedicable accepit in pede, unde periret.

Ακεσίος, ιάσσωτο. i. Acesias medicatus est. Aristop.  
Dicit solitū de re, que semp uergeret in deterius, quoq; magis accuraretur, hoc peius haberet. Occasionē adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus.

Non liberat podagra calceus.

Plutarchus: Οὐ τέ πρδ' αγγεος απράστηται καλτίου. Plutarch.  
Id est, Nec podagra liberat calcoulus, nec annulus unguium uitio, nec diadema capitis dolore. Plutarchus utitur ad hunc modū: Si diuitiae, reliquaq; fortunæ mnera, non tollunt morbos corporis, quanto minus mederi possunt animi malis.

## • MALVS VICINVS.

- Aristides Αλιωρόν γετόνυμα, id est,  
Salsuginosa vicinia.  
De sterili, agresti, atq; inhumana uicinia dicebatur.  
Traductum ab agris mari finitimis, qui plerūq; solent  
ad culturam inhabiles esse.
- Plautus. Aliquid mali propter vicinum malum.  
Admonet uti bonorum conuictum & consuetudi-  
nem expetamus, à malis nos quam maxime possimus  
abducamus.
- Plutarch. Si iuxta claudum habites, subclaudicare  
disces. ἐπ χωλῷ ταξοικήσῃς οὐδοσκάρη  
μαρδίκης.  
Id est, si iuxta claudum habitaris, disces subclaudica-  
re. Proverbiū admonet perniciōsam improborum  
hominum consuetudinem.

## • MANSVETVD.

- Horatius. Mactata hostia lenior.  
Horatius: Mactata ueniet lenior hostia.  
De spontaneis ac mansuetis. Sumptū est à sacrificijs, in  
quibus explorabatur hostia, ducto per frontem cultro  
Idq; mactare uocabant. Vnde qui spectata sunt uirtute,  
eos mactos uirtute uocant.
- Cicero. Auricula infima mollior.  
Tullius usurpat in epistolis. Translata metaphora ab  
ea auxilie parte, qua non est aliud in humano corporis  
re mollius aut flexibilius.
- Suidas. Η μλύν τελείας .i. Sedens columba.  
Suidas indicat dici solitum de supra modum mansue-  
tis ac simplicibus. Nam columbae cum auolant, fallunt  
ceteras pernicitate uolatus, cum sedent, nihil mitius,  
aut simplicius.

Spongia

## Spongia mollior.

Ad eandem formam dicebant, Pepone mollior, Mitior malua. Item cinedo mollior. Prisci saltatores et pan tomimos cinedos uocabant.

Apio mollior, aut mitior.

Theocritus.

Ἄπιον τε πατέρας οὐ.

Id est, Apio mitior. Est autem Apius Græcis rappa nus, aut pyri genus.

Oleo tranquillior.

Plautus.

In homines minime iracundos, leniisque ingenio prædi- ditos, à liquoris natura sumpta.

Mitior columba. Περόπερ ηδισοφᾶς. Diogenes. Id est, Mansuetior columba. Columbina simplicitas ubique laudatur.

Κηρὸς εὐπλακτέσσο. i. Cera tractabilior. De uehementer docili dicebatur, aut de ingenio facilis, tractabilisque, et in quenquis habitum sequaci.

Horatius:

Cereus in uitium flecti, monitoribus asper.

## MEMORIA.

Iucundi acti labores.

Tullius.

Ex ipsa hominum natura sumptum adagium. Est enim hoc insitum omnibus, ut iucunda cuique sit anteactorum malorum aut periculorum secura recordatio commemo ratioque; presertim insignium fatalium.

Quæ dolent, ea molestum est contingere. Vnusquisque inuitus audit sua incommoda, maxime ea quæ sint cum aliqua infamia coniuncta. Veluti turpis pudorem generis, uitium formæ et c.

Vbi quis dolet, ibidem & manum habet. Plutarch.

Οπός τις ἀλγεῖ, κέος καὶ τὸ χεῖσθεν,

g.4. Id est,

## M E T V S E X C O N S C I E N T I A.

*Id est, ubi dolet quis, ibi et manum frequens habet.  
Tempestiuiter uteatur, cum significabimus quempiam  
ea tractare, de quo ijs libenter uerba facere, quae mouent  
animu. Plutarchus huc torquet, ubi quid sine dolet si  
ue delectet, ibi quisque linguam habet.*

**Vergilius**      *Aurem vellere.*

*Aurem uellere ueteres dicebant admonere: a prisco  
ritu sumpta figura, quo in ius ducturi quempiam, au-  
rem uellicabant, attestantes eum, quem quasi testem me-  
minisse uolebant.*

**Vergilius:**

*Cum canerem reges, et prælia, Cynthius aurem  
Vellit, et admonuit pastorem, Tityre pingues  
Pascere oportet oues, diductum dicere carmen.*

**Seneca:** *Aurē mihi puella, hoc ē, ero mihi ipsi monitor*

**Martialis**      *Tanquam meum nomen, tanquam digitos.  
Tanquam meum nomen, et tanquam meos digitos te-  
neo, si quando promptam, certamque memoriam signi-  
ficare uolumus.*

**Martialis:**

*Totis diebus Afer hæc mihi narras.*

*Et teneo melius ista, quam meum nomen.*

**Iuuenialis:** *Tanquam ungues digitosque suos.*

## ME T V S E X conscientia.

*Oι φῶρες τὴν βολῶ .i. Fures clamorem  
Subaudiendum timent aut senserūt. Quadrabit in eos,  
qui sibi conscient, metuunt ne deprehēdantur. Habet hoc  
autem cum oīs malefacti conscientia, tum præcipue futu-  
ri, ut hominem trepidū reddat, ac lucifugam.*

**Diogenia.**      *Λύκος ὁ πόρφυρος φεύγει .i. Lupus aquilā fugit  
Vbi periculum imminentis evitari non potest. Aquilam  
enim alata cum sit, frustra lupus fugit.*

*Λύκος*

AύκΘ πεόφη βοῦς απένθη.

Diogeni.

i. Lupus ante clamorem festinat.

Vbi q̄ admissi cōscius, ulro timet, priusquā accusetur

Conscientia mille testes.

Quintili.

Heu quam difficile est crimen non prodere uultu.

## METVS POENAE.

Funiculum fugiunt miniatum.

Τὸ χοινίορ φεύγεσι τὸ μεμιλτωμένορ.

Aristop.

Id est, Vitane sinopi collitam restim rubra. Aptē dice tur, ubi quis properat officio suo fungi, non ex animo sed ne in multam incidat. Atheniensium magistratus uarijs modis conati sunt efficere, ut populus quā maxime frequens ad contionē uentitaret, deniq; funicū parant, quem minū uocant. Latini nōnulli cinabarim appellant oblitum. Hoc duo ministri publici populū cingentes agebant in concionem. Studebat quisq; funiculum effugere, propterea quod quisquis colore notatus appareret contagio funis, is multam pendere cogebatur. Vnde q̄ nota metuūt, eos eleganter dicem⁹ φεύγει τὸ χοινίορ μεμιλτωμένορ, id est, Fugere funiculum minuatum.

Metus infamiae.

Homerus

Homerus. Troianos ac Troianas, uereorq; pudetq; Verba sunt Hectoris pudore nolentis in urbem reci pere seſe, ne quis approbraret illi, imputaretq; Troianorum interitum.

Manum de tabula.

Cicero.

M. Tullius in epistola quadā. Heus tu manum de tabula. Magister adeſt citius quā putaramus. Peculia riter conuenet in scriptores plus satis acutos, et morosē cuiusdam diligentiae, qui sine fine premunt suas

g.5.

lucubra

## MINANTIS.

*lucubrationes, semper aliquid addentes, adimentes,  
immutantes. &c.*

**Absq; baculo ne ingreditor.**

*ἄβεντις λόγος μη βάσθιζε.*

*Id est, Absq; ligno ne ingrediare. Inermis ne sis. Veturum semper ad manum sit, quo depellas, si quis forte querat ledere.*

**Cautus enim metuit.**

*Qui non ex animo, sed mali metu continent à maleficio, in eos quadrabunt hæ metaphoraæ.*

*Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;  
Suspensus laqueos, adopertum milius hamum.*

**In tempore cauenda poena mali.**

*Quoties admonebis, ut multo ante occurratur malo, priusquam oppresserit nos, aut ceſſandum à peccando, priusquam ingruat diuina maiestas.*

*Τὰ σακρίωπα ἔπειτενδε.*

.i. Samiorum mala metuis.

*Dicitatum de ijs, qui metuerent proditionē. Narrat Athenienses olim in Samios, quoscunq; cepissent, inclementius scuisse, atq; alios interemisse, alios confixisse sara, id est supplicij genus. Sami uicij sim si quos cepissent Atheniensium, hos ad eundē modū cruciabant.*

## MINANTIS.

*Et meum telum cuspidem habet acuminatā  
Rectè utemur, quoties fatebimur nos inferiores quidem esse, uerū nō deesse tamen, quo queamus nocere  
Ouid. Et mihi sunt uires, & mea tela nocent.*

**Plautus.** *Si tibi machæra est, & nobis virbina est domi  
Plautus in Bacchi, Quoties malum malo opponitur.  
Nam mas*

Nam machera et urbina utrumque teli genus est. Si nullum illis: Par pari. et, Malo nodo, malus quem rendus cuneus.

Ἄνθοποιοι τὸν τάσσα.

De minis, ac terriculis imanibus, aut cum ostenditur arte periculum, cum re nullum sit periculum. Translatum à militari astutia, qua fit ut ad territandos homines noctu diuersis locis ignes incendat, ut ingens exercitus esse credatur. Eos ignes assimulatos Ἀνθόποιοι ποιοι vocant.

Compluriū thriorum ego strepitum audiui

Πολλῶμεγώ δέιωμενοι φρεσκύκοσ.

Id est, Thriorum ego strepitum audī compluriū. Scenario est proverbialis, quo minas et mane clamorem nos contemnere significamus. Porro thria à Græcis dicuntur fculna folia, quæ cum incenduntur, minacē quendam edunt strepitum.

Ollas alere. κύρροι τρέφει.

Id est, Ollam alere dicebantur, qui metum ostenderet Suidas.

quo deterret quicquam. Veluti si quis præsidium alicubi collocatum habeat, quo minus vicini res nouas moliantur. Sumptum à more ciuitatis Atheniensis, in qua ollas in tectis disponere consueuerunt, ad deterrē das ululas, quarum illic maxima uis. Nam ollarū strepitum omne genus avium reformidat.

Tolle calcar: Αἴση πλῆκτρον αμωτήριον. Aristop.

Id est, Tolle calcar ultorium. In eum dici solitum, qui iam ultiōne parat. A gallis metaphora sumpta pugnā initur, quibus ferrei stimuli quidam alligari solent, quo se tueantur inter certandum.

Qui paratus ad resistendum.

Qui significare uoleat, se nequaquam detectare certamen,

## M I R A N O V A.

tamen, sed abunde suppetere, quo partes tucatur suus  
usurpabit illud ex iliados. v.

Et mihi sunt hastes teretes, clypeis rotundi,  
Tum galeæ, tum thoraces procul igne micantes.

Theocri. Nemihī vacuam abstergas.

Μή μοι κενάρ & ψωμάζῃ.

Subaudiendū autem γναθόμ, χεῖρα, aut simile quidam. Apparet esse cominantis, aut timentis alapā.

## M I R A N O V A.

Zenodot. Αγαμεμνόνα φέσαται... i. Agamēnonij putei. De nouis et admirandis operibus dicebatur. Aliunt enim Agamemnonem et circa Aulidem, et paſsim in omni Græcia puteos effodisse, ne per aestum aquarum inopia laborari posset.

Suidas. Αννός κρίσανος. i. Annus clibanum. In eos olim dicebatur, qui nouæ quippiam rei reperissent. Nam Annus quidā Aegyptius clibanorum usum in quibus panes coquerentur, fertur excogitasse. Si quidem Prisci, pulte polentaque uictitabant, cocti panis usum nescientes.

Αννός κρίσανος. i. Annas clibanum. Subaudi repperit. Libuit hic admonere, trifariā esse scripturam. Alibi lego. Homo clibanū. Alibi inuenio. Annus clibanum, ut uir fuisse uideatur. In quibusdam offendō scriptum Annas, ut nulieris, aut certe barbaricum sit uocabulum.

Suidas. Κυζικηνοὶ ιτατερες. κυζικωὶ σαξηρες. De re scite scalpta. Hoc enim subindicant ποιμενοὶ λογοι. Nam hi nummi olim celebres erant, quod eleganter scalpti uiderentur. Representabant altera parte Cybelem deorum matrē facie muliebri, altera leo<sup>n</sup>is imas

*nis imaginem. Mihī magis uidetur fore locus prouerbio, cum hominē significamus inaequale, ac sui dissimilem, aut qui longe aliud agat, quām p̄r̄ se ferat. Quē admodum nummi Cyziceni ex uno latere Cybelē ostē debant effocminatam, ex altero leonem.*

*Κερκίνη ποιήματα. i. Carcini poēmata. Menāder*

*Dicebantur ea, quæ uiderentur obscurius et instar enigmatis dicta. Carcinus poëta quispiam fuit. Is finxit Orestem ab Ilio coactū ut matricidiū cōfiteretur.*

*Cornicum oculos configere.*

*Tullius.*

*Is uidetur cornicum oculos uelle configere, qui per spicacissimis, oculatissimisq; uisum adimat, offundatq; tenebras, aut quisquis ea, quæ antiquitas magno consensu approbauit, damnare ac rescindere, conuellet reg; conetur.*

*Απ' ἀκροφυσίωμ.*

*Prouerbialiter dicebatur, pro eo quod est, recens ab officina profectum, perinde quasi modo productum à follibus, erariaq; fornace.*

*Γλαῦκη τέχνη. i. Glauci ars.*

*Zenodot.*

*Conuenit uel in opus celeriter absolutū, uel in id quod est arte summa, summaq; cura elaboratum. Quidam ortum existimant à Glauco quodam Samio. Alij ab Libyco quodam. &c.*

*Cercyræa scutica. Κερκυραῖα μάσιζ.*

*Aristop.*

*Id est, Cercyræum flagrum. De re superuacaneo cultu ornata. Quadrabit et in ea, quibus ornatus additur neutquam decorus aut congruus. Cercyræis quoniam crebris seditionibus agitabantur, mos erat gestare flagra ingentia, ansis eburneis exornata. Quidam diunt ea duplicitia fuisse.*

*Tenui filo.*

*Prostilo*

## M I X T A.

Pro stilo subtiliori, minusq; grādiloqua oratione. Nā Rethores tres faciūt oratiōis χαρακτῆρες, grande tenuē, et mediocrem, sumpta metaphora à nentibus, aut certe à textoribus. Horatius.

Tenui deducta poēmata filo.

Cui diuersum erit: Crasso filo, crassiore filo.

Tullius. Agas asellum.

Fortasse legendum agasō asellum. Atq; ita sensus erit unumquemq; facere que se digna sint. Depotant ne potes, decoquit lurco, digladiatur miles, peierat leno, mentitur aduocatus.

Zenodot. Ad id quod erat opus. Eīg τὸ δέοπ.

Id est, in id quod opus erat, subaudiendum insumpsi, aut simile quiddam. Natū aiunt ex oratione Periclis. Narrant hunc datis pecunijs, impetrasse ab Astyana-cta Lacedemoniorum rege, qui iam bellum parabat, ut ex Attica discederet. Deinde cum esset populo rationem eius pecuniae redditurus, puderetq; palam titulum insumptae pecuniae proloqui, teste significauit eīg τὸ δέοπ, inquiens, in usus necessarios tantum talentorum insumpsi. Eleganter torquebitur in eos, qui non possunt rationem reddere.

Magna ciuitas, magna solitudo.

Quadrabit in urbes, aut domos, agros, aut hortos, aut id genus quippiam, amplum quidem et spaciosum, sed parum excultum. Aut in librum ingentem quidē, ue- rum impolitum et illumatum.

## M I X T A.

Athenæ. Πινακωλόε.

Athenæus li.ii. commemorat poculi genus quod olim  
πεντά-

*τευτάπλοος dicebatur, quod in publicis ludis adhibebatur. Ephebi quidam cursu contendebant Athenos. Currebant autem gestantes uiteum ramum onustum fructu, qui dicebatur ὄχος. Initium cursus erat a templo Bacchi usq; ad templū Palladis, cui cognomē σκυρράς. Victor in eo certamine capiebat calicem dictum τευτάπλοος, atque ita tripudiabat in chorea. Nomen inditum calici, quod in eo quinq; rerū species essent commixtæ, uimū, mel, caseus, farinta et pululum olei. Accōmodari poterit ad orationem ex uarijs argumentis consarcinatam.*

## M O D E S T I A, Modusq;

*γνῶθι σοευτόμ. i. Nosce te ipsum.*

Plato.

*In quo modestiae, mediocritatisq; commendatio est, ne nobis uel maiora, uel etiam indigna sequamur. Iuue. E cœlo descendit γνῶθι σοευτόμ.*

*In se descendere.*

*Est suipius uitia quempiam inspicere. Persius. Persius. Ut nemo in se tentat descendere nemo, Sed præcedenti spectatur mantica tergo.*

*In tuum ipsius sinum inspuere.*

*Iubet enim hominem aliena uitia taxantem, in suum ipsius sinum inspuere. Plinius.*

*Intra tuam pelliculam te contine.*

Porphyr.

*Quo uetamur oblii fortis nostræ, maiora conari, quā pro nostra facultate. Idq; inde sumptum putat, quod olim ductores in pellibus, hoc est, pelliceis tentorijs dormitarene. Mihi rectius uidetur referri ad asinū illum Cumaniū, quē Apologi fabulantur adaptasse sibi leonis exuuiū, atq; ita se ad tēpus pro leone gesisse.*

Martia.

## M O D E S T I A.

*Mart. Lufisti inqt, satis est, sed te, mihi crede momēto  
Intra pelliculam, cerdo tenere tuam.*

**Persius.** *Tecum habita.*

*Persi. Tecū habita, ut noris, q̄ sit tibi curta supellex.  
Id est, Domī tuæ uiuit, ut intelligas, quām tenuis sit  
tua fortuna.*

**Plautus.** *Efficimus pro nostris opibus mœnia.  
Vulgo dicitur hodie, pusillæ auicule, pusillos nidus  
los construunt.*

**Plutarch.** *Manu serendum, non thylaco.  
Manus euentem facere oportet, non autē tota corbe.  
Modus in omni re seruandus. Ductū ab agricolis.*

**Terētius.** *Ita fugias ne præter casam.*

**Terent.** *in Phormi. Donatus ad hunc modum enarrat. Ita fugito, ne tuā casam pretermittas, quæ sit tibi tutissimum exceptaculum. Quidā enim calore fugiendi etiā ea prætercurrūt, ubi cōmode poterant gescere  
Quod unica uoce Greci πρόχειρος uocant.*

*Dimittere se se ad aliorum mediocritatē.  
Veluti si quis preceptor tradat auditoribus, non quātum ipse docere posset, sed quantum illi capere.*

**Menāder** *Αραβίος αενλαγής. i. Arabicus tibicen.  
Aut Arabicus nuncius. In eos dici solitum, qui à semel  
coepitis nunquam desistunt. Quod uitij Flaccus cantoribus peculiare esse scribit.*

**Plutarch.** *Μὴ κακάργε τῶν μυστῶν. Ne vities musicam  
Id est, Ne loquaris discrepancia, ne noua moliaris.*

**Plinius.** *Nihil minus expedit, quam agrum optime colere.*

*Imo Herclē indicō modum, rerum omnium utilissimū.  
Bene colere necessarium est, optime damnosum. Tercenti. in Phormi. Nostrapte culpa facimus, ut malos expedit*

expedit esse, dum nimium dici nos bonos studemus  
et benignos. Ne quis nimium sit iustus.

*Mηδέπαγχον οὐδείς.* Ne quid nimis. Teretius.  
Homerus. Mihī nequaquam is placet hospes.  
Qui valde præterquam modum simul odit amatq;. Sed puto rectius esse ut sint mediocria cuncta.

*Πλέον δύμισυ πωρτός.* i. Dimidiū plus foto. Plato.  
Quo commendatur aurea mediocritas. Siquidem qui di-  
mido contentus est, is in medio consistit. Fortassis et  
hodie peccatur a nonnullis aduersus hoc proverbiū.  
Dum enim Theologi quidam ac præfules nihil omnī-  
no nolunt de suis dogmatibus ac iure concedere, ueni-  
unt in periculum ne perdant illa que bono iure tene-  
bant. Mea sententia non semper aspernendum illud co-  
mici Syri consilium: potiusquam uenias in periculum  
seruas ne an perdas totum, dimidium face.

Vbi paueris impera.

*Ποσας δέ μεν θεοφάνεια.*  
Id est. Præcipito postquam satiaueris esca. Ad eum  
modum respondent mulieres cuipiā obiurganti, quod  
loquaciores essent, et silentium imperanti. Conuenit  
ubi q̄s imperosior est in eos, de q̄bus nihil est merit⁹.

Domus recta. Seneca.  
Seneca domum rectā uulgo uocat, non quidē opulentā  
et ambitiosam, sed cui nihil defit iusta & uellestilis.

Nec Lydorum carycas. Suidas.

*Μήτε λυδῶν καρκίνας, μήτε μασίρων φόφος.*  
Id est, Nec Lydorum condimenta, nec flagrorū cre-  
pitus. Suidas refert, nec exponit. Cōjceret licet dici so-  
litum, quoties mediocrem uitæ rationem, aut conditio-  
nem significarent, que pariter et à summis delitijs,  
et ab extremis malis abscent. Venustius erit, si ad

b anima

## M O D E S T I A:

animi res transferatur, uelut ad orationem, nec omnino rusticam, nec operosius expolitam.

**Theocri.** Neque pessimus, neque primus.

Mediocritatem hoc pacto significare licebit. ou're κακησθε ou're πρετερος, Id est, Neque pessimus, at nec primus. Lepidius fiet, si ad ingenij laude trasferatur

**Lucianus** Funem abrumpere nimium tendendo.

A' τωρα γεγονεται τρινομιον το καλωδιον.  
Id est, Abrumpetur tensus funiculus. In eos qui dum extrema experiuntur, alienane a se eos, cum quibus agunt, et uniuersae rei iacturam faciunt, dum plus satis atteti sunt ad lucrum. Furor fit leui sapientia. Huic finitimus. Qui nimis emugit fortiter, elicit sanguinem. Sene. Bonus animus Iesus, grauius multo irascitur.

**Lucianus** Ne supra pedem calceus.

Μη ιπερ τον ποδαν το ιποδημα.  
Id est, Ne ultra pedem calceus. Id est, ne maiora uitibus suscipias. Aut ne magnificetius te geras, quam pro tua conditione.

**Persius.** Melle tenus propria viue.

Sumptu facito pro modo facultatu tuarum. Ab agris colis traductum, qui sumptus annuis agrorum prouertibus metiuntur. Ad eandem sententiam pertinet. Tuote metire pede. Hora.

**Plutarch.** Iucundissima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare.

πλάνη μηδέ πρόσγεων, πρόποτος δέ ο πρός τα λαπήσεις ήσθισθε.

Id est, Nauigatio iuxta terram, rursus ambulatio, que fit iuxta mare, iucundissima est. Recte torquebitur ad eam sententiā, ut dicamus ita demū esse iucundiissimum unquodque, si diuersi generis admixtu temperatū adibeatut

hibeat, ueluti si in lusibus non nihil eruditionis aspergas, rursum in studijs aliquid ludicrum admisceas.

Iucunda rerum vicissitudo.

Aristote.

Μεταβολὴ τάντωρ γλυκύ.

Id est, iucunda rerum omnium uicissitudo. Varietas autem tantam in omni re uim habet, ut commendatione nouitatis, interdum et pessima pro optimis placeat.

Iniquum petendum, ut æquum feras.

Quintili.

A negociatoribus ductū uideri potest, qui callide merces longe minoris licet, ex multo pluris indicant, q̄ pro dignitate, quo preciū saltem equū accipiāt. Iactatur et uulgo uerbū huiusmodi. Qui annuitur, ut a reā quadrigā sibi cōparet, unā certe rotā aſsequetur.

Summum cape & medium habebis.

Zenodot.

Ακροπ λάθε ποχή μέσορ εζης.

Id est, Summa cape, et medio poteris, Admonet ad res summas et egregias eniti: sic enim futurū, ut ad mediocritatem perueniamus. At hodie theologi quidā Aristotelici docēt, quatenus liceat admittere diuitias, quatenus ludere alea, quatenus belligerari, quatenus ulcisci. Cū longe satius esset diuitiarum, belliq; et uoluptatum studium modis omnibus detestari. Ita fieri poterat, ut hoc moderatus sequeremur. Nunc dum mediocribus sumus contenti, longe infra mediocritatem dilabimur.

Pastilioſ Ruffillus olet, Gorgonius hircum Horatius Horat. in sermo. Dicendum uel in duos aliquos diuersis laborantes uitij, uel in eundem sui dissimilem, nepe modo loquaciorem quam sat sit, modo impendio taciturnū, interdū pueriliter ineptū, interdū Catōe seueriore. Siquidē ut uitio dandū, si quis hircū oleat, ita adeq; uituperandū, si quis oleat unguenta. Nā pastilli

## M O L E T I.

pilulae sunt unguentarie. Alterum spurci est, alterum mollis.

Plutarch. Arcus tensus rumpitur.

Ὥς φασιν ἐπιτενόμενορ ἡγυνται, τυχη  
δὲ ἀνιεμίην. i.

Arcus quemadmodum aiunt, quum intenditur rumpi  
solet, contra animus quum remittitur.

Columel. Oportet agrum imbecilliorem esse.

Columella lib. 1. cap. 3. Oportet agrum imbecilliorem  
esse quam agricolam. Hoc enigma sic explicuit Ver-  
gilius, specie non minus proverbiali. Laudato inge-  
tia rura Exiguum colito. Nec dubium quin minus  
reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus exi-  
mie. Conueniet in eos, qui suscipiunt munus, cui ge-  
rendo sunt impares.

## M O L E S T I. Intolerabiles.

ἄχθος. i. Onus nauis.

In inertes et inutiles. Confine illi.

Telluris inutile pondus.

Eudemus Quos non tollerent centum Aegyptij:

Οὓς οὐκ ἄρσαντ' ἀρ οὐδὲ ἔκατον αἰσύπτοι.

Id est, Quos ferre nec centum queant Aegyptij. De  
molestis dici solitum, ac moribus intolerandis, seu fa-  
stu præturgidis. Inde ductum quod Aegyptij pleriq;  
gestandis oneribus, quæstum non satis honestum factu-  
tare consueuerint.

Suidas. Aegyptius laterifer. Αἰγύπτιος πλινθοφόρος  
Id est, Aegyptius laterum gestator. Quadrare uide-  
tur in sordidū, atq; infime sortis hominem, aut in eū  
qui molestis negotijs prematur. Argumento est, quod  
Hebrei, cum apud illos agerent, adacti sunt, luto, late-  
ribus q;

ribusq; gestandis seruilem operā præstare Pharaōi.  
De mulis marianis alibi reperies.

In culmo arare. Επὶ καλέμης ἀροῦ. Suidas.

Id est, In stipula arare, dicuntur, qui labore nunquam intermissu uim mentis exhauiūt, aut qui nunquā desinunt ab amicis petere, quod dene. Sumpta metaphora à nimium auidis agricolis, qui assidua cultura succum omnem soli exhauiunt, statim à messe, nouā incremententes messem.

Qui conturbat omnia. Homerus

In eum, qui maximas undiq; ciet turbas, apte torquebitur. Omnes omnigenū ille procellas ventorū ciet.

Anno senior fio. Homerus

Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam uulgo dicimus. Homerus.  
Illico mortales inter mala multa senescunt.

Vt fici oculis incumbunt. Suidas.

Ωῶσθε τὰ σὺν επὶ τοὺς φθαλμούς ἔφυ. Id est, Quemadmodum fici oculis innati. De ys dice batur, qui pertinaciter urgerent, premerentq; nego ciū aliquod. Sumpta similitudine à ficiis, hoc est, uitio quod oculis adnascitur, nec facile potest auelli. Accō- Nota. modabitur haud quaquam inepte in principes, et principiū optimates, &c in medicantes. &c.

Αγεσι κοι φηδσι. Aristop.  
Pro eo quod est, hostili more populantur, aut uexant. Translatum uidetur à more militari, quod illic homines & iumenta aguntur, sarcinæ feruntur.

Athos celat latera Lemniæ bouis. Plutarch.

Αθως καλύπτει πληνεά λημνίας βοός. Id est, Athos obūbrat latera Lemniæ bouis. Vbi quis officit, aut molestus est, aut gloriā cuiuspiā obscurat, h.3. aut alio-

## M V L T I.

aut alioquin obſiſtit. Tradunt in Lemno bouis fuſſe ſimulachrū ingens, cādido factū lapide. Id Athos mōs tametſi longo diſitus intervallo, tamen ob ſumman celsitudinē, obſcurat umbra ſua. Eſt aut̄ Athos Thra-  
cie mons ingens, ad trecenta ſtadia umbram iaciens.

Zenodot. Χρεοθρῶι δέομω. i. Manuoro vinculo.

Sic quiſpiam appellauit manicas uestīū Ponticarum,  
quod manus offendant, atterantq;.

Aul. Gel. Aetna, Athon.

Aetnā eꝝ Athonem montes in moleſtiae, tedijsq; pro-  
uerbiuſ abijſſe. Aetna mōs Sicilie crebris incendijs  
grauiſ ac pernicioſus eſt accolis. Vnde M. Tullius di-  
xit onus Aetna grauius. De Atho uero, quod ob ingē-  
tem celsitudinem umbra ſit moleſtus, quam in Lemnuſ  
uſq; trecentis diſitam ſtadijs mittit.

## M V L T I.

Theognis Οὐ μία ναῦς ἀγό. i. Non vna vehit nauis.  
Quo conueniet uti, quoties maiorem hominum multi-  
tudinē ſignificamus, quā ut eos una nauis poſit cape-  
re. Veluti ſi dicas. Indoctos non una nauis uehat.

Pueri ſenesq;.

Omnis enim ferme huiusmodi figure proverbiales  
ſunt, quae conuant ex contrarijs. Maximi minimi q;,  
iuueniesq; ſenesq; dijs atq; hominibus. Horatius.  
Parui properemus eꝝ ampli.

## M V N E R V M corruptela.

Plutarch. Αργυρέας χλω πάχο. i. Argentanginā patitur  
Nam ex hiftoria quam refert Aulus Gellius, eꝝ Plu-  
tarχus in uita Demofthenis. Ea eſt huiusmodi. Cum  
aduersus

aduersus Milesiorum legatos, qui auxiliij petendi causa Athenas uenerant acriter in concione dixisset Demosthenes, obfisteretq; quo minus impetraturi postulata uiderentur, causa in diem posterum reiecta. Legati Demosthenem adierunt, magnaq; pecuniae summa, ne contra se diceret redemerunt. Postridie cum res denuo foret agenda, Demosthenes, multa lana collo circuuo luto in concione prodijt, singes sese σωάγχιω Id est, anginam pati. Eamq; rem impedimento esse, quo minus ex more diceret. Tu è populo quissimā cui simulatio subolebat, exclamat, eū nō σωάγχιω, sed ἐγγυάσχιω pati. Est autem synanche morbi genus, quem uulgas medicorum squimantiam appellat.

BOS επὶ γλώττῃ, i. Bos in lingua.

Plinius.

In eos, qui non audent libere, quod sentiunt dicere. Translatum, uel à robore animantis, quasi linguā op̄ primens, non finat eam eloqui. Vel hinc quod Atheniē sium nomisma quondam bouis obtinuit figuram.

BOW ἐτῶι συάνθοις φέρει.

Aul. Gel.

.i. Bouem faucibus portat.

In edacem olim dicebatur. Natum uti coniicio, uel à Theagene athleta Thasio, uel à Crotoniata, quorum alter bouē solidum solus comedit. Alter in Olympijs taurum quadrum humeris sustulit, ac stadij spacio gestauit, eumq; eodem die solus comedit. Cuius rei meminit Aulus Gellius.

LUPI illum priores viderunt.

Vergilius

In raucum dicitur, et cui uox repente sit adempta. Festiuus dicitur in eos, qui metu alicuius obticejunt, alioq; feroce. Ver. in Eclo. Mœris: Vox quoq; Mœri iam fugit ipsa, lupi Mœrim uidere priores.

Seruius admonet Physiscos autores esse, inesse eam h. 4. vim

## MVNERVM CORRVPT.

uim lupis, ut si quem hominem priores uiderint, ei  
uocem adimant.

Diogeni. Malis ferire. Μάλοις βάλλει.

*Id est malis petere dicuntur, qui muneribus assequi  
student, quod optant. Aut qui donis prouocat ad amo-  
rem mutuum. Ducta est allegoria à fabula Atalante,  
quam Hippomenes cursu superauit, sed arte projectis  
inter currendum malis aureis, in quibus sublegendis,  
dum puella subinde remoratur, præcibit ac uicit iue-  
nis. Potest et simplicius accipi, malis petere cum quis  
ad amandum lacebitur ac prouocatur.* Vergilius.  
Malo me Galatea petit lusciva puella.

Ouidius. Muneribus vel dii capiuntur.

Oui. Munera crede mihi, capiunt hominesque deosque.  
Placatur donis Iuppiter ipse datus.  
Celebratur et hic uersiculos, que etiam usurpauit Pla-  
to. Cum diuis flectunt uenerandos munera reges.  
Vnde Seneca. Omnia esse dulcissimum accipere.

Virtutem & sapientiam vincunt testudines  
Τὰρ ἀρετὴν, καθ τὰρ σοφίαν νικῶντι χελώνῃ  
*Id est, Et uirtus testudinibus, et sapientia cedit. Est  
autem uelut enigma, innuens pecunia longe plus posse  
quam aut uirtutem, aut sapientiam. Antiquitus enim Pe-  
loponesiorum nomisma χελώνη, Id est, testudo dice-  
batur, propter insculptam in eo testudinis imaginem.  
Consimili figura dictum est et illud: Multas noctuas  
sub tegulis latere.*

Aristop. Δωρικὴ μδσα. i. Dorica musa.

De munera uidis. Aristophanes in equitibus ioca-  
tur in Cleonē, quod nullam aliam musicam discere po-  
tuit quam Doricā. Videlicet alludēs ad notissimas Har-  
moniarū species, Doricā, Lydiā, Phrygiā, et Boeoticā  
Pecunias

Pecunia obediunt omnia.

Ecclesia.

Apud Ecclesiasten capite decimo . Proinde Horatius pecuniam reginam appellat:

Scilicet uxorem, cum dote, fidemq; et amicos,  
Et genus et formam regina pecunia donat.

Munerum corruptela.

Homerus

In eum, qui rem auro donisq; aggreditur, non infestis  
Hiter torseris illud Homeri:

Corripuit uirgam, qua mulcet lumina somno

Quorumcunq; uelit, soluit quoq; lumina somno.

Muneribus res agitur.

Homerus

Qui dicit non esse locum recte factis et aequis rationibus, sed largitione et assentatione omnem rem peragi, poterit illud Homeri accommodari:

Et donis permagnificis, et lenibus dictis.

Ἄργυρέας λόγχας μάχεσθαι . i.

Argenteis hastis pugnare.

Dicuntur, qui cum negocio alio pacto cōfici nequit, muneribus et largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecunia non explicetur. Tullius: Nihil esse tā sanctum, quod non uiolari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poscit.

Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit.

Ο τολλά κλέψας, δλίγα δους, ἔκφεύγεται.  
Id est, Qui multa tollit, pauca dat, seruabitur. Admet adagium, id quod nostris quoq; temporibus uulgo factitane, fures non oīno stupidi, non nisi magnis praedis iniendiā maxum, ut superfit quo iudicem, si forte sit opus, corrumpant atq; exoculent. Ceterum qui parua tollunt, deprehensi pendent, utpote quibus nihil sit quod impertiant prefectis.

b.5. Αλώ-

## MVNVS NON MVNVS.

SMIDAS.

Αλώθηζ οὐ διώροδοντα, id est,

Vulpes haud corrumpitur muneribus.

De callidis ac uersutis, quos haud facile sit obiecto mū  
nusculo aut assentatiuncula, pollicitisue fallere. Aucts  
quædam cœca capiuntur, uulpes non item.

Homerus

Corrupta iudicia.

In eos, qui corrupte iudicant, aut suffragium ferunt,  
aut qui per tyrannidem leges opprimunt, competit  
illud Homeri:

Qui per um in populi cœtu communia iura  
Deprauant, ac iustitiam depellere tentant  
Nil ueriti uocem diuūm.

## ¶ MVNVS non munus.

Lucianus.

Cyclopis donum. κύκλωπος δώρον

Id est, Cyclopis munus. Pro eo quod est, munus inu  
tile. Cuiusmodi sunt ferme tyranorum ex latronum  
beneficia, qui solent hoc ipsum magni beneficij loco im  
putare, quod aut minus aut serius noceant. Inde natū  
Cyclops Polyphemus delectatus dulci uino, quod illi  
donarat Vlysses, munus promittit, quo accepto, ille sit  
magnopere gauisurus, ut denuo sibi ministret de sua  
lagena. Dedit Vlysses spe munericiterum atq; iterū  
Porro ubi iam uino delinitum crederet mutius respon  
surum, reposit Vlysses munus promissum. Cui Cy  
clops hunc in modum respondit:

Post socios mihi, postremusq; uorabitur vtis,  
At reliqui prius, hoc ex me tibi munus habebis.

Hostium munera, non munera.

Prisorum supersticio credidit, obseruanda uel maxia  
me munera, a quibus quo animo mutterentur.

Atq; ita ab hoste hosti ueniunt letalia dona,

Questio

**Que studij specie, fata necemq; ferunt.**  
**Ludit, iuuat nil improbi munus uiri.**

**Malum munus.** Κακόν γε σύνεργον ἵστορ  
 δέ τι χημία, id est,

**Munus malum est perinde uti dispendium.** Nocet, nō  
 iuuat, qui largitur noxia.

**Cum Delphis sacrificauerit, ipse carnes**  
**absumit.** Δελφοῖς θύταις αὐτὸς ὁ θυτεῖς **Plutarch.**  
 κείας, id est,

**Carne ipse Delphos immolata uescitur.** Ostendit dici  
 solitum de his, qui vocatis conuiuis, ipsi cibos appositos  
 deuorant, ut illis spectare tantum liceat, non uesci.

In Delphicis enim sacrīs, is qui immolarat victimam,  
 ea uescebatur. Contra fiebat his sacrīs, quae Hecatē in  
 sercebantur. Ex quibus nihil redibat ad eum, qui offere-  
 bat, præter fumum et tumultum. Ad agium torqueri  
 potest etiam ad illos, q; beneficio, quod alijs dedisse uidē-  
 tur, ipsi fruuntur. Ut episcopi nōnulli nepotibus suis  
 sacerdotia magnifica donant nōnunquam, sed ad pueros  
 solus titulus reddit, ad episcopos prouentus.

## MVNVS APTVM,

aut ineptum,

**Ranis vinum præministras.**

Zenodot.

**Βαργάχοις οίνοχοεις, id est,**

**Ranis uinū infundis.** In eū dicebatur, q; id ministra-  
 ret, quo nihil opus esset ei, cui exhiberetur: ueluti si q; s  
 apud indoctos multa de philosophia differat.

**Non nostrum onus, bos clitellas?**

**Quintilianus institutionū oratoriā lib. 5. parœmiae,** Quintili.  
 quam ait esse ceu breuem apologum, hoc adserit exem-  
 plum. **Nō nostrū onus, bos clitellai?** Neg; enī boum est  
 clitellis

## MVNVS APTVM.

clitellis tergo impositis onera gestare, sed potius asti-  
norum ac mulorum. Mihi si fas est quicquam immuta-  
re, sic potius legendū uidetur, Nō nostrum onus, bos  
clitellas? Ut nclut rem absurdam, seq; indignam abo-  
minantis: si quis boui clitellas uelit imponere. Proinde  
prouerbiū duplii forma poterit efferrī. Boui clitelle  
impositæ sunt. Vbi mandatū est negotiū parum apto.  
Et bos clitellas: ut subaudias ferat. Vbi quis depreca-  
tur prouinciam, cui parum sit idoneus.

### Negocium non aptum.

Qui recusat munus, aut prouinciam sibi parū accom-  
modam, aut qui negabit accersere uelle se se quempia,  
ad id muneris, ad quod gerendum idoneus non uidea-  
tur, usurpabit illud Homeri:  
Ceterum equos Ithacam non duxero.

**Theophr.** Ne e quouis ligno Mercurius fiat.

Oὐκ ἐν παυτὸς ξύλῳ ἔρμης ἀπ γένοτο.  
Id est, Nō ē quouis ligno Mercuri⁹ fingi posset, id est  
Non omnium ingenia sunt accommodata disciplinis.

**Homerus** Officium humilius.

Cum quis recusat munus tanquam humilius, parumq;  
se se dignum, applicabit illud Homeri:  
Nam ut maneam in stabulis, iā non mea postulat etat.

### Apta prouincia.

In eum, qui prouinciā suscipit suis aptam uiribus, absti-  
nens à negocio cui sit impar, conueniet illud Homeri:  
Quæ manibus quadrent, ingentes corripit hastas  
Quaslibet, ast hastam solam non sumit Achillis.

**Diogenia.** Nauis annosa haudquaquam nauigabit  
per mare.

Ναῦς παλαιὰ πόντον οὐχὶ πλώσει.  
Id est, Nauis antiqua non nauigabit per mare. In eos,  
qui iam

qui iam ob etatis imbecillitatem, ad res arduas obeundas, sustinendaq; pericula parū sunt idonei, ac primū percunt opressi negotiorū magnitudine.

Putre falsamentum amat organum.

Athenae.

Σαπρός τάξις η τὸν ὄγηρον φύλε.

Id est, Putrida falsamenta amant organum. Aptē dicitur de re per se parum honesta, aut iucunda, atq; ob id exoticis condimentis & honestamentis egente. Veritas per se placet, honesta per se decent. Falsa fucis, turpia phaleris indigene.

Ad pedem. πόδι πόδων

Plato.

Id est, Iuxta pedem. Quod appositū ex uehementer accommodatum, id πόδι πόδων dicebatur. Sumpta metaphora à calciamentis probe ad pedis mensurā quadrantibus. Paulus Aemilius: Vos, inquit, uidetis bellum, ac nouum esse calceū, uerum qua parte torqueat meū, id ego demū sentio, significans Papyriam uxorē, non esse suis accommodatam moribus. Suidas: Ut hoc meo negocium quadrat pedi.

Kεττὰ νοῦν i. Iuxta nauem.

Dicuntur, quæ digesta sunt ordine, quæq; quadrant ac congruunt, propter ea q; instrumenta nauis suo queq; loco reponi soleant. Item, Iuxta nauem carbasa. Neq; enim omni nauigio queuis uela congruunt.

Pygmearum acrothinia colosso aptare. Philostra.

Ακροθίνια της μεσιώρη κολοσσῷ ἐφαρμόζειν.

Id est, Acrothinia Pygmearū colosso accommodare Dicebantur, qui inanem ac stultam sumerent operam aut qui præter decorū minima maximis adaptarēt. Co lossi uastæ ac magna statuæ dicūtur. Porro acrothinia Grecis primiti e dicūtur, q; hæ soleat ē summo aceruo tolli. οὐροντιον summū, & dives frumentorum acerui.

Veneri

## M V T A N D A E S E N T E N .

Αφροδίτη ὑπ τέθικερ, id est,  
Veneri suem immolauit.

Dici solitū, ubi q̄s mun⁹ offert minime gratū. Inuisus  
ei Veneri sus, propter Adonidē illius amasiū apri dēte  
peremptū. Aut cōtra, cū q̄s aliū i gratiā alteri⁹ ledit.

BΣΣ ἐπὶ Ρυγὸν .i. Bos sub iugum.  
Vbi quis assidue laborat, aut ubi quis se laborioso imuoſ  
uit negocio. Ductum à bubus agricolis.

## Μ V N V S boni consulendum.

Phurnut⁹

Ξειώρ δέ πε δυμός αρεσθεῖται .i.

Munerum autem animus optimus.

In amicorum muneribus non esse spectandum rei mis  
se premium, sed mittentis potius animum. Et quidam  
monet exiguum munus a tenui missum amico, perim  
de ut maximum bonum consulere.

Homerus Nihil recusandum, quod donatur.

Donum rei sc̄ere haudquaquam decet.

Strabo. Donum quodcunq; dat aliquis, proba.

Δῶρον Δότι δῷ τις ἐπούνε.

Id est, Donū quodcunq; probato. Boni consulendū esse  
munus aut officiū consiliūne, quod offertur ab amico.

Homerus Arripienda quæ offeruntur.

Quisq; sibi appositis, si quid foret utile, promptas  
Admouere manus.

Equi dentes inspicere donati.  
Cum significabimus equi boniq; consulendū, qualecunq;  
est quod non emittur, sed gratis donatur.

## M V T A N D A E sententiae.

Plato.

Παλινωψίην .i. Palinodiam canere.

Est diuersum ab his, quæ prius dixeris, dicere, atq; in  
contrarium

contrarium uertere sententiam. Sonat autem Graece  
τολμωδία, quasi dicas recantationem.

Calculum reducere.

Cicero.

Est mutare factum, cuius te pœnitent. Aut uertere  
consilium rei non satis commode institutæ. Transla-  
tum apparet, aut a ratiocinantibus, aut quod est uero  
propius, à ludo laterunculario. Ad calculos uocare,  
est rationem inire, et estimare. Et ad calculos reuer-  
ti, est redire ad rationem.

Vertere vela. Funem reducere.

Horatius.

Est in diuersum mutare sententiam. Persius.

Quæ dederam supra, repeto, funemq; reduco.

Hora. Nūc retrosum Vela dare, atq; iterare cursus  
Cogor relictos. Translatū à nauigantibus etc.

Consilium in melius commutandum.

Homerus

Quis tibi consilium submisit inutile tandem

Diuorum, sanamq; exemit pectore mentem?

Imitabor Nepam.

Plautus.

Imitari Nepam dicitur, qui retrocedit. Nam Nepa  
autore Festo Pom. Afrorum sydus appellatur cancer,  
uel ut quidam putant scorpius. Plautus in Cassina:  
Retrouersum cedā ad parietem, Imitabor Nepam.

Reprehensio cogitationis.

Cum ipsi reprehendimus animi nostri consilium.

Sed mihi cur animus secum hęc in pectore uersat?

M V T A T I instituti.

Nuces relinquere.

Persius.

Est omisis studijs ac nugis puerilibus, ad graviora,  
magisq; seria conuerti. Persius:

Et nacibus facimus quæcumq; relicts,

Cum sapimus patruos. Translata metaphora,  
uel à ue

## M V T A T I I N S T I T U T I .

uel à uetus nuptiarum ceremonia , in quibus sponsus uxorem ducens nuces spargebat , utpote iam pueritie renuncians.

Vergilius:

Sparge marite nuces.

Proinde ad hanc proverbij formā pertinebunt et res lique illæ figure: Nunquam à nucibus recedere, Recedere ad nuces , Nuces abiijcere , Nuces intermittere, Nucibus indulgere, Nuces repetere, atq; id genus alia

Lucianus. Longum valere iussit . μακρὸν χαιρεῖν φάσας τοῖς σύντομα τιμαῖς.

Id est, Honoribus, qui hic sunt , longum valere iussis. Ea figura quoties ad rem, nō ad hoīem refertur, haud dubie proverbialis est. Rem igitur, à qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longū valere iubere.

Rudentes & remos cū armis cōmutauit.

Νήσοι καὶ νωπέοις ἀνθ' ὅπλων ἡ θλίψουτο.

Id est, Mutarunt armis remos et nautica uincula.

Conueniet ubi quis artem aut quæstū solitum relinquit gloriæ cupiditate commotus: uelut si quis ē nauta fieret miles, ē negotiatore sacerdos.

Plutarch. Pro elegāti medico malus poeta. Αὐτὶς χαριτός ιστρὸς κακὸς τριηγῆς καλεῖται ἐπιθυμητός

Id est, Pro uetus medico malus poëta dici cupit.

In eum dici solitum, qui nō contentus artis suæ professoione, in qua locū mediocrem obtinebat , pergit aliena profiteri, in quibus non permittit exercitatus , nec parem proinde gloriam reportaturus.

Tertullia. De calcaria in carbonariam.

Quoties fit, ut a re proposita ad aliud quippiam longitude diuersum digrediamur , de calcaria in carbonariā decurrere dicimur: siue cum ex uno malo in aliud diuersum incidimus.

De togis

## De toga ad pallium.

Tertulli.

Hec nimurum indignitas erat à toga ad pallium, cuius duplex erit usus: uel quū ad diuersum uitæ genus se se contulerit aliquis: uel quū à fortuna honestiore ad humiliorem: ueluti si quis ex aulico fiat monachus, aut è präfecto pedagogus, è consule rhetor. Confine illi: Ab equis ad asinos.

Ἄποδωρέου ἐπὶ φρύγιον, id est,

## A Dorio ad Phrygium.

Suidas.

Vbi quis à temperantiore uita ad luxum conuertitur. Aut à fortuna mediocri ad maiorem strepitum. Sumpta metaphora à notis illis ueterū harmoniarū generibus, in quibus Doriū moderatum erat, ut autor Suidas. Apuleius Floridorū libro primo, palam indicat Dorianam musicā multo diuersissimā à Phrygia fuisse. Quandoquidem hæc ad religionem cōmouebat animū illa ad bellum inflammabat.

## Maritimus cū sis, ne velis fieri terrestris.

Θελότι. Θώρηκτε χρυσαῖ γένου, Id est, si sis marinus, abstine à terrestribus. Admonet non mutandā conditionem, ne in melius quidē. Mutuo sumptū ex apoloquo quodā Aesopico. Cancer quidā reflito mari, cœpit i agro quodā pasci, ibi forte cōspect⁹ à uulpe, protinus arreptus ac deuoratus est.

## Subito alius.

Homerus

In hominem repente mutatum. Homerus:  
Hospes nunc alias mihi, q̄ dudum esse uideris.

## Vlysses pannos exuit.

Idem.

Plutarchus hunc Homericum uersum usurpauit:  
Vilibus at pannis mox est exutus Vlysses.  
Accommodare licebit ijs, qui genere uitæ subito cōmutato, è pauperibus diuites, è squalidis nitidi, è tristibus  
i hilares

## N E C E S S I T A S.

hilares existunt. Plutarchus torquet in adulatorem, qui Polypi more omnium studijs sece accommodat. Nam Vlysses simul atq; pannos, i quibus mendicu apud porcos egerat, exutus, magnificis uestibus ornatus esset, repente uisus est aliis.

**Idem.**

Sui dissimilis.

In sui dissimilem quadrabit illud Homeris:  
Nunc alio, nunc rursum alio fis obuia uultu.

**Tullius.**

Ad bonam frugem.

Qui cōmutatis ad meliora studia moribus, resipiscūt, proverbio dicebantur ad meliorem frugem sece recio pere. Ab agris, qui cultu redduntur frugiferi.

## NECESSITAS.

Inevitabile fatum.



VOD homini fatis decretum est, id  
euinet. In hac sententiam Homerus  
Post, illic accidet illi  
Quod fatum Parcae q; graues in star  
mine nerunt  
Nascenti, tum cum matris promet  
geret aluo.

Nemo cogendus officij causa.

Nullus hospes retinendus aduersum animi sententiam  
et inuitus. Nemo cogendus, ut cuiusquam utatur be  
neficio, si nolit. Dicitur ad Vlyssem:  
Si mane asponte, inuitum nemo retinebit.

**Homerus**

Fatum immutabile.

Diuina decreta non commutantur, humane leges pro  
tempore uariantur, ut mores et voluntates.  
Non etenim diuum mens uertitur astricolarum.

Fatis addas

Homerus

Fatis adactus.

In eum, qui nō sponte, sed casu, ueluti fatis impellenti bus, in aliqd uite genus incidit, congruet illud Homer. Ast hunc huc uentusq; ferens, atq; appulit unda.

Fatis imputandum.

Idem.

Quando hominem quempiam culpa liberamus, eamq; uel in fatum, uel in fortunam reijcimus, usurpare li- cebit illud Homeris:

Nil tibi ego imputo, uerū ipsis magis imputo diuis.

Διομήδεος ἀνάγκη. i. Diomedea necessitas plato.

De ijs, qui ui adacti, non sponte quid faciunt. Qui- dam originem adagij referunt ad Thracium illū Dio medem, qui solitus fertur hospites suos compellere, ut cum filiabus suis deformissimis rem haberent: quo facto, eosdem interimebat.

Ingens telum necessitas.

Lixius.

De re inevitabili. Vnde ex certa dicentur tela, confu- lia que nunquam fallunt.

Feras nō culpes, quod vitari non potest. Gellius.

Quibus uerbis admonemur, ut mala fatalia, que nulla ratione possint, neq; declinari, neq; propelli, saltē ani- mi aequitate leniantur. Huc pertinet ex illud scitum Varronis dictum: Vxorū uitium aut tollendām esse, aut ferendum.

Quod factum est, infectū fieri nō potest. Teretius.  
Aristo. Etenim illud unum ipsi negatum est deo, ut in secca reddat, facta quæ fuerint semel.

Transuersum agere.

Macrobi.

Transuersus agi dicitur, qui ui ex impetu quodam ab instituto deflectitur. Ductum à nauigantibus.

Vocatus atq; non vocatus deus aderit.  
Oraculū oliva Lacedemonijs redditū abiit i prouerbiū

i.2. καλός

## N E C E S S I T A S.

Καλούμενός τε κάκλητος θεός παρέσοι.

*Id est, Vocatus et inuocatus deus aderit. Vsus erit, ubi quid significabimus etiam non accessitum, neque curatum, tamen euenturum, uelimus nolimus, puta senectutem, mortem etc.*

**Homerus**

Ne dij quidem a morte liberant.

*Nemo tam charus superis, ut illorū fauore mortē eius tarit, huic sententiæ suffragabitur Homericum ex eodem libro testimonium:*

*At uero mortem communiter omnibus æquam  
A dilecto homine neq; dij depellere possunt.*

**Idem.**

Mors omnibus communis.

*Omnibus ex æquo est moriendū, nec ullis uiribus arceri fati necessitatē dicit illud Homeri:  
Nec uis Herculea fatum euitauit acerbum.*

Omnia esculenta obfessis.

*Απωτα γάρ τοι ἐρωτά πλιόσημων.*

*Id est, Cunctis ab hoste uesca sunt et quaelibet. Senarius prouerbialis, cū urget necessitas, nihil nō facimus.  
Et uehementer famelicis, nullus non suavis est cibus.  
Natum ab urbium obfisionibus.*

Lepori esurienti etiam placentæ fici.

*Δεγῶ πενῶντι καὶ πλοκῶντες εἰς σύκα.*

*Id est, Lepori esurienti et placente proficis. Suidas tradit dictum de ijs, qui compulsi necessitate, res etiā preciosissimas absunt.*

Viro esurienti, necesse furari.

*Πενῶντι κλέπτη μέστος αὐτογκούως ἔχων.*

*Id est, Famelicus uir esse furax cogitur. Quod conseruit in eos, q; extrema adacti necessitate, quid faciūt.  
Aut si quis audius glorie, aliena pro suis edat, cū ipse de suo nihil possit egregium edere.*

BΠΩΚΗ

**Ἐπακτὸς ὄγκος** i.e. Adactum iuriurandum. **Zenodot.**  
Dicebatur, uel quod non uernaculū esset, sed peregrinum, & aliunde ascitū, ut indicat Zenodotus, uel qd non spontaneum, sed adactum ui.

**Volentem bouem ducito.**

**Τὸν δέλοντα βοῦν ἔλαχως.**

Id est, Volente bouem agito. Vtere illorū opera, q ex aio faciunt. Stultitia est, uenatū ducere inuitas canes.

**Officium ne collocaris in inuitum.**

Instar iniuriae fuerit, si quis officium collocet in inuitum. In eam sententiam Homerus:

Inxta peccat uterq; uel is cui extruditur hospes  
Inuitus, uel qui remoratur abire uolentem.  
Hospes donec adesse uoleat, tractare benigne  
Conuenit, emittendus ubi discedere querit.

## NOBILITAS, Obscuritas.

**Εὐγενέσεος κόδρος** i.e. Generosior Codro.  
Per ironiam recte dicetur in istos, qui maiorum famosis imaginibus, & natalium antiquitate gloriatur.  
Codrus Melanthi filius, qui singulari in patriam pietate praecepit nobilis. &c.

**Ελούδερώπερ οὐάρτης,** id est,

**Generosior Sparta.**

Dicebatur excellenti animo, minimeq; timidus, aut humilis. Spartanis enī olim indoles aderat generosa, & ingenium omnis impatiens seruitutis, ac uelut imperio natum, unde nec moenibus urbem cingebant &c.

**Subdititius es.** Υπέολιμοι εἰ.

i.e. Supposititius es. Subdititij siue submissitij uocantur partus ad simulati, inde transfertur in hoīem fictum, & per dolū ab alio quopiā allegatum, subornatumq;.

i.3. **Nepatris**

## NON SOLVS ILLE.

**Synesius.** Ne patris quidem nomen dicere possit.  
Quadrat in uehemeter obscuros et spurios, incertoq[ue] patre natos. Quod genus est et illud Iuuenalis:  
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis.  
Vnde Plutarchus existimat spurios dictos nothos, qd  
duabus his literis prenotari soleant. S P. Hisq[ue] signifi-  
cari, sine patre.

**Tertulli.** Terra filius.

Olim homines obscuro, ignotoq[ue] genere prognati,  
terrae filij dicebantur, propterea quod terra sit omnium  
communis parens.

ΤΗΣ ΜΗΤΕΡΟΥ ὡς ἀντικαλέσται, id est,  
Matris ut capra dicitur.

In spurios dictū uidetur, quorū pater incertus est, eāq[ue]  
gratia a matre denominantur. Ductū ab hoedis, q[ui] in ca-  
prilibus, à matre dignoscuntur: nā à patribus haudqua-  
quam possis. Manet etiā hodie uulgi locus, quo dicunt,  
sapientem esse filium, qui patrem suum norit.

**Seneca.** Lychnobij.

Apparet λυχνοίσq[ue] proverbiali ioco dictos, qui lu-  
cernariam uitam ducerent, ut torqueri posset, uel in  
nocturnum potorem, uel hominem supra modum stu-  
diosum, qui quemadmodum dictum de Demosthenē,  
plus absusat olei, quam uini.

## NON SOLVS ILLE.

**Plutarch.** Βρασίδης μὲν ἀνὴρ ἀγαθὸς, ἀ τε λόκερός  
μωμ, πολλούς ἔχει κάρροντας, id est,  
Brasidas quidem vir bonus, sed Laces-  
dæmon multos habet præstantiores.  
Aduersus eos, qui se non modo primos, uerum etiam  
solos existimant.

Multo

## Multi Manni Ariciæ.

Fest. Pd.

Mannius apud Festum Pompeium, Diane Aricinæ lumen, qui & ipse Aricinus dictus est, consecrassæ legitur. Ex hoc Mannio Aricio, viro laudatissimo, quam plurimi extiterunt viri item clarissimi, eodem nomine & hinc natum proverbum.

## Multi, boniqz. πολλοὶ καὶ γενοί.

Id est, Multi boniqz. Proverbiali figura dicebatur olim. Translatum à ritu sacerorum, in quibus sacrificus rem diuinam facturus dicebat: τις τὸδέ, Id est, Quis hic? Deinde qui aderant, respondebant: πολλοὶ καὶ γενοί, Id est, Multi & boni. Atq; hec partim omninis causa dicebatur: oportebat ei in sacris εὐφυεῖς hoc est, bene ominata dicere: partim ut si quis esset sibi conscientius admisci piaculi, discedere à mysterijs. Proverbium igitur locum habuerit, quoties aut testes aut iudices, aut conuictores significamus idoneos, ac neutiquam rei sciendos.

## NOTVS.

## Domestice notus.

Lucianus.

Lucianus: Αὐτὸι ἐλύθερῷ, καὶ οἴκοδέρῳ στάχειοῖς εἰσι, Id est, viro libero, & qui te ex domestico conuictu cognitum habeat. Id erit uenustius, si ad res animi traducatur, ut si quis dicat artem rhetoricanam οἴκοδέρῳ alicui notam.

## Intus &amp; in cute.

Persius.

Intus & in cute notus, est omnibus modis cognitus, perinde quasi dicas, foras atq; intus notus. Persius: Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui, Id est, alijs fucum facito, mihi plane notus es, neq; postes imposturam facere.

i.4. Principes

## N O V I T A S.

**Homerus** Principes inter se noti.

Qui dicet mutuam principum, aut eruditorum inter ipsos esse notitiam, usurpare poterit illud Homeri:  
Non ignoti inter se sunt dij morte carentes,  
Quanquam semoti diuersa in sede morentur.  
Torqueri poterit ad satrapas istos, qui tametsi belligerari uidentur, magnoq; rerum tumultu conflictari, tamen ipsi clanculū inter se colludunt: hoc tantū agentes, ut suam uterq; plebē exhaustiat, et immunita reis publicæ autoritate, suam constabiliant tyramidem.

## NOVITAS.

**Plutarch.** Aliud genus remi. Αλλο γένος της κώπης.

Id est, Aliud genus remi. Dicebatur olim, ubi quissipares nouas et antea non usas induceret. Aut ubi qd uer sis moribus pristinis, nouū et inusitatū uitæ genus institueret. Hinc ortū aiunt, qd Hercules cum ad boues Erythræos nauigaret, leonis exuio carbasī uice, claudali loco, pro rudentibus pharetræ loris, pro remo arcu, deniq; pro nauigio lebete sit usus.

**Homerus** Grata nouitas.

Quando dices nuperrima queq; uulgo maxime place re, non intempestiuiter fuerit illud Homeri:  
Cantio eni hæc hominum longe est celeberrima uulgo  
Et gratissima, que nuperrima uenit in aures.

**Nota.** Vnde David Episcopus Traiectensis, patre prognat<sup>9</sup> Philippo Burgundionū duce, uir doctus et cordatus, suudentibus quibusdam, ut propter ætatem ingrauescentem pateretur sibi adiungi designatum episcopum, ait sese diui Antonij exemplo comoneri, qua minus id facere uellet, Nam hunc negligi coepisse simul atq; successisset Rochus recentior diuus.

Qui mo

**Qui modus equitū.** Τίς τρόπος ὁ πατωμός.  
 Id est, **Qui modus equorum?** Vbi quis nouam ac pere  
 grinam induceret consuetudimē: ueluti si quis Italus  
 Gallicis uestibus uteretur. Dictum uidetur de hospiti  
 bus novo quadrigarū genere inuestitis.

## N V G A L I A.

Χερνοχήτρολήραιον.

Suidas.

Hominem stulte nugacē Græci uocabant κρενοχύτο  
 λίσσοιον, uoce ridicule cōposita à κρενός, quæ proprie  
 dicitur aqua impetu scatens, et χυτεῖ olla, et ληφθεῖ  
 quod est nugari. Ollas autē stupidos uocamus. Refer-  
 tur à Suida, et uidetur ē comœdia quapiam sumptum.

## N V N Q V A M.

Οταν μὲν οἱ βοεὶς κοκκύσῃ. i. Cū Nibas coccyflauerit  
 Simillimum illi, ad Græcas calendas. Tradunt in Theſ  
 salonica Macedonia cinitate uicū esse, cui nomen Ni-  
 bas, ubi galli nunquam uocem edant.

Ad Græcas calendas.

Pro nunquam, propterea quod Græci non habent calē-  
 das more Latinorū, sed vṣulwia, id est, nouilunia.  
 Atq; ad lunæ recursus Græci soluebant usuras. Cū ali-  
 quos nunquam soluturos significare uelis, ad Calēdas  
 Græcas soluturos ais.

Cum mula pepererit.

Quoties significamus aliquid nunquam fulurum,  
 ξπερμέμιον τέκωτι. id est, Cum mulae pepererint  
 dicimus. De sterilitate mularū scribit Pli.li.8.ca.44

## N V P E R A.

Χθες καὶ πρώτων, i. Heri & nudiustertius, Plato.

i.5. Prouer-

## N V S Q V A M.

Prouerbalis hyperbole, tempus admodum nuper actum significans.

## N V S Q V A M.

Aristote. Οπός αἱ ἐλαφοι τὰ κέρος γαδποβάλλοσιν.  
.i. Vbi cerui cornua abiiciunt.

Hoc adagio significabat uelut ἀνίκαστον, quempiam in negocio difficulti uersari. Siquidem cerui cornua deposituri secedunt in loca aspera atque inaccessa. Conueniet et in eos, qui à communis hominū coniunctu subducunt se. Timonem illum Athenensem, ob id ipsum, μισάντρωπον appellatum imitantes. Quadrabat item ubi locum uehementer abditum, abstrusumque significabimus. Postremo quod innuemus nusquam inniri, illuc esse dicemus, ubi cerui cornua abiiciunt.

Stephan⁹. Εἰς ἀφάννες.i.In aphannis.

Stephanus tradit Aphannas locum quempiam esse Sicilię, uehementer obscurum et ignobilem, unde et non men aductum appetat. Hinc natū prouerbiū. Aut in Aphannis, de incertis et quæ nusquam sunt.

## N V N C I V S L A E T V S.

Iulianus. Οὐ πόλεμον ἀχέλλψε.

.i. Haud annicias bellum.

Dici solitum ubi quis rem oppido lætam annunciat, quod bellum res sit omnium calamitosissima. Iulianus.  
O aurorum nuncius uerborum.

Suidas. Prouoluitur ad miluios.

Προκυλινθήται ἵκτινος.

Id est, Adorat milium. Initio ueris prodeunt milii, quare leti tenues, quod iam hyeme sint leuati, prouoluuntur, consq; uelut adorant. Accommodari potest in eos, qui

*eos, qui noua spe gestiunt.*

*Quid tibi Apollo cecinit.*

Zenodot.

*Τι σοι ἀπόλλωρη κεκιθάρικερ.*

*Id est, Quid tibi Apollo cecimit cithara? hoc est: quid tibi respondit: Conueniet, ubi quis à principe redeuntem percunctabitur, quid respōsi tulerit. Allusum est autem ad Apollinis citharam, quā illi tribuunt Poëtæ,*

*Αφδάς σοι λελάληκερ.*

Suidas.

*i. Vulcanus tibi vaticinatus est.*

*Suspicor dictum ubi quis crederet se rem habere certam, uelut ex oraculo auditam.*

*Siren amicum nunciat, apis hospitem.* Suidas.

*Σέρενη μετὶ οἴλορηγέλασι, ξενορη δὲ μέλισσα.*

*Id est, Hospitem apis, uerum Siren prædicti amicum Quoties complures eadem de re bene ominusantur, aut ubi sue quisq; spei blandiens ex quamlibet leuibus argumentis diuinat futurum quod optat. Nam*

*Siren hoc in loco insecti genus est,  
 api non disimile.*

## OBLIVIO.

*Oblitionis campus. Λήθης πεδίον.* i.



*Ethes campus. Dicitur uel de uehemē ter obliuosis, uel de rebus commentis cijs ac friuolis, que nusquam sint.*

*Proprij nominis obliuisci.* Hierony.

*Inhominem supramodum obliuiosum  
 Oui. Nominis ante mei uenient obliuia nobis.*

*Malorum obliuio.*

Homerus

*Qui deprecabitur omen aliquod parum faustum, aut qui uebabit obliterari memoriam malorum, usurpabit illud Home. Irrita di superi uentis hæc omnia tradant.*

Ne malo-

## O B L I V I O.

**Vale. M.** Ne malorum memineris. Μὴ μνήμαις αἴσθεσθαι  
Id est, Ne malorum memoriam refriccs. Ne præteria-  
tarum rerum mentio fiat.

**Lucianus** Μυσῶ μνάμονος συμπότιων.  
.i. Odi memorem compotorem.

In eos, qui, que inter amicos et inter pocula dicun-  
tur, liberius foras eliminant.

**Cicero.** Viuorum oportet meminisse.

In eos, qui plurimum de uita defunctis loquuntur, id  
quod uulgo putat omnino sum, mortuos in ore habere.

**Horatius** Ventis tradere.

Pro eo quod est obliuisci, atq; ex animo eijcere. Hora-  
Tristiam et metus, Tradam proteruis in mare  
Creticum Portare uentis.

χύτρας ἵχνῳ οὐγχίνην τῇ τέφρᾳ.

.i. Ollæ veltigium in cinere turbato.

Plutarchus in Symposiacis interpretatur, nullum cui  
dens iracundiæ uestigium oportere relinqu, sed simili  
atq; deserbuerit, atq; resederit animi tumor, omnium  
præteriorū malorū memoria penitus tollendā esse.

**Hierony.** Imis ceris eradere.

Pro eo qd est, delere penitus, sic ut nullū omnino me-  
morie pristine uestigium extet. Sumptum ab his, qui  
in ceratis scriptitare tabulis.

**Iulianus.** Bibere mandragoram.

Inest uis somnifica mādragoræ, adeo ut enecet etiam  
largiore potu. Vnde qui cessant in officio, dormit atq;  
multam mandragoram bibisse dicuntur. Non disimu-  
le illi: Bibe eleborum.

## OBSCVRITAS.

Δῆλος κολυμβητής, i. Delius natator.  
Olim uul-

Olim uulgo dicebatur admodum natandi peritus qu<sup>i</sup>  
que nosset in summa natare aqua. Natum adagiū, aut  
certe factum illustrius ex Socratis apophthegmate.  
Cum enim huic Euripides librum obtulisset Heraclia-  
ti, cui cognomen additum σκότεινω, propter affectatā  
scriptorum obscuritatē, rogaretq; cuiusmodi uidere-  
tur, respōdisse fertur hoc pacto. Quæ quidē intellexi  
præclara, arbitror aut̄ ex ea, quæ non intellexi, quanq;  
natatore Delio opus, ut ne quis in eo præfocetur.

Numeris Platonicis obscurius.

Cicero.

Id ideo dictū, quod Plato muneris Pythagoricis ob-  
scurat suam philosophiam, ac ueluti nebulae offundit.  
Nam Pythagoras omnem fere philosophię rationem  
ad numeros traxit.

Danus sum, non Oedipus.

Terētius.

Oedipi ingenium scite proponendis, simul ex dissol-  
uendis ænigmatū scyrpis nobilitatū est, propter disso-  
luta sphingis problemata, adeo ut in prouerbii abie-  
rit eius nominis appellatio. Velut apud Terentium in  
And. Seruus dissimulans intelligere, quod herus di-  
xerat: Danus inquit sum, non Oedipus. Id quod com-  
mutato nomine potest ad quemlibet accommodari: Pau-  
lus sum, non Oedipus. Qui possum tantis sufficere labo-  
ribus? Nicolaus sum, non Hercules.

Βοήτια οινίγματα. i. Boetica ænigmata.

Dicebantur oblique atq; obscure dicta, quæq; perdif-  
ficile percipi possent. Sumptum à fabula Sphingis mó-  
stri Thebani. Ea proposuit Oedipo ænigma huiusmo-  
di. Quadripes, bipes, ac rursum triples. Id Oedipus  
interpretatus est, hominē esse, qui puer manibus quo-  
que pedū nuditur uice, deinde confirmato gradu duo  
bus pedibus se sustinet, donec atas decrepita baculū,  
ceu tertiu

## O B S E C V N D A N T I S.

ceutertium pedem addat.

Ne Apollo quidem intelligat.

Tευτὶ Δότ' θέτιμον, οὐδὲ παράπολλων μάθοι.  
.i. Nec Apollo, quid sibi haec uelint, intelligat. Quod  
uehementer esset obscurū & intellectu perdifficile.

## O B S E C V N D A N T I S.

Hierony.

Ad digituli crepitum.

Qui arrogantius, fastuosiusq; iubent quippiam, digituli crepitū significare dicuntur. Diuus Hierony. in epist. ad Rusticū usurpauit, in superciliosum quendam & fastidientem, qui dicturus, digituli crepitū silentium imperabat.

Cum vterq; concedit alteri.

Cum omissa contentione, uterq; alteri concedit, usus pabit illud Homeri.

Quin magis alteri in his rebus cedamus uterq;  
Tu mihi, contra ego deinde tibi.

Zenodot.

Lex & regio. Νόμος καὶ χώρα.

Id est. Mos siue lex, & regio. Seruendum ex obsecundandum esse moribus regionis, in qua uerseris. Zenodotus adscribit unicuiq; genti, suas quasdam leges esse, & instituta uiuendi.

Plutarch.

Deum sequere. ἐπειδὴν.

Id est, Sequere deum. Putant hunc esse sensum. Obtempera rationi. Quasi cuiq; debeat oraculum esse, quicquid in pectore dictauerit ratio. Inest enim suus cuiq; animus, deus.

Aristop.

Οὐ σίσουμαι λέδενα επὶ τυροκύνησιν.

.i. Non statuar leæna in machaera.

Prouerbium meretriciū, cū negat scortum sui copiā facturum se. Nam in capulis militarium gladiorum elephantes

elephantes ac leones imponi solent. At hi procumbentes in scalpuntur, siue ne laedat manum utentis gladio, siue ne defrigatur facile, si in pedes erecti fingeretur

## OBTRECTATIO & maledicētia.

Οἱ πεθυκότες οὐ δάκνοντι. Mortui nō mordēt  
Id etiam hac tempestate uulgo dicitur. Natū arbitror  
ex apophthegmate Theodori Chy, qui fuit Ptolemai  
regis in arte Rhethorica praeceptor. Hic in consiliū  
adscitus, cum deliberaretur, utrū Pompeius ab Aegy  
pto repellendus esset, an admittendus, censuit receptū  
occidendū, addens hoc diētum, mortuos non mordere.

Homerus

Mortuis non conuiciandum.

Victo non insultandū, nec in mortuū ultra congerēda  
conuicia, quanq̄ iure sit occisus, huic suffragatur Ho  
merus. Haud fas est super occisis.

Aristopis

Cum larvis luctari.

Dicuntur ij, qui uita defunctos insectātur maledictis,  
qua re nihil esse potest indignius ingenuo uiro. Aris  
tote. in Rheto. citat Platonē ex politia, qui scripserit  
eos, qui mortuos allatrarent, uideri similes castellis, q̄  
lapides iactos morderēt, ipsosq̄ læsisset nō attingerēt  
Non impetam lingua. Οὐκ ἐπιγλωπήσομαι.  
Id est, Non incessam lingua. Vnde semper à maledi  
ctis temperandum.

Tuis te pingam coloribus.  
Id est, Talem te scribam, qualis es.

Hieronym.

Sphæram inter se reddere.

Plutarch.

Meminit de lusus genere Iulius Pollux, libro de re  
rum uocabulis nono. Non disimilis est, quem ho  
die pilæ uocant. Quadrabit in eos, qui se se uiciissim  
ditterijs incessunt. Confine illi.

Cædimus

## O B T R E C T A T I O.

Cedimus, inq; uicem præbemus crura sagittis.

Infixo aculeo fugere. Βαλῶν φεύζεσθαι σκότον.  
Id est, Iaculo immisso fugiturum te putas? Metaphora proverbialis ubi quis dicto conuictio, seu maleficio quopiam peracto, statim subducit sese, ne uel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Quadribus igitur in eos, qui uelut oracula quedam pronunciant, alijs coniectandi materiam ministrantes: ut qui non interpretetur, quamobrem ita senserint. Translatum ab apibus, aut uestris, que infixo aculeo statim aufugient.

Homerus

Vulgus suspicax.

Suspiciosum uulgas, ex plerisque malam in partem interpretatur. Homerus. Quippe homines plerique sumus male suspiciosi.

Martialis

Pellem caninam rodere.

Martialis ponit pro eo quod est, hominem maledicere et improbum conuicijs infectari. Sic enim scribit in obrectatorem quendam et oblratorem.

Non deerunt tamen hac in urbe forsan,

Vnus uel duo, tres ue, quattuor ue

Pellem rodere qui uelint caninam.

Cato.

Vitilitigator.

Vitilitigatores M. Cato uocabat litiū audios, et aliorum operum calumniatores. Cato ex uitijs et litigatoribus eleganter composuit.

Archilochum teris. Αρχιλόχον πατέεις.  
Id est, Archilochum teris, seu calcas, de maledico dicebatur πατέεις autem dictum est, uel quod maledicus assiduus uideatur in euoluendis huius poëtae carminibus, uel quod huius uestigijs ingrediatur. De Archilo cho testatur Horatius. Archilochum proprio rabies armavit Iambo.

Αρχιλόχος

Ἄρχιλοχος τατφίς. i. Archilochi patria. Diogeni.  
Diogenianus testatur hoc dici solere de mordacibus,  
ac maledicis.

## Dente Theonino rodì.

Horatius

Theonino dente rodì dicuntur, qui conuitijs lacerantur. Sumpturn à Theonè poëta quodā rabiose loquacitatis, petulantissimæq; maledicētiæ. Hora. Dēte Theonino, qui circumroditur. Neque dissimili figura est usus in epistola ad iulium Florum.

Hic delectatur iambis, Ille Bionis sermonibus.

Acron admonet Bionem philosophum mordacem in poëtas fuisse. Zoili quoq; mordacitas in proverbio est Hora. hoc uitiū, alibi succū loliginis uocat, et salē nigrum, quod cum morsu addat et fame maculam.

## Carpet citius aliquis, quam imitabitur.

Μωμόστοι; Ή μᾶλλον ἡ μημόστοι.

Id est, Reprehēdet aliquis citius, atq; innitabitur. Porro res egregias multo procliuus est carpere, q̄ emulari. Aptē dicetur de re quapiam artis absolute, atque inimitabili.

## Genuino mordere.

Persius.

Qui clanculum obtrectant, lacerantq; quempiam, eū genuino mordere dicūtur. Persius. Et genuimum frēgit in illis. Dentes autem genuini sunt omnium reconditiissimi, ac propemodum operti gingiva. Sero emergunt homini.

## Dentata charta.

Cicero.

Dentata dicuntur mordacia. M. Tul. ad fratrem. Calamo et atramento temperato. Dentata enim charta res agetur. Rursus edentula, quæ morsu careant.

## Hipponacteum præconium.

Cicero.

Pro infamia nota dixit Mar. Tullius, de Tigellio quodam ita

## O B T R E C T A T I O.

dam ita scribēs: Eūq; addictū iam tū puto esse, Calui Licimij Hippo næcteo præconio. Nā Hippo nax poëta fuit lābographius, amarulentus, ac nota mordacitatis.

Etiā in deorum cœtu. καὶ θεῶν ἀγορᾷ. Id est. Etiā in deorum cœtu, seu concione. Quidam interpretantur de maiore in modum probis, & aquis quidam de uehementer maledicis. Addunt locum quē piām esse in Eleusine, uicinū Anactoro, uocatū Deorum cœtus, in quē non ingrediebātur nisi bene: unde de quopiam preter modum maledico dicebant. Hic uel in deorum concione, male ominata loquetur.

Cicero.

### Archilochia dicta.

Cōtumeliosa uocat ac uirulēta. Archilochi poëte mor dicas uulgo celebratissima fuit. Is Lycaben sacerūd quo fuerat repudiatus, huiusc filiā adeo uirulētis uerbis insectatus est, ut uterq; se laqueo præfocauerit.

Lucianus

### Plaustra conuicijs onusta.

Lucia. λοχή ὄλαχος ἀμάξες βλασφημιῶμεν κατεπικέδαισκαρ ἀλλήλωρ.

Id est. Et solida plaustra conuicijs onusta, inter se effundebat. Loquitur de duobus philosophis inter se contumeliose altercantibus. Dicimus etiam, plaustra promissis onusta, & naues pollicitis onustas, pro maximis amplissimisq; promissis.

Homerus

### Naues onustæ conuicijs.

Homerus. Probrorū supcrest ambobus copia summa, Quorum onus haud portet, centū ratis incita remis. Affine illi. Quos tollere nec centū queant Aegyptij.

Nicander

### Δῆγμα δέω id. Morsus aspidis.

De mulo innedicabili, aut de lingua uehementer uiru lenta. Nihil aut uerat, quo minus trahatur adagiū, ad hostē clanculariū, & tanto pestilentiorē, quod clanch lum ci-

lum citraq; dolorem infundat uenenum hæc serpens.

Histricis ceta. *Opifex usq; Q.*

Idest, Pilus histricis dici poterit, dicteriu acriter in quempiam tortum. Est autem histrix de genere Eris naccorum, nisi quod huius longiores sunt aculei.

## O C C A S I O.

Ansam querere.

*Plautus.*

Et consimiles metaphoræ. Ansa est qua quippiam prebeditur ac tenetur. Plau. An no uides huc ansam querere. i. captare occasionē rescindendæ, irritandæq; passionis. Plato. Ut cōtentiois ansas multis præbuerint.

Eximere e manu manubrium.

*Plautus.*

Plautus dixit pro eo quod est, iam parati facere quippiam, extorquere peragendi facultatem. Translatum ab eo, cui iam uibrato gladio percussuro, repente pulsus excutitur e manibus.

*Teretius.*

Fenestram aperire.

Pro eo quod est, occasionem, ac uelut ansam ministrare. Terè. Hui quantam fenestram ad nequitiam paterceris. Plutar. Magna impie plebi repagula aperientes. Cice. Quanquā qua nolui ianua in causam ingressum. Item illa: aperire uiam, præstructe uia, præcludere uiam, iacere fundamenta.

*Plautus.*

Gladium dedisti, qui se occideret.

Plautus dixit pro eo, qui ministrat materiā &c adiumentum ad perniciem. Veluti si quis amanti adulescenti pecuniam det in manum. &c.

Tollenda mali occasio.

*Homerus*

Qui suadet, ut mali submouatur occasio, citabit ilud Home. Quippe uiros ferrū illicit ipsum. Ita diuitiae proliciūt ad luxū, cōsuetudo puellarū ad amore.

k. 2. Premenda

## O C C V L T A.

Homerus Premenda occasio.

Homerus. Vos premit, et ruinclis magis arcte. Quod quidem detorquere licebit ad id cum dicemus, impetus animi, hoc magis ac magis esse cohuncendos rationis moderaminc, quo magis effruescunt, et ad malum sollicitant.

Seneca. Nunc tuum ferrum in igni est.

Eius ferrum in igni esse dicebant, cuius negocium iam ageretur.

Non semper erit æstas.

Οὐκαὶ οἴεσθε τοιὲδε καλάσ.

Id est, Aestas non semper fuerit, componite nidos. Non semper uirebit ætus, para, quo se recipiat senectus. Aut non semper erit prospera fortuna, mutat animum philosophie decretis, quo fortunam aduersam possis contemnere.

## O C C V L T A.

Plautus. Γῆ κεύτης ἔχεις. i. Terra defossum habes. In eum qui non impartit, neq; profert suas dotes. Sūptum ab avaris, thesaurum humo defodientibus.

Occultæ musices, nullus respectus.

Quamvis egregias animi dotes, si non proferas, perinde esse quasi non habeas. Persius. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Ecclesiasti. i o. Sapientiae recōditæ, et thesauri abstrusi, nullā esse utilitatē. Oui. Tu licet et Thamyra superes, atq; Orpheus cāth,

Non erit ignotæ gratia magna lyra.

Tas qv adi' tpiokad' os.

.i. Qui sunt apud inferos terniones.

Hoc adagio ridebantur ij, qui res abditas et abstrusa curiosa quadā diligentia uestigaret. Aliunt ternones apud in-

*apud inferos honoratos esse, ut Hecate sacros. &c.*

*Πλήν εὗτις εἰδέπορνης. i. Nisi si qua videntur ausi. Aristop.*

*De re uehementer occulta. Suidas hunc uersiculum  
citat ex Aristophane. Nemo me contuetur, nisi pra-  
teruolans ausi.*

*Ἄτηνοι ἐλέυσίνια. i. Attici Eleusinia. Zenodot.*

*Subaudiendum καὶ δέεστι οὐς. Id est, inter se se. Uſur-  
patur si quando conueniunt inter se se aliqui secreto de-  
re quapiam arcana tractates. Ducta metaphora à my-  
sterijs sacrorum Eleusiniorū, que in honorem Cere-  
ris agebantur apud Eleusim, summa religione, mysti-  
cisq; ceremonijs a quibus arcebantur prophani.*

*Ἐπ τοῦ σκοτῶ ὁρχῆσθαι. i. In tenebris saltare. Lucianus  
Est enim rē gerere clanculū, nullo teste, nulloq; iudice.  
Translatum ab ijs, qui choros ducunt in tenebris.*

*Monstrum alere.*

*Monstrum alitur, ubi quid occulti uitij latere signifi-  
camus, haud scio, an inde sumpta metaphora, quod  
monstra ob pudorem clanculum aluntur et occultantur.  
Siquidem Pamphilus in Andria Terentiana, quod  
prius repudiatus gener, rursum ad affinitatem repe-  
teretur, suspicans aliquid esse uitij in puella quod cela-  
retur. Repudiatus, inquit, repetor. Quamobrem nisi  
id est, quod suspicor, aliquid monstri alunt. Ea quoniam  
nemini obtrudi potest, itur ad me.*

*Muris circumcurrentibus.*

*Plutarch.*

*Τῶν τοῖχων περιτρέχόντων.*

*Id est, parietibus circumcurrentibus. Plutarchus in-  
dicat muliebre fuisse proverbiū, quo secretum si-  
gnificabant, muris uidelicet testes et arbitros ar-  
centibus. Licebit uti cum aliquid monstri alitur, et  
ob id captari secretum.*

*R.3. Summis*

## O C C V L T A.

Summis ingredi pedibus.

Qui clanculum, aut cautim, ac pedetentim, quod aiūl  
conatur aliquid, summis pedibus ingredi dicitur Gra  
ci iucundius efferūt ad uerbio cōposito, ἀκρωτοδίτι  
Idem ualēt illa. Suspensō gradu, & suspensiōis pedibus.  
Traductū à gestu eorum, qui sic ingrediuntur, ut stre  
pitum pedum nemo sentiat.

Eis oīs λέσχη, i. In aurem dicere.

Vel hodie uulgo dicitant, pro eo quod est clanculum  
ac secreto committere. In Euāngelio. Et que in aurē  
audistis, prædicate supra testa.

Lueianus

Ostium obdite prophani.

Θύρας ἐπιθεότε βέβηλοι.

Id est, Fores occludite quicq; prophani. Sumpta est al  
lusio ex Orpheo, cuius hoc citatur carmen.

Fas quibus est audire loquar, uos turba prophana  
Obturate fores. Iubet ut prophani ostium auribus  
imponant, ne quid arcani sermonis possit ingredi. Cō  
ueniet uti, si quando significabimus nos de rebus ar  
duis & arcanis locuturos esse. Horatius.

Odi prophanum uulgu, & arceo.

Fauete linguis, carmina non prius

Audita musarū sacerdos Virginibus puerisq; canto.

Cicero.

In simpulo.

In simpulo oīm fieri dicebant, quod uel clanculū, uel  
in re minuta atq; humili fieret. Est enim simpulū us  
paruum minutum fundens, unde ueteres res minutae  
nulliusq; precij, simpularias appellabant. Allegoria  
sumpta a puerorum lusu, quo solent per fistulam an  
gustam in simpulum inflantes, quasi fluctus quosdam  
& aquæ strepitum excitare.

In angulo. Ep γεννια.

Id est,

*Id est, In angulo fieri dicitur, quod fit in occulto. Dis simile illi. Super tectum prædicare, pro eo quod est palam et in publico prædicare.*

Homerus

Admoto capite.

*Homerus. Admoto capite, reliqui ne audire ualarent.*

*Admonet eo loco, si quis obiurgādus est amicus, ut id fiat primum in tempore, deinde comiter et amice magis quam asperce, postremo clanculum senotis arbitris. Vnde optimum est illud. Admoto propius capite.*

Vrit absq; torre.

*Versum hunc ceu proverbialem subinde Plutarchus usurpat. Exurit sine torre, grauiq; dat illa senectæ.*

## OCCV PATIO, OCIUM.

Ne ad autes quidem scalpendas ocium *Lucianus* est. *Lucianus* in his accusato.

*Οὐδὲ στορκύνεσθε τὸ οὐς φασι, χολὴν ἀγωρ.*

*Id est, Ac ne tantisper ociosus, ut aurem, sicut aiunt, scalpere uacet. Cum ne minimum quidem ocij superesse significamus.*

Nullum ocium seruis, οὐ χολὴ δέλποις. *Aristote.* *Id est, Non est ocium seruis. Sumptum à seruorum conditione, quibus heri nullum concedunt ocium.*

*Εορτὴ πολλὰς εἰχόσα. i. Festū multas habens Plutarch. Subaudiendū molestias, aut occupationes. Dictum in eos, qui magnas componerent sarcinas, aliquo profecturi. Natum ab iis qui festa solent adire.*

*Δευτεροὶ τυρρηνοί. i. Vincula Tyrthena. Dicebantur odiosa negocia, quibus distingebatur aliquis. Traductum à vinculis quibus Tyrheni captiuos vinciebant graviibus et molestis.*

## O D I V M.

Cum licet fugere, ne quære litem.

Εξόμ φυγῆμ μη γίτε δίκιων.

Id est, Cum fugiendi potestas est, ne quære litem. Ab Alcibiadis apophthegmate natum. Is cum è Sicilia ciatetur ab Atheniensibus, ut criminibus responderet; abdidit se, negans litigandum esse, si quo modo liceret effugere. Subiicientibus alijs. Non igitur confidis patriæ de te iudicature: imo, inquit, ne matri quidem crediderim. Metuerem enim ne fors imprudens, albi calculi loco, nigrum immitteret.

## ODI V M.

**Lueianus** Μῆσας ἀγριοῦ. i. Odium agreste.

Atrox odium sic appellabat veteres, propterea quod rustici plerique, μέτρανθρωποι sunt, et acerbius atque implacabilius oderunt.

**Catull.** Odium Vatinianum.

Pro capitali ac uehementer acerbo. Vatinius, in quem acerrime M. Tullius inuestitus est, in tantū odium populi Romani peruererat, iam detectis illius flagitiis, ut in proverbium cesserit, odium Vatinianū. Catull. Munere isto Odissēm te odio Vatiniano.

Odium nouercale.

Nouercis omnibus innatum est fatale quoddā et irrecōciliabile odii in priuignos. Euripides in Alcest. Hostis nouerca est ante natis liberis, Nihil ergo mitior nocente uipera.

Oderint dum metuant.

Licet adagium per iocum usurpare, ueluti si quis eruditione superior de clancularijs hostibus, qui tandem ob metum hincere non audeant, dicat: Oderint dum metuant.

Odit

Odit cane peius & angue.

Horatius.

Hora. Alter Miletii textam cane peius et angue,  
Vitabit chlamydem. Plautus in mercatore:  
Nempe ruri uxor est tua, quam dudum dixeras  
Te odisse aequa atq; angues.

Εμπεδοκλέους ἔχθρα id est,

Diogenia.

Empedoclis simultas.

Dicebatur pertinax et irreconciliabilis. Empedocle  
enim aiunt ijs fuisse moribus, ut assidue simultatem cum  
aliquibus susciperet.

Ἄνδρος πόλεμος. i. Perpetuum bellum. Cicero.

M. Tullius epistolarum ad Atticū libro nono: Huius igitur belli ego particeps, et socius, et adiutor esse cogor, quod et ανδρος εχθρος est cum ciuibus. Ανδρος uocat perpetuum et atrox, et irreconciliabile. Suidas ostendit ανδρος εχθρος dici eos, qui in concordiam redigi non possunt. Conueniet in simultate in aduersarium amarulentum. Usus est eo proverbio diuus Chrysostomus homelia in Matthaeum. 47.

Αρχιδάμης πόλεμος, id est,

Archidamicum bellum.

De bello seu crudelij; dicebatur. Ab Archidamo duce Lacedaemoniorum. Archidami saevitiam memorat  
Et Pausanias in Laonicis.

Cui ista arrident, meis ne gaudeat.

Cum ingens discrimin interesse significabimus inter nos  
stras et aliorum rationes. Contrariu huic: Qui Bauum  
non odit, amet tua carmina Meui. De ijs, quae eiusdem  
sunt farina, et ex aquo contemnenda.

Ne via quidem eadem cum illo vult in-

gredi. Μηδὲ τινα αυταν δοθησει. i. Plutarch.

Ne via quidem eadem dicuntur, q; extremo dissi-

k. s. dent

## OMINANDI.

dent odio, ut ne via quidē communi uelint ambulare.

Fratrum inter se iræ sunt acerbissimæ.

Si quando similitas inciderit inter fratres, ea solet esse atrocior, quam uulgarium inimicorum. Euripides in Iphigenia Au.

Res dira uerbis inuicem altercarier

Dicitq; fratres dimicare mutuis,

Si quando lis inciderit aut contentio.

Ira omnium tardissime senescit.

O Δυνάμες ἔχατο ρ γηράσκει.

Id est, ira postremū senescit. Huic diuersum illud Ari stotelis apophthegma, q; autore Laertio, rogatis, quæ res q; ocyssime cōsenesceret, respōdit bñficiū. M. Tul. utrung; cōplexus: Cui placet, inqt, obliuiscitur, cui do let, meminit. Nam uulgo mortales iniuria tenacissime meminisse solent, benefactorū q; facillime obliuisci.

Homerus

Principum fauor necessarius.

Vbi quis, inuitis principibus, conatur extricare sese ē malo quoipiam, aut à lite à qua nō poscit explicari, nisi adiutus illorum fauore, conueniet illud Homeri:

Iactabat sese spatiosi ex aquoris altis

Emersurum undis, inuito numine diuūm.

## OMINANDI.

Καλῶς ἐσω .i. Bene sit.

Ominis uox, cū quis rem quampiā nouam et arduam auspicaretur. Quod faustum felixq; sit.

Μετὰ μονῶν .i. Cum musis.

Hoc est, Musis bene fortunantibus.

Zenodot. Άdsint dij beati. Σὺ δὲ θεοὶ μάκορες.

Id est, Felices adsiunt superi. Sermo est bene ominaris in re quapiam aggrediunda.

OMNIA

Iocacq; seriacq;

Cicero.

Quoties oīa nostra cū aliquo communicamus, cum eo  
ioca seriacq; conserre dicimur. Donatus in Adelphos,  
hmoī ferme figuræ oēs, que cōstant ex cōtrarijs, pro  
verbiales existimat. Quod genus sunt: Fanda infanda.

Quo iure, quaq; iniuria: Facta atq; infecta: Digna atq; Figura  
indigna: fasq; nefasq; Clamq; palamq; Terraq; mariq; ex contra  
Noctesq; diesq; luuenesq; Jenesq;: Neq; i minimo neq; rijs.  
in maximo: Neq; deos neque homines ueretur: Voca  
tus atq; inuocatus: Re salua & perdita, atq; alia huius  
generis innumerabilia.

## S O R I G I N I S:

E tardigradis asinis equus prodijt.

Ἐκ βραδύσηλωρ ὄνωρ ἴππος ὡρούσερ.

Id est, E tardigradis asinis equus emersit. Cum clarus  
evidit quispiā obscuro genere natus, aut quoties ab in  
docto preceptore proficiscitur discipulus eruditus.

Potest & p ironiā proferri, & p negationē, ut nunquā  
ex asinis nascetur equus. Et en tibi ex asinis equum, id  
est, ex infimis parētibus arrogantem & ferocem.

Ex quercubus ac saxis nati.

Homerus

E quercu, è saxis prognatus, quod quadrabit uel in ho  
minem obscuro genere, uel in eum, qui sit agresti atq;  
effero ingenio, moribusq; immanibus. Inde illud:  
Et duro robore natos.

Homerus:

Nam neq; fatidica quercu satus es, neq; saxo.

Theocritus: Scilicet ille leane vbera fuxit, & in  
nemore hunc genitrix fera pauit.

Nunquam ex malo patre bonus filius.  
Mali corui, malum ouum, Non etenim ex squillis na  
scitur rosa.

Heus heus

## O R I G I N I S.

Heus heus, ut illud dicitant recte probum  
Patre ab improbo non posse nasci filium.

**Theognis** E squilla non nascitur rosa.

Οὐτέ πέκτη σκύλλη ἔρδα φύεται.

**Id est**, Non etenim ex squillis rosa nascitur. Admonet adagium, è probis parentibus nasci liberos probos ex improbis improbos. **Horatius:**

Neque imbellem feroceſ

Progenerant aquile columbam.

Venustius erit, si ad indocti doctoris, indoctum discipulum referatur: ad improbi nutricij improbum alumnū. Prolem probā haud pater progignet improbus.

**Homerus** Ex minimis initij maxima.

Maxime similitates nonnunquam ex leuissimis iniuriosis nascuntur, nō secus atq; ex minutissima scitillula grauiſsimū incendiū, mire congruet illud Homeri:

Quæ primum exigua surgit, uerum illico cœlum  
Attingit capite, in terris ueſtigia ponens.

**Diogenia.** Exiguum malum, ingens bonum.

Μικρὸν κακὸν μέγύπερθεόν.

**Id est**, Pusillum malum, ingens bonum. Admonet adagium ex paululo incommodi, laboreq; exiguo, summa maxiniac; commoda colligi. Si quid feceris honestum cū labore, laborabit, honestū manet. Si qd feceris turpe cū uoluptate, uoluptas abit, turpitudo manet.

**Macrobi.** Bonæ leges ex malis moribus procreantur

Nam sicuti medicorum pharmacis nihil opus foret, niſi morbis laboraretur, ita legibus ferundis nihil opus effet, niſi perperam uiueretur.

Initium belli. Αρχὴ πολέμου.

**Id est**, Origo belli. Vbi quis prior laceſſit iniuria ſeu cōſicio. Vnde ἀπόλεμος lēdere dicitur, qui nulla laſſitus

cessitus iniuria, simultatem exerceret.

Hinc belli initium.

Lucianus.

Cum alicunde natam simultatem, ac tumultum rerum exortum innuimus. Iuxta proverbia non prætereundum, quod ex Thucydide usurpauit Lucianus in Pseu domante: καὶ οὐταὶ τοῦ θεόντων οὐδὲ τὸ πόλεμος εὐθένδε ἡδὺ, Id est, Et iuxta Thucydidem, iam hinc belli initium.

Piscis primum a capite foetet.

Τχθύς ἐκ τηφαλῆς οὔξειν ἀρχεται. i.

Piscis a capite primum incipit putere. Dictum in malos principes, quorū contagione reliquū uulgas inficitur.

Ab impijs egressa est iniquitas.

i. Re. 24.

Significat autem ab improbis semper mali quipiam exoriri, à bonis nihil malorum proficisci. Probris ab animis facta promanant proba.

Mali corui, malum ouum.

Κακοῦ κόρσειν κακὸν ωδη.

Id est, mali corui malū ouum. Apte usurpabitur quores à malo præceptore discipulus malus proficiscitur ex improbo patre filius improbus, ex patria illaudata vir illaudatus, deniq; facinus sceleratū ab hoīe scelestō.

Autor omnium & fons.

Homerus

Veluti si quis dicat superbiam omnium malorum parentem, fidem omnium uirtutum fontem, Homerum omnis poëeos patrē, non incōcinniter accōmodabitur: Ex quo uno freta cuncta fluunt, & flumina cuncta,

Et cuncti manant fontesq; lacusq; profundi.

Ex tua officina.

Ex nostra officina deponi dicuntur, quæ à nobis inuenta, nostroq; ingenio perfecta sunt. Hoc quo lōgius traducetur ad res animi, hoc fuerit lepidius, ut hoc cōsiliij,

## P A R A S I T . I.

silij, quis non intelligat è tua prodiſſe officina? Totum  
hoc negocij tue fuit officina.

Fabius. Generofioris arboris statim planta cum  
fructu est.

Egregia, beneq; nata ingenia, statim maturescere, et  
ad frugem peruenire indicat.

Idem. Magnorum fluminū nauigabiles fontes  
Significat autem præpotentū quantulacung; plus pol  
le:c, q̄ uniuersas tenuium opes.

## P A R A S I T . I.

Athenæ⁹. Μύαι .i. Muscæ.

Olim dicebantur, qui delectabantur aliena mensa, quos  
Plautus muribus comparat, semper alienum edentis  
bus cibum. Apud Athenæum libro sexto, parasitus  
quispiam sc muscæ confert:

Δεινός μάκαρ τοι μύαι id est,  
Quod inuocatus coenitare amo, musca sum.  
Aduolat enim hoc insectum ad cibum alienum.

Plutarch. Επιδυμοδείπνοι.

Confucuit enim is, qui tardius uenirent ad conuiuium,  
Ἐπιδυμοδείπνοι appellare, quasi dicas, cōuiuorum  
appetentes, propterea quod cum essent occupati nego  
cijs, ob coenarum tamen cupiditatem non excusarent  
ij, à quibus rogarentur.

ΜΙΤΑ ΧΕΡΟΣ ΉΛΩΣ.

Interpretes uarie exponunt: uel de his, qui ad quiduis  
perpetiendū parati sunt: uel de pauperibus, q̄ præter  
lenticulā nihil habet. Apud Athenæum lib. 4. uocatur  
Ἄλλοτροφάγοι, quib⁹ dulce est aliena uiuere quadra  
Res fert ibidem quiddā non illepidū: orta disceptatione  
que nam aquarū effet optima, quā alij preferrent Let  
niam,

næam, alij Pirenæam, alij aliam, Carneus iuxta Philoxeni sententiā dixit: Τοις κατὰ χριστὸν οὐδὲν ἔχεισον, suauissimam aquam que manibus infunditur, quod ea declararet cœnam esse paratam.

Ζεῖ χύτρα, ζῆ Θλίξ, id est,

Feruet olla, viuit amicitia.

In eos dicitur, quos patina, nō benevolentia conciliat.

## P A V P E R T A S.

Nec obulum habet, vnde restim emat. *Lucianus.*



N eos, qui maxima rei familiaris inopia laborant. *Lucianus in Timone:*  
χθὲς μὲν οὐδὲ δεολόμ,ώσε πεικάδης  
βρόχον ἐχηκότας, id est, Qui pri  
die ne obulū qdē habebat, quo laqueū  
emereñi. Pauperrimus autē sit opor  
tet, qui tenuitatis tacito sc̄e laqueo præfocare uelit.

Γυμνόπεδος λεπρός. i. Nudior leberide.

De uchementer tenuib⁹. Leberis enim serpentis exu  
ium significat, quo nihil potest esse inanius.

Iro, Codro pauperior.

Ouidius: Irus erit subito, qui modo Crœsus erat.

*Ouidius.*

De Codro, Iuuinalis:

Tota domus Codri rheda componitur una.

Γυμνόπεδος παξίλλας. i. Nudior paxillo.

De extrema paupertatis hoīc dicebatur hæc hyperbo  
le. Nam paxillis corticem quoq; detrahimus.

Τελείκος πενεσός. i. Telenico pauperior.  
Nam is nota paupertatis fuit.

Nudus tanquam ex matre.

Γυμνός ὡς ἐκ μητρός.

Id est, Nudus ut ex matre. De uchementer paupere.

*Ovid.*

P A V P E R T A S.

**Suidas.** οὐδὲ τὸν δέρματι. i. Ne in pelle quidem.  
De supra modum tenuibus: uelut usque adeo nudis, ut  
ne pelle quidem propria tegantur.

**Hesiodus.** Araneas ejcere.

Hesiodus: Εκ τοῦ ἀγάρωποῦ ἐλάσσονες ἀράχναι.  
Id est, Vasis ejcias, quas nequit aranea telas. Sic enim  
significant inanitatem et inopiam. Lucianus: Carie  
et araneis differta.

οὐδὲ τὸν δέρματα τένεται. i.

**Hesiodus.** Cum ex ossis suum rodit pedem.

Consimili figura significauit egestatem in eodem ope  
re. Ex ossem uocat Polypum, quod ossibus careat.  
Is creditus est nonnullis sua brachia rodere, cum deceat  
cibus. Est enim edacissimus.

**Hesiodus.** Macilenta manu pingueum pedem.

Manus enim gracilescunt fame, pedes intumescunt fri  
gore. Hesiodus:

Ne te deprendant in opem mala tempora brume.  
Atque pedem premere incipiat manus arida pingueum.  
Venustius erit, si longius transferatur: ad uiaticū pa  
randum senectuti, aut similia.

**Cicero.** Pedem ubi ponat non habet.

In hominem insignite tenuem, atque in opem.

**Cinclus.** Κίγκλοι,

Id est, Cincli. Rusticano proverbio dicebantur pre  
ter modum pauperes. Cinclus enim avis quedam est  
imbecillis atque inualida.

χπέργα γυμνόπεδος. i. Peltillo nudior.

De uehementer tenui, miseroque.

**Zenodot.** Πενιος δὲ πλὴν σοφίων ἐλαχεῖ, id est,

Paupertas sapientiam sortita est.

Zenodotus citat ex Euripide. Ignava est opulentia,  
uerum

uerum inopia multarū artium repertrix est. Persius:  
Magister artis, ingenijq; largitor Venter,  
Hominem experiri multa paupertas iubet.

Pauper, sed ingeniosus.

In hominem tenui cultu, sed egregio tamen corpore,  
quadrabit illud Homerius:

Quos profert senior pannis è uilibus armos.

Lucia. torquet ad senē ingenio facūdiaq; praeclentē.

Multa docet fames.

πολλῶμ ὁ λυκός γίγνεται διδάσκων.

Id est, Fames magistra est artium complurium. Ouid.

Ingeniū mala sepe mouent. Persius: Ingenij largitor

Venter negat as artifex sequi uoces.

Zonam perdidit.

Proverbiū castrense in ἀρχημάτῃ, Id est, eos qui  
nihil habent nummorū. Plautus in Poenulo: Tu qui zo  
nam non habes, qui in hanc uenisti urbem? aut quid  
queritis? Horatius in epistolis:

Ibit cō quō uis, qui zonam perdidit.

Porphyriion tractum dicit à militum cōsuetudine, qui  
quicquid habent in zona secū portant. Cuiusmodi sā  
ne hominem uenuste describit Lucilius citante Nonio:  
Cui neq; iumentum est, nec seruus, nec comes ullus,  
Bulgā, ex quicquid habet nummorū, secū habet omne,  
Cum Bulgā coenat, dormit, lauat, omnis in una  
Spes hominis Bulgā, hac deuincta est cetera uita.  
Nam Bulgam appellat folliculum, siue crumenam.

Τί τὸ ψυχὴν ὁ φείλει. i. Animam debet. Terētius.

Qui immodo ex alieno tencatur. Terent. Quid si  
anima debet. Luat in corpore, qui non habet in ere.

Saguntina fames.

Historie meminerūt Titus Liuius, Valerius Maxim⁹

I Est autem

Liuius.

## P A V P E R T A S.

**E**st autem Saguntum Hispaniarum oppidum, iuxta flumen Hiberum, societate, fœdereq; coniunctum cū Romanis. Id longa Poenorum obsidione fameq; eo reductum est, ut ciues extracto in foro igni, quicquid erat preciosarum rerum, in eum coniacerent, ac postremo, seq; suosq; liberos eodem præcipitarent, ne uenirent in hostium manus.

**Aristop.** Λιμός μηλιαῖς .i. Fames Melixa.

De fame extrema, deq; rebus difficillimis. Est enī Melius oppidum Thessalie, quod Nicias Atheniensis dux obsedit, expugnauitq; non tam Machinis bellicis, quā fame. Meminit historiæ Thucydides.

Λιμός τεστίοπ .i. Famis campus.

In ciuitates dicitur ingenti fame pressas. Est autem locus quispiam hoc nomine.

Λιμοσῳφίες.

Hesychius addit ex autoritate Didymi eos qui iuxta Octam accolebant sic uocatos, q; ob terræ sterilitatem frequenter cū fame rem habebant. Quadrabit igitur in eos, qui fame adacti, aliquo demigrare.

**Demetri⁹** Αquam bibens nihil boni parias.

τὸν ωρὸν πίνων κρύσσον οὐδὲν αὔτη τέκνα.

**I**d est, Aquam bibens probum, et utile paries nihil. A poëtis nihil preclarum, aut posteritate dignū, aut uenustum proficiisci, si biberint aquam, hoc est, si patres fuerint et tenui uictu. **Horatius:**

Nulla placere diu, neq; uiuere carmina possunt,

Quæ scribuntur aquæ potoribus. **Iuuenalis:**

Satur est cum dicit Horatius, Ohe. **Horatius:**

Fecundi calices quem non fecere disertum?

**A**ristoteles Psitacum loquatiorem fieri putat, si uinum biberit.

**N**on est

Non est Dithyrambus, si bibat aquam.

Οὐκ ἔσι διθύραμβος ἀπὸ νεροῦ πίνει.

**I**d est, Haud Dithyrambus est, aquam si potitet. Non  
adest hilaritas, cum deest uinum: languet poctarū in-  
genium, nū uino concalescat. **Vnde** teste Flacco:

Laudibus arguitur uini uinosus Homerus. Et:

Ennius ipse pater, nunquam nisi potus ad arma

Profilij dicenda.

Excitat enim uiri calor inueniendi uim, quæ torpet nō  
nunquam in ieiunis, mouet phantasias, addit impetus,  
subministrat fiduciam.

Dithyrambi canebantur in honorem Bacchi.

Querendæ facultates, deinde virtus.

Διζεδῆς βιοτὸν, ἄρετὸν δὲ ὅτου οὐδὲν. i. Diogenes:

Querendus uictus, uirtus autem, ubi uictus adfuerit.

Hora. O ciues ciues, querenda pecunia primum,

Virtus post numeros.

Πολὺ τῶν πολέων τῆς ωχότερος. i. Pausone mēdior  
Pauson pictor quispiam fuit insigni tenuitate, quemad  
modum apud Iuuenalem Codrus.

Qui eget, in turba versetur.

Etiam hodiernis temporibus uulgo iactatur fabula de  
ceco mendico, q̄ iubebat ministro, ut eo se duceret, ubi  
maxima esset hominum procella, addens sententiā po-  
pulari ioco celebrem, ibi quæstū esse, ubi sit hominum  
frequentia. Homerus:

Mendico præstat populosa per oppida cœnam

Mendicare suam, quam ruri.

Πτωχὸς οἴλοι οὐδὲ οἱ γεννήτορες .i.

Mendico ne parentes quidem amici sunt  
Divitiae conciliant amicos. Paupertas nec illos habet  
amicos, quos natura coniuxit.

## PENSATIO BENEFICII.

Omnem facultatem indutus est.

ἄπαντα τὰ οὐρανά καὶ γῆς.

Id est, Vniuersam substantiam indutus est. De pau-  
pere, qui præter uestitum nihil præterea rerum posse-  
det. Hodie uulgato loco dicunt: Cum subfilio, facul-  
tates omnes meæ commouentur. Notum illud Biantis  
philosophi dictum: Omnia mea necū porto. Plautus:  
Hoc quod induta sum, summæ opes.

Aristop.

Theagenis pecuniae.

Θεαγένους χρήματα, ταῦτα αἰχίνου.

Id est, Theagenis pecuniae, quemadmodum Aeschiniſ.  
Iocus proverbalis in eos, qui pauperes cum essent, ta-  
men diuites haberi uolebant. Hoc morbo notatus est  
uterq; ex Theagenes et Aeschines. Vnde cognomen  
his additum σέλλοις, à Sello quopiam incepit ambitioso  
Finิตimum ei: Phaniæ ianua.

Ο κλεομήνης φοιτης ὑπόδεχε .i.

Cleomenes cubile superat.

De eo, qui magis abundaret rebus superuacaneis, quā  
necessarijs. Ductū apparet à quopiam, corpore quam  
pro lectuli modo maiore.

Certissima paupertas.

Columella: Nam uetus proverbiū est, paupertatē cer-  
tissimā esse, quū alicuius indigeas, uti eo nō posse: quia  
ignoretur ubi proiectū iaceat, quod desideratur.

## PENSATIO BE- neficij, vel officij.

Plato.

Manus manum fricat,

Monet autem nemine ferme mortaliū inueniri, qui ue-  
lit in quempiam beneficiū collocare, a quo non speret  
aliquid emolumenti uicissim ad se redditurū: sed officiū  
inuitari

inuitari officio. Idem adagium effertur ex hoc pacto  
 Χεῖς χεῖ πανίτη, Id est, Manum manus lauat.

Botrus oppositus botro maturescit. Suidas.

Βότρυς προς βότρων τεπάνεται.

Id est, Botrus iuxta botrū maturescit. Quando dicea-  
 mus talem quemq; euadere, cū qualibus habet consue-  
 tudinem. Habet autem hoc assiduitas, ut uicinis uitia  
 faciat cōmunia. Translatū ab uuis, que mutuo oppo-  
 situ maturitatē inter se uiciūs ex dant ex accipiunt.

Da mihi mutuum testimonium. Tullius.

Δένεσθορ μοι μαρτυρίαν.

Id est, Da mihi mutuū testimoniuū, hoc est, da mihi tuū  
 testimoniuū, recepturus itidem meū. In eos recte iacien-  
 dum, qui se mutua talione laudant.

Senes mutuum fricant.

Celebratur ex Scipionis Aemiliani apophthegma. In  
 menta q; manibus carcent, alieno egere frictu. Quo si-  
 gnificatū est, eos, qui res egregias gerere nō possunt,  
 egere præcone, quo famam sibi comparent.

Αὐτὶ δῆλον τὴν καλοκυρίαν, id est,

Pro Delo Calauriam.

Est in fabulis, Neptunum cum Latona permutatio-  
 nem fecisse, ut illa Calauriam insulam Neptuno con-  
 cederet, posideret Delum, proq; dato Tænaro, reci-  
 peret Pythonem. Est autem Calauria exigua insula,  
 haud procul à Creta. Eares in proverbiū abiit, quo  
 ties officium officio pensatur.

Fricantem refrica. Τὸν χύοντα ἀντιξέει, Diogenia.

Id est, Scalpentē uiciūs scalpe. Par est, de merente be-  
 ne, bene mereri, ex officium officio pensare.

Ferrum ferro acuitur. Prover-  
 bio. 27.  
 Ferrū ferro acuitur, ex acuitate facie amici sui.

I.3. Eodem

## PENSATIO BENEFICII:

**Lucianus.** Αὐτῷ πάχει .i. Eodem cubito.

Hoc est, Eadem regula, eadem mensura. At non inuti  
le fuerit admonere, plerasq; metaphoras à mensuris du  
Metapho etas esse proverbiales, ut Pensicularē rē: Pensitare fa  
rē à men. Etū: Repēdere beneficiū: Remetiri gratiā: Librare ne  
suris. gociū: Expēdere causam: Remunerare bñficiū: Aequi  
libriū officij: Retaliare coniitum, atq; id genus alia.

Eadem mensura.

Christus in Euangeliō, cū ait futurum, ut qua mensura  
fuerimus alijs emensi, eadē nobis alijs remetiantur.

**Teretius.** Ἰσορ ἴσως ἐπιφέρει, id est,  
Par pari referre.

Qua monemur, ut tales simus in alios, quales in nos il  
los experimur. Idem in prologo Phormionis. Quod  
ab ipso allatū est, sibi id esse relatum putet.

**Plautus.** Hostimentum est opera pro pecunia.

Hoc adagium admonet nihil gratuitū esse debere, sed  
officium beneficio pensandū. Hostimentū autē auctore  
Festo Pom. beneficij pensatio est, à prisco uerbo hosti  
re ex redostire, quod est paria referre. Ab eodē ho  
stem dici putat Nonius, q; ex aqua causa pugnam su  
scipiat. Sic lena apud Plautum in Asinaria adolescen  
ti respondet sua exprobranti beneficia: Hostimentum  
est opera pro pecunia, hoc est, Neuter habet, quod im  
putet alteri. Tu mulierem amabas, missa est: Ego pe  
cuniam, dedisti.

**Suidas.** Pro bonis glomi. Avt' ἀκαδῶp & γαδίσε.  
Id est, Pro bonis glomi. Dici consuevit, ubi quis bene  
ficiū, qđ in aliū contulisset, cumulate cūq; fœnore re  
ciperet. Agathides enim Gracis glomi dicuntur, uer  
rum allusionis decus in uoce Graeca est, quod in sermo  
ne Latino reddi non potest.

Vt semell

Vt sementem feceris, ita & metes. Cicero:  
 Reportabis premū tuis factis dignum. Perquam fē-  
 stiuim est, quod de Diogene refert Laërtius. Super  
 cœnam quidā illi obijciebant ossa, uelut cani, q. Cyni-  
 cus esset, eam contumeliā sic ille pensauit. Acceſſit pro-  
 prius, & iuxta illos stans mingebat, uicissim illis canem  
 agens. Sed proprius huc pertinet, quod idem refert,  
 in Zenone: qui seruum in furto deprehensum cæde-  
 bat. Seruus interim clamabat, in fatis fulſſe, ut furas  
 retur. At Zenon: Illud etiā ut cæderetis. Seruus quo-  
 niam audierat hegum disputantem de neceſſitate fa-  
 torum, eam prætexuit suo commiſſo. Sed scite retor-  
 fit philosophus.

## P E R F I C I E N D I, SIVE Absoluendi.

Καθηματίζειν. i. Nodum soluere. Tullius.  
 Dicebatur, q. negotiū alioqui impeditū facile cōficeret  
 Tenedia bipennis. Τενέδιος πέλεκυς.  
 Id est, Tenedia securis. Conueniet aut in eos, qui nim-  
 um seuere iudicant ac puniunt: aut qui celeriter ex-  
 pediunt controuersias & litium ambiguitates. Inde  
 translatum, quod olim rex Tenedi securim gestans, li-  
 tes audire consuevit, causaq; iudicata, primus cum,  
 qui fecisset iniuriam, securi percutere. Aut quod Te-  
 nedius quidam rex legē tulit in adulteros, ut utriusq;  
 corpus securi concideretur, eiusq; legis exemplū etiā  
 in filium edidit.

Τὸν κολοφῶνα ἐπέδικεν, id est,  
 Colophonem addidit. Diogenia.  
 Dici consuevit, cum summa manus rei cuiquam impo-  
 nitur: aut cum accedit id, sine quo negotium confici  
 l. 4. non pon-

## PERFICIENDI.

non potest. Strabo scribit Colophonios olim cū nauilibus copijs abundasse, tum equestribus usq; adeo præcelluisse, ut ubi cunque gentium bellū gereretur, quod confici non posset, Colophoniorum equitum auxilio profligaretur.

Plato.

Κολοφωνία ἄρχεται, id est,

Colophonium suffragium.

Cum Colophonij duodecim ciuitatibus imperarent, quarum una Smyrna, in publicis consilijs, si quando Smyrnensium æquales fuissent calculi, pars ea uincebat, cui subscrississent Colophonij illi, quorum opera vicerant in prælio. Itaq; proverbiū quadrabit, cū significabimus iudicium, aut suffragium alicuius plurimum in re quaquam ualere.

Cicero.

Summum fastigium imponere.

Pro eo quod est, rem omnibus suis partibus absoluere Exempla reperties apud Ciceronem. Translatum ab ædificatoribus, qui perfecto demum ædificio, fastigium aliquod solent imponere.

Τὸπον κύκλον ἀποτελεῖν, id est,

Circulum absoluere.

Est rem omnibus numeris, omnibusq; partibus perfectam reddere.

Seneca.

Summam manum addere.

Mirum nū metaphorā ab artificib; translata, qui pri  
mum rude quoddam operis simulachrū effingūt, atq;  
hanc primam appellant manum: deinde formant ex  
pressius: postremo summa cura expoliunt, atq;  
hanc su  
premam seu summam manum uocant. Eadem figura  
dicimus nihil deesse præter extremam manum.

Tullius.

Supremum fabulæ actum addere.

Pro eo quod est, extremum finem imponere. M. Tullius ad

lius ad Qu. fratrē. Illud te ad extremum ex oro exhortor, ut tanquā poëta boni, et actores industriū solent, sic tu in extrema parte ex conclusione nuneris ac negocij tui diligentissimus sis.

### Ad umbilicum ducere.

Pro eo quod est librū finire, atq; absoluere. Suntemus umbilici, interprete Porphyrione, ornamenta quedā ossa, aut lignea, cornea ue, umbilici nostri formā imitantia quæ uoluminibus iam absolutis addebatur, atq; hinc prouerbialem figuram esse natam, ad umbilicū peruenit, id est, ad finem. Martialis m. 4. epigrā. lib. Ohe iam satis est, ohe libelle

Iam peruenimus usq; ad umbilicos,  
Tu procedere adhuc et ire queris.

Ad Coronidem vscb. Mέχει τῆς κορωνίδης. Id est, Vscb ad Coronidē, quū extremum fine rei cuiusdam significamus. A nauibus translatū putane literatores, quibus aliquid rostri speciem gerens solet addi. Eustathius indicat lætum rerum finem οὐστήματος καὶ προερβιο dici solere. Iucundius erit, quoties transfertur ad animum, ueluti si quis studiorū coronidem dicat, aut moneat, ut egregijs cœptis aurea addat coronidē. Aut uitæ laudabiliter actæ iubeat auram imponi coronidem, hoc est mortem piam.

Seruatori tertium. Τὸν τρίτον τῷ σωτῆρι. Id est, Tertium seruatori. Pindarus. Dulcis calix uocalium cantionū. Quo quidem loco, Pindaricus interpres ostendit antiquitus fuisse morem, ut in conuiuijs primus calix misceretur Ioui Olympio: secundus heroibus, tertius Ioui seruatori. Addit autem hunc calicem σωτῆρα appellatum, quod huc usq; potatio citra ebrietatem, animiq; noxam consisteret. Ultra quem si l. 5. quis

## P E R F I C I E N D I.

quis progressus esset, iam ad libidinem, intemperantiamq; res uergere uideretur, iuxta illud apud Apuleium Asclepiadi dictum, existimantis primū craterē pertinere ad sitim, secundum ad uoluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad insaniam.

Domum cum facis, ne relinquas impolitam  
Vnicuiq; negocio, quod semel instituerimus, finē idoneum imponendum, ut nihil omnino desideretur. Vetus si quis adhortetur aliquem, nō literarum studiorum deserat, sed laudabiliter institutis summam manū imponat, ne uulgo ludibrio sit.

Iuli. Pol. Απαντοκτω. i. Omnia octo.

Cum nihil deesse significamus, aut cum multa inter se similia uidentur, paroemia hinc natam existimant. Stesichorus poëta in oppido Catana splendide sepultus fertur, monumento diligenti quadam ratione ex omnibus octonis constructo: octo columnis, octo gradibus, angulis octo. Delectatum appetet hoc prouerbio Heliogabalū imperatore, cui morē hunc fuisse scribit Aelius Lāpridius, ut semel ad cœnam vocaret octo caluos, octo luscios, octo podagros, octo surdos, octo nigros, octo pralōgos, et octo præpingues et obesos

Cicero. Si meus ille stilus fuisset.

Pro eo quod est, si hoc negocij meo arbitrio, meoq; artificio commissum fuisset. Translata metaphora a fabularum autoribus, quorū stilo et calamo fabula tota conficitur. Porro stilus est cuspis illa graphiaria, qua scribimus in tabulis ceratis.

Ad Herculis columnas. Ηράκλειοι σταύλοι. Sic enim uulgo dici solere. Quae ultra Gades, inaccessa. Quo significant ultra columnas Herculis non esse quo progrediare. Columnas has Hercules ibi fixisse dicitur

*Cicitur cum boues uestigaret Geryonis, tanquam illic  
esset suprema orbis meta.*

**Ad phasim usq; nauigauit.**

Strabo.

*Εἰς φᾶσι μὲν θανάτοις ἡ χατὰ δέομενος.*

i. Ad phasim ubi supremus cursus nauib<sup>9</sup>. Phasis est Euxini fin<sup>9</sup> & extrema nauigatiōis meta. Aut usq; ad Britānos, quos autores extra mudi terminos ponūt.

Omni deuorato boue, in cauda defecit.  
*Πάντας εκ ταχαγώπτωρ εσπειρίστησι οὐρανοπεπονθυμού.*  
Id est, Toto deuorato boue in cauda defecit. Hoc est reliquo negocio peracto in extremo fine delassat<sup>9</sup> est.

**Bellum canere. Receptui canere.**

Bellum canere, pro eo quod est, animare atq; exhortari. Receptui canere, pro finire. Signa canant apud Martialem, id est, iam congregiamur. Et apud Plautum, collatis signis depugnare, apud eundē uerbis gladiis depugnare. Quin hoc ipsum collatis signis, haud dubie prouerbij speciem habet, cum significamus seriam & exactam de re disceptionem. Iuuinalis. Hæc tuba rixæ. Id est, hoc belli initium.

**Rudem accipere. Rude donare.**

Horatius

Rudem accipere, pro dimitti à munere. Rude donare, pro dimittere. Inde ducta metaphora, quod antiquitus gladiatores, quibus permisum erat, à gladiatorio munere cessare, rude donati dicebantur. Ea cestatio dabatur uirga, quam rude appellabant, inde hoc modo dimisi, rudiarij uocantur. Proinde quicunq; à munere quo quis in ocio restituuntur, uel ob actatē, uel ob imbecillitatē, rude accepisse dicetur. Hora. i. epist. Speciatum satis ex donatum iam rude, queris Mecenas, iterum me antiquo includere ludo.

**Finem vitæ specta.**

Extat

## P E R F I C I E N D I .

Extat apud Herodotū historia longe notissimt, quetis  
admodum Solon Crœso responderit, nemini compete-  
re nomen beati, nisi qui feliciter uite cursum peregris-  
set. Quod referens Iuuenalis.

Quem uox, inquit, facunda Solonis  
Respicere extremæ iussit spatia ultima uite.  
Ouidius in transformationibus sic extulit.  
Sed scilicet ultima semper  
Expectanda dies homini est, diciq; beatus  
Ante obitum nemo, supraemq; funera debet.  
Quim hodieq; paſsim omnibus est in ore:  
Ab exitu rem spectandam esse.

Haud perficiet.  
Qui dicet negociū, haud quamquam perfectum iri, uer-  
bis Homeris id dicat licebit:  
Verum hancce uiam haud perfecerit unquam.

**Terētius.** Capere prouinciam, tradere prouinciam.  
Tradere prouinciam, qui negociū aliquod curandum  
committit. Capiunt, suscipiuntue prouinciam, qui rei  
curande onus in se recipiūt. Metaphora sumpta à cō-  
suetudine Romanorū, apud quos, qui magistratū ge-  
rebant, prouincias alias alijs sortiebantur. Terētius. Ge-  
ta prouinciam cepisti duram. Plau. Abi rus, abi direc-  
tus in tuam prouinciam.

**Lucreti.** Cursu lampada trado.

Cursu lampada tradere, est partes tuas quasi succeſ-  
ſione in alium, atq; alium transferre. Lucretius. Et  
quasi cursores uite lampada tradunt. De animantibus  
agit, que ſucceſſioe propagātur, uita per uices ab alijs  
in alia transfusa. Plato libro de legibus sexto scribit  
ciues oportere liberis generandis, atq; educandis ope-  
ram dare, ut uitam, quam ipſi à maioribus accepiffent  
uiciſſim

uiciſſim quaſi tædam ardentem posteris tradant. Eo-  
dem pertinet illud Persianum. Qui prior es, cur me  
in decurſu lampada poſcis? Terent. Tradunt operas  
mutuas, et alijs aly uiciſſim ſuppetias ferunt.

Cicero.

Sarta tecta.

Pro consummatis, probeq; curatis, et in quibus nihil  
ſit omiſſum, ex ſolēnibus uerbis iureconsulorū abiit  
in prouerbiū. Plautus in Trinummo. Ne tibi ægri-  
tudinem pater parerem, parſi ſedulo. Sarta tua prece-  
pta uſq; habui mea modeſtia.

## P E R F I D I A.

Τῇ μὴν ὕσθι φορεῖ, τῇ δὲ ἐτέρῃ τὸ πῦρ. Plutarch.

i. Altera manu fert aquam, altera ignē  
In eum torqueas licebit, qui cum coram fit blandus,  
occulte noceat. Aut in bilinguē, et nunc laudantem,  
nunc uituperantem. Loquitur Plutarchus de muliere  
diuersis et contrarijs inſtructa.

Altera manu fert lapidem, altera panem plautus.  
oſtentat.

Qui coram blandiuntur, clam obtrectantes, palā amū-  
cos agunt, clanculum nocent. Translatū ab ijs, qui ca-  
nes oſtentato pane pelliciunt, deinde accendentibus ſar-  
cum illidunt.

## P E R P L E X V S.

Αὐτῷ οὐτε μλύφη ἔχει, οὐτε πλῆμα. Diogeni.

i. Ventus necq; manere ſinit, necq; nauigare  
Vſus erit, ubi quis in eas rerū anguſtias inciderit, ut  
nec relinquere negocium fit integrum, nec abſoluēdi  
ſit facultas. Metaphora ſumpta à uentis.

Auribus lupum teneo.

Teretius.

Donatus

## P E R P L È X V S.

**Donatus** Græcam parœmiam Græcis adscribit uerbis  
Τῶν ὡτωρέχω τόν λύκον, id est, Auribus lupum  
teneo, neq; retinere, neq; amittere possum. Aiunt lu-  
pum non posse teneri auribus. Dicitur in eos, qui eius  
**Ambroſi.** integrum, neq; tolerari posſit.

Hæret in vado.

**Ambroſius** in Lucam. In abruptum, inquit, disputatio-  
nis uenimus: hæremus in uado. Metaphora à nauia-  
gio ducta, quod uado illisum fruſtra circuagitur. Tul-  
lius. Venit ad extreſum, hæret in salebra. Sunt autē  
**Cicero.** salebra fluminum aut uiarum obſtacula, à ſaltu dicta.

In aqua hæret.

Qui fluctuat neque in ſolido conſiftit. Translatum  
ab oratorum clepsydra, ut eum in aqua hærere dicam-  
us, qui ſe diſtillata iam aqua, tamen ē cauſa non po-  
teſt expedire.

Nunc meæ in arctum coguntur copiæ.  
**Terent.** In angustum oppido, nunc meæ coguntur co-  
piæ. Metaphora ſumpta ab exercitu, qui undiq; obſia-  
detur ab hostibus, ut diſſicile ſit effugere.

In puteo conſtrictus.

Quadrabit in eos, qui in angustias eas redacti ſunt, ut  
extricare ſeſe nullo modo poſſint. Idem. In puteo cū  
cane pugnare. Et, Canterium in foſſa.

**Homerus** Perplexus.

Qui in maximis uerſatur periculis, nec ullum afful-  
get ſubſidium, uſurpabit illud Homeri.

Nec ulla appariuit ultra

Tellus, ſed nobis cœlum undiq; et undiq; pontus.

**Homerus** Perplexus animi conſternati.

In eū, qui periculoſo negocio coſternatur animo, nec  
ratione

rationē inuenit, qua explicit seſe, quadrabit illud Homeri. Fugere è manibus mirande Nestori habet.

Nec Execestides quidem viam inuenierit.

Oὐδὲ τὸν εἶδες, ἀντὶ τούτου τοῦθεοπόδον.  
Id est, Ne Execestides quidem rectā viam inuenirit  
De negocio perplexo atq; inexplicabili. Execestides  
quidam uulgo male audyt, quod immodicus esset in  
peregrinationibus, ut omnes vias quam maxime co-  
gnitas haberet.

### Λαζαρίνθος. i. Labyrinthus.

Labyrinthum olim uocabant orationem, aut rem quā  
piam uehementer impeditā & inextricabilem. Veluti  
si quis philosophie studiū Labyrinthū uocet. sumptū  
a Labyrintho Dadali. Huic non dissimilis erat Mæan-  
der. Id erat pictura genus ortum ab exemplo Laby-  
rinthorum. Prudentius in carmine. Cultor dei: O tor-  
tuos serpens. Qui mille per Mæandros.

### De gradu deincere.

Pro eo quod est animo confernari, ac uelut à statu  
mentis dimoueri. in gradum reponere, quasi in pristi-  
num locū restituere. Ad eandē formā pertinent, mo-  
uere loco, deturbare gradu, restituere in locum. Plato.

### De possessione deincere.

Ex sermone iurisconsultorum in uulgi sermonem  
abijt, pro eo quod est, famam cuiam eripere, quare  
iam omnīū consensu obtinuerit, aut adimere quippiā,  
quod suo quasi iure tenere uideatur. Nam ius semper  
fauet possidenti.

Plautus.

Peribis, si non feceris.

Vbi quis in eum redactus est locum, ut nec aggredi  
rem posset citra magnum incommodū, neq; tuto omit-  
tere. Si faxo, uapulabo.

PERSPICA

# PERSPICACITAS.

Plato.

## Lynceo perspicacior.

Sunt qui tradant Lynceum primum reperisse fodinas metallorū, eris, argenti, auri. Et hinc uulgo natā fabulam, quod ea quoq; uideret, quæ sub terra forent. Aristophanes in Pluto. Βλέπομεν τὸ πόδες ἐξωτερικὸν δὲ τὸ πέρομ τὸ λυγκέως. Id est, Faxo ut uideas Lynceo ipso acutius. Cicero. Quis tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

## Οφεως ὄμησι. i. Serpentis oculus.

De his dici consuevit, qui acribus ex intentis intuerētur oculis. Ab animante sumpta metaphora. Horatius Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum  
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

## Odorari.

Ac similes aliquot metaphoræ. Translationes que ducuntur à corporis sensibus, quoniam uelut ad manum sunt, et quasi de proximo sumuntur, omnes fere proverbiales sunt. Velut odorari pro rasciscere, et sagiter deprehēsum, atque animaduersum cognoscere. Odor pro suspicione ac rumore. Olfacere apud Terē. pro deprehendere. Subolere apud cundē, pro suspectum esse. Obolere pro molestum esse, aut esse in suspicione. Vnde nasuti dicuntur, et emuncte naris, et muccosis naribus. Deniq; nasus ipse in proverbiū abijt pro iudicio. Horatius. Non quia nullus illis nasus erat. Et putent que displicent. Huc pertinet et illa. Olet mendacium. Redolent Atticismum. Olent lucernam. Itidem gustum rei uocamus, ueluti primam illam experientiam, et degustationem, quae siq; specimen. Cicero ad Atticū. Hominem degustes. Idem ad cundem. Et Latinus ille tuus Atticissimus ex interualllo regustādus. Vnde et saliuā primā dicimus primum

primum illum gustum, quem pueri tanquam à nutribus imbibimus. Et palato satisfacere dicitur, quod animo placet. Et deuorare dicimur, cū rem aliqui acerbam, ueluti citra sensum perferimus, translatioē sumpta ab his, qui amara catapotia, tanquam inuito palato solent absorbere. Vnde aliquoties apud Ciceronem & Fabium: Deuorare tedium, absorbere molestiam. Affinia sunt illa: Sapiūt arrogantiam. Resipiunt iuicile quiddam. Concoquere item, pro uincere molestiam. Nauseare, cum tædio audire. Euomere, dicere, quod dolor non sinebat reticere. Et expuere miseria ex animo. Consultare, pro lacesse maledictis. Despuere, pro contennere. Stomachari, pro indignari. A uisu item multe dicuntur metaphoræ, ut oculis ferre, pro uehementer amare, curæq; habere. In oculis esse. Obuersari oculis, id est, recordari, & in memoria cogitationeq; esse. Respicere, curam agere, & ratione habere. Prospicere, in posterū consulere. Despicere, fastidire. Suspicere, mirari. Cōnuere prō data opera dissimulare. Cæcutire, hallucinari, pro falli iudicio. Verū hæc lögius persequi, infiniti fuerit operis.

## P E R S P I C V I T A S.

Plutarch.

Vel cæco appareat.

De re uehementer perspicua, Eusebius aduersus Hie roclē, & Ἀλέα γυναικειοῖς τυφλῶ φρεσὶ δῆλον. Id est, Quin etiam uel cæco perspicuum aiunt esse.

Kοὶ τωδί δῆλον. i. Et puelo perspicuum est. Plato.

De re supra modum perspicua, confessaq;

Notum lippis ac tonsoribus.

Horatius

Quæ iam in ora uulgi abierunt, omnibus tonsoribus, ac lippis nota dicuntur. Propterea quod olim in tonsoribus strinarum

## PERTINACIA.

Strinorum conceſſibus omnes rumores narrari confuerunt. Hora. Opinor. Omnibus ex lippis notum et tonsoribus esse. Nam lippi in tonsorum officiis desident, expertentes remedium oculorum.

Καὶ δάπεδον κατόπιν εἴη πάχυς γύναιος φραγμοῦ.  
i.e. Tanquam in speculo. Tanquam in tabula.  
De re uehementer evidente, perspicuaq;. Terentius  
Demig; inspicere tanquam in speculū uitas oīm iubeo.

Rudius ac planius.

Suidas admonet subesse proverbiū, quod hunc admodum feratur. Σφέσεροι μοι ἡ ἀλογεσερωρ φράσομ. Id est, Apertius mihi loquere, atq; indoctius. Sumptū à quibusdā enigmatum inuolucris.

**Lucianus** Electro lucidior. Ηλίκη τρύπη σταφεγέσερος  
Id est, Electro pellucētior. Dere magnopere dilucida

**Plutarch.** Ως ἀπὸ σκοτωτῆς. i.e. Velut e specula.

Cum quis rem uelut oculis subiectam, totum undique contemplatur.

**Cicero.** Archimedes non posset melius describere. Archimedes Syracusanus Geometra fuit celeberrimus, nusquam non intentus figuris geometricis, adeo ut pingens sit intersectus.

## PERTINACIA.

**Cicero.** Mordicus tenere.

Est summa pertinacia tueri, quod Græci uocat ὁδοῖς  
In eundem sensum dixit Seneca, utraq; manu.

**Cicero.** Toto corpore, omnibus vnguiculis.  
A feris sumpta metaphora, quæ dentibus, unguibus,  
totoq; corpore retinere solent.

Gladiatorio animo.

Terentius

Terent. in Phormi. Hem gladiatorio animo ad me affectant uiam. Quo significatur ita tendi ad nocendū alteri, ut id cum proprio etiam periculo tentetur, animo pertinaci, paratoq; uel perdere, uel perire. Aristoteles audaciā huiusmodi, cum proprietate salutis contemptu coniunctam, Celticam appellat.

Nisi crura fracta fuerint.

Cicero.

Marcus Tullius docet proverbio fuisse iactatum in C. Plancum, cum perire non posse nisi crura ei fracta fuissent. Is incenderat curiam, ob quod facinus quum esset electus in exilium, tamen post armatus ausus est redire in urbem.

## PHILAVTIA.

Non videmus mantice quod in tergo est. Persius.  
Id est, Non uidemus nostra ipsorum uitia, cum aliena curiosis oculis perspiciamus. Proverbium natum ex Apologo quopiam Aesopico. Finxit Aesopus singulos mortales binas habere manticas, hoc est, per as, alteram ante pectus, alteram à scapulis, tergoq; propensidentem. Sed in priorem, inquit, aliena uitia innuitius, in posteriorem nostra. Persius.

Vt nemo in se descendere nemo,  
Sed precedenti spectatur mantica tergo. Horatius.  
Respicere ignoto discepit pendentia tergo.

Bœoci μύξη. i. Papæ Mixus.  
In gloriosos et iactabundos dici consuevit. Nam bœoci stuporis et admirationis significationem habet. Myxus autem sacerdos qui spiam fuit Diana, glorirosus et magniloquius.

Tous et autres ἥραγον οὐς αγωνεῖται.  
m.2. i. Amicos

## PHILAVTIA.

.i. Amicos tragœdos emulatur.

Sumptum ab histriónibus tragœdiarum, qui cum sint leuiſimi nebulones, tamen ubi deum aut regem agunt in fabula, tum cultu, uoce, gestu; maiestatem quādam imitantur.

Plutarch. Τραγικώπερος λόγος. i. Tragice loqui.

Est uerbis uti magnificentioribus. Est enim Tragico rum character sublimis, amarū; tragœdia ampullas & sesquipedalia uerba.

Turpis iactantia,

Hanc sane pulchrum sese iactare superbe.

Diogeni. Ne magna loquaris. μὴ μεγάλα λέγε.

Id est, Ne grandia loquaris. Admonet temperandum esse à magniloquentia. Horatius.

Proiicit ampullas & sesquipedalia uerba. Idem.

Et spirat tragicum satis, & feliciter audet.

Argenti fontes. Αργυρείς κρητικοὶ λόγοι.

Id est, Argenti fontes loquuntur. In eos, qui stolidè quidem, atq; indocte, sed arroganter tamen & confidenter loquerentur, opibus uidelicet suis freti.

Fortuna quem nimium fouet, stultum facit.

Opes enim nos sicut medicus malus.

Vbi ceperint reddunt uidentes illico cecos.

Horatius Fœnum habet in cornu.

In homines feroceſ ac maledicos dicitur. Fœnum habet in cornu. Horatius in sermonibus. Fœnum habet in cornu, longe fuge. Inde translatū, ut Acroni placet, quod antiquitus bubus cornupetis fœnum profugno in cornu appendetur, quo ſibi cauerent, qui forte occurriffent.

Diogeni. Κολοφώνδα ὑβρις. i. Colophonia ferocitas.

In insolentes, qui ferociter despiciunt, & affligunt humilioris

milioris fortunæ homines. Aut in eos, quibus sua ferocitas exitium attulit. Sumptum ab arrogantia, superbiaq; eius gentis.

### Oleum in auricula ferre.

Marcialis

Est apud Martiale. Nam poëta taxare uidetur ho-  
minem rigida supimaq; aure.

Narratur quidam belle dixisse Marulle:

Qui te ferre oleum dixit in auricula.

Neḡ negauerim posse referri ad assentatores, qui uer-  
lūt oleum in aurem instillant, dum iucunda loquuntur  
magis, quam salutaria.

### Fortuna reddit insolentes.

In eum, qui postquam fortuna secundior affulgit,  
animos item effert, et paulo confidentius gerit sc̄e.  
Ἐποβαγεῖται ἐλαχίστη γένεσις.

.i. Ab Eteobutadis dicit genus.

Dici solitum de ijs, qui maioribus illustribus, et anti-  
qua nobilitate sunt oriundi, uidelicet à Buto quoipā,  
qui sacerdotes instituit Athenis. Et ab huius posteris,  
postea summi magistratus creabantur. Venustius erit  
si per ironiam sumatur in hominem obscurū, aut nobi-  
litatis et imaginis ostentatorem.

Οὐδὲ τὸς ιωρᾶς. i. Ne intra vestibulū quidē.  
Intumidos, feroceſ et insolenteſ dici solitū, qui pro-  
cul omnes a ſe ſubmouent.

Aut minus animi, aut plus potentiae.

Ἵ φρονεῖ μέλαχος οὐ καὶ σύνωξ αἵ, δῆμος μέρος.  
Id est. Oportet aut minus animosum esse, aut plus pos-  
ſe. Conuenit in feroceſ, quorum arrogantiae non ſup-  
petant uires. Aut qui non timent irritare, quem uin-  
cere non poſſint. Plutarchus. Aut adde uiribus, aut  
detrahe animo.

m.3.

Mendax

P H I L A V T I A.

**Aristop.** Μῆδας atraphaxis. Φύσις ὡμωλέα ἀτραφάξις  
Id est, Referta mendacis Atraphaxis. De tumidis ac  
uētosis. Atraphaxis oleris genus, qđ celeriter in altū  
surgit. Latinis atriplex dicitur, betarū gñi affinis.

Suo quisq; studio gaudet.

Vnumquęq; suo uictitare q̄stu. Tractant fabrilia fabri  
Heltucam ex alterius oculo den̄cere.

**Matthæus.** Quid autem uides festucā in oculo fratris  
tui, trabem uero que in oculo tuo est, non intelligis?

**Hora.** Qui ne tuberibus proprijs offendat anūcum  
Postulat, ignorat uerrucis illius æquum est.

Tubera maiora uitia dixit, uerrucas minoras, que alia  
bi neuos appellauit.

Suus cuiq; crepitus bene olet.

Nemo est, cui sua mala non uideantur uel optima.

**Plato.**

Αὐτοῖς ἀγέστη. i. Ipsis placet.

Vbi rem parū nobis probari, aut causam, nihil ad nos  
pertinere significamus. Terent. Mibi non fit uerisimili-  
mole. At qui ipsi commentum placet. Suis quisq; consi-  
lijs, suęq; sententiae blanditur. Horace. Ηνδρες δυνατοί.  
Id est, Placuit animo. Itē, sic lubitum est animo meo.  
Vergi. Dijs aliter uisum.

**Aristop.**

Βοήθη λιθαιωτός. i. Pedere thus.

Accommodabitur in hos, quorum et uitia placēt, aut  
ipsi, aut alijs impendio amantibus. Aristophanes. Nō  
enim thus pedo. Quadrabit et in assentatores.

Επιτοῖς οὐλοῖς αντίχετοι. i. In armis accissat  
In eum, qui sibi placet, se seq; quasi contemplatur in ar-  
mis suis. De Accone muliere, quae ad speculum in ea  
pte sibi blandiebatur.

Φιλαυτοί. i. Philauti.

Qui sibi uchementer placēt. Vitiū ipsum φιλαυτία  
dicitur.

dicitur. Quod apposite circumloquens Horatius. Cœ-  
cus, inquit, amor sui.

Et me mater. &c.

Ἐγένετο δὲ μάτηρ πολυδεύκεος οὐ μείνω. Homerus  
Id est, Me quoq; Pollucem mea mater uincere dixit.  
Cum quis anteponitur, aut æquatur ijs, cū quibus nul-  
lo modo conferendus est. Matres enim amore cæcuti-  
unt in filios. Pollux pugil optimus fuit.

Teipsam laudas. Σαυτὴν ἐπουνέῃ.  
Id est, Laudas teipsum. Vbi quis se se laudat, suiq; tibi  
cimem agit.

Teipsum inspice,

Plutarch.

Μή τού μόρι αλλὰ νοήσθορ φῦλο σκόπει.  
i. Age non meum, uerū et tuum inspicio genus.  
Stultū est in alterū dicere, qd̄ in te pos̄sit retorqueri.

Patriæ fumus, igni alieno luculentior. Lucianus  
Lucia. Patriæ fumus luculentior homini uidetur, quā  
ignis alibi. Apud Home. Τὸν καπνὸν ωαξίδη  
εἶχε. Id est. Terre natalis fumum, Ulysses optat ui-  
dere surgentem.

Multi te oderint, si teipsum amas.

Πολλοί τοι μισθτιρ δὲ σευτὸν φιλήσε.   
Id est, Multi oderint, si temetipse diligas. Multis enī  
disspicat oportet, qui sibi nimium placet. Cōtra mode-  
stia, præcipua fauoris et benevolentiae conciliatrix.  
Nulli minus sunt appositi ad mutuum amorem, ac be-  
nevolentiam, quā qui se se uehementer amant.

Sine riuale diligere.

Ausonius

Qui stulte mirantur, quod nemo aliis concupiscat.  
Veluti simia catulos suos et miratur, ac amplectitur  
et indocti poëta suas nugas soli diligunt. Tul. ad Atti  
cū. Huius nebulonis oratio, si Brutus moueri potest,

m.4. licebit

## P O T E N T E S.

licebit eum solus ames, me æmulū non habebis. Idem.  
O dij, quam inceptus, quam sese amans sine riuali. Horatius in arte poëtica.  
Nullum ultra uerbum, aut operam sumebant inanem.  
Quin sine riuali, teq; & tua solus amares.

## S P O T E N T E S.

In omnia potentes.

Accommodare licebit, uel in hominem, cuius summa sit autoritas, uel in rem, quæ plurimū habeat momenti. Velut in principem, aut uehementer gratiosum, siue in pecunia per iocū, uel in literas ac uirtutes serio.

## S P R A E L O N G I.

Collossi magnitudine. κολοσσίος τὸ μέγεθος.

Id est, Colossea magnitudine. In homines prægrandi corporis mole. A statuis ingentibus quas Collosso appellant.

Iuli. Cap.

Caliga Maximini.

In homines insulsoſ, & immodicæ proceritatis. Id adagij refert Iulius Capitolinus, in uita Maximini imperatoris. Nam cum effet, inquiens, Maximinus pedum ut diximus, octo, & prope semis, calciamentum eius, id est, Campagii regium, quidam in luco, qui est inter Aquilegiā & Aritiā posuerūt, quod constat pede maius fuisse hoīis uestigio atq; mēsura. Vnde etiā uulgo tractū est cū de lōgis atq; inepitis hoīibus diceretur

Demetri.

κληματὶς ἀιγυπτιο. i. Clematis Aegyptia. In eos qui corpore præter modū procero, atro colore effent, natū haud dubie ab eius herbae specie. Dicitur autem quod hanc maxime gignat Aegyptus, folia lauri longo tenuijs. &c.

Amenis

**A**mēns longus. ἄνωνς ὁ μακρός .i. Sophocles

**A**mēns qui longus: hoc est quod uulgo dicitant, præ longis mentē deesse, pusillis nimū adesse animorum.

Home. Strēnuus i pugna Tydeus, sed corpore paruus.

Statius: Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.

Οὐδὲις κακὸς μέγας ἵχδυς .i.

**N**ullus malus magnus pīscis.

Athenē?

In homines prægrandi quidem corpore, cæterū inge-  
nio nullo. Athenaeus hinc ortum scripsit: stratomicus  
citharœdus cum Porpin uidisset Rhodiū citharœdum  
ingenti corporis mole, uerū arte non perinde magnū,  
percunctantibus quibusdam, quis nam esset, hūc ad mo-  
dum respondit: οὐδὲις, σαποὺς, μέγας, ἵχδυς,  
incipiti dicto significans illum, nullum, id est, nullius  
esse precij, malum et improbum, magnum corpore,  
deniq; pīscē, quia mutuus esset, et infacundus, et male  
canorus. Idem: Nullus magnus putris pīscis.

Pinguis venter nō gignit sensum tenuē.  
D. Hieronymus in epistola quadam. Quanquam fate-  
tur id elegantius sonare Græce, quam Latine:

Παχεῖα γαστὴ λεπτὸρ οὐ τίτει νόορ.  
Id est, Subtile pectus uenter obesius non parit. Admo-  
net adagiu luxu corporis, hebetescere mentis aciem.

**P**usillus, quantus Molon.

Suidas.

Μικρὸς ἥλικος μόλωρ.

Id est, Pusillus ut Molon. De uehementer breui sta-  
tura corporis homuncionibus. Suidas ostendit duos  
fuisse Molones, nota sicuti coniūcio, corporis breuita-  
te, quorum alter histrio fuerit, alter fur, honesti scia-  
licet questus uterque.

## PRAETER SPEM

bonum, aut malum.

### Coturnix Herculem.

Ορτυξ ἔσωερ ἱράκλεῖ τὸ καρπερόν.

*Id est, Seruauit Herculem coturnix strenuum. Ad agionis originem ad huiusmodi fabulam referunt: Coturnicem quandam Herculi in delicijs fuisse, cuius nudore cū uiua incenderetur ille mortuus, sit in uitā restitutus. Dici solitū de his, q̄ in periculo seruati essent ab his, à quibus minime sperarant.*

### Omnia secunda saltat senex.

*Iocus proverbialis, quo cōueniet uti, quoties res prius in periculū adducta, pr̄eter expectationē feliciter exierit. Cū aliquā Romae ludi Circenses Apollini celebra rentur, et Hanibal nunciatus esset, circa portā Collinā ingruere, oēs raptis armis cōcurrunt. Reuersi postea cū piaculū formidarebāt, inuenērūt saltantē i circo senē quendā, q̄ cū interrogatus, dixisset se nō interrupisse saltationē, ductū est hoc proverbiū: Salua res, saltante senē. Huic finitimū ē: σλαῦξ ἐπ' αὐτῷ. i. Noctua uolavit*

Ἄνθεωπος ἀνθέωπον σφύμονος. i.

### Homo homini deus.

*Quod dici solet de eo, qui subitam atq; insperatam attulit salutem, aut qui magno quopiam beneficio iuuit. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse deum, q̄ prodeesse mortalibus. Vnde frugum, uini legum auctores, & quicumq; ad uitę commoditatē aliquid attulissent, eos pro diis habebat antiquitas.*

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφένεις. i.

### Deus ex improviso apparens.

*In eos dicitur, quibus in rebus perplexis pr̄eter spem exoritur aliquis, qui salutem adferat, negotijs difficultatem expediat.*

Ἐπώρ

Θεῶμ χῆρες i. Deorum mauus.

Olim per ironiam, ut opinor, dicebatur efficacia illa pharmaca, quæ plurimus ex rebus, et è longinquo pe-  
titis conficiuntur: quibus hodie, tū medici, tū Phar-  
macopole uulgo faciunt imposturam.

Negocium ex ocio.

Πράγματ' έξ αποθέσεως, id est.

Suidas.

Ex ocio negotium. Vbi res prater opinionem  
euenit, et inde tumultus oboritur, unde tranquillitatē  
Ocium sperabamus.

Kαὶ σφάκελοι ποιῶσιν ἀτέλεατην .i.

Faciunt & sphaceli immunitatem.

Athenis celebratum proverbiū de his, qui quovis præ- Idem.  
textu quod uolunt assequuntur. Natū aiunt ab euentu  
huiusmodi: Pisistrat⁹ tyrānus decimas exegit ab Athe-  
niensibus, eorum quæ in agris prouenissent. Itaq; cum  
aliquando obambularet, uideretq; senem quendam in sa-  
xis quibusdam, hoc est, loco petricoso laborantē, ro-  
gabat quos nam fructus inde colligeret. At is respons-  
dens: Dolores, inquit, et sphacelos, atque horum decia-  
mas exegit Pisistratus. Porro Tyrannus admiratus  
hominis libertatem, decimas Atheniensibus remisit.  
Ea res in uulgi sermonem abiit, etiā sphacelos immu-  
nitatem parere. Sphacelus autem morbi genus est, qđ  
ex immodica defatigatione solet accidere. Quidā pu-  
tant esse tormenta articulorum, quidā ossium tabem.

Euentus præter expectationem.

Quoties res multo secus euenit, quam uel fuerat insti Homerue  
tuta, congruet illud Homeri:

Verum præpollet magni Iouis usq; uoluntas.

Mopso Nisa datur.

Vergilius

Cum præter omnium spem res præclara cōtingit cui-  
piam pror

## P R O B R V M.

piam prorsus indigno , ut nihil iam non posse sperari,  
uel à quouis apparet, Mopso Nisa datur. Quid nō spe  
remus amantes? Nam Mopsum dicens, intelligit insi-  
num, abiectissimumq; pastore, Nisam paullam insigni  
formā. Sopho. Nihil est, quod haud sperare liceat.

Glaucus poto melle resurrexit.

Γλαῦκος πίνω μέλι ἀνέσθη.

Id est, Glaucus poto melle reuixit. Dici solitū, quoties  
aliquis uulgaxi rumore dictus mortuus, denuo prodit  
in publicū, et quasi rediuius apparet ijs, quibus psum  
fuerat eū uita defunctū esse. Satis constat ab euētu  
natum. Nempe Glaucū quempiā præter oīm expecta-  
tionem, gustato mellito pharmaco reualuisse.

**Pindarus.** Insperabilē vitā agis. Ανέλπισον διοργάνωσε.  
i.e. Insperatā vitā agis. Sic enī loquuntur Attici, hoc est  
vitā mirificā, et quā ne sperare quidē auderet quisquā

**Plutarch.** Lauares Peliam Λάουας Πελίας πελάσσων.

Id est, Laues Pelia. Dictū apparet, ubi quis salutē pol-  
licitus, adfert exitiū. Aut ubi q̄s prodeesse conatus, in-  
gens addidit malū. Ductū à notissima Peliae fabula, quē  
dum filiæ à Medea persuase, student ad iuuentā reuo-  
care, lebeti feruenti impositum occiderunt.

**Homerus** Subitum remedium periculi.

Cum indicabimus rem in extremum discrimen adda-  
ctum, actumq; fuisse, ni subita salus protinus affulsi-  
set, conueniet illud Homeri:  
Ni ilico sensisset, genitor diuūm q̄s hominumq;.

## PROBRVM. Gloria.

Gloriosum & apud posteros.

**Homerus** Cum facinus significabimus, cuius famam et posterio-  
tas celebratura uideatur, quadrabit illud Homeri:  
Imo fa-

*Imo facimus insigne peregit. Ipsa etiam quod posteritas exaudiat.*

*Tὸ δέ τοι καὶ οὐ μόνοιο, id est,*

*Gloria futuri.*

Plutarch.

*Admonet famam laudemq; recte factorū contingere,  
potissimum apud posteros.*

Ouidius:

*Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit.*

*Non omnino temere est, quod vulgo Aristote.  
dictitant.*

*Non plane falsum uidetur, quod plurimis est in ore,  
quodq; populi consensus approbat. Aristides dicit,  
non usquequaque irritum esse solere, quicquid rumore  
populi iactatum fuerit.*

*Sutorium atramentum.*

Cicer.

*Tullius libro epistolarū nono: Iam pater eius accusatus est a M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. Sentit, opinor, hoīem absolutū fuisse, iudicū corruptela non citra infamiam. Est enim huiusmodi sutorium atramentū, ut neq; magnopere atrā imprimat notam, neq; nullam tamen illinat maculam.*

*Καρθάρης μελάντρεος. i. Scarabeo nigrior.*

*In fēdos & uehementer atros ac fuscos. Nam scarabaeus animal insigni, sed fēdo nigrore est.*

*Dedecus publicum.*

Homerus

*Res omnibus modis infamis ac pernicioſa, non ineleganter indicatur his uersib⁹ Homeri:*

*Noxa ingens urbiq; tuæ, populoq; patriq;*

*Hosti gaudia, sed probrumq; dolorq; tibi⁹ p̄si.*

*Cythonymi probrum. Κυθωνίας αἰχ*

*Id est, Cythonymi dedecus. In hominem uehementer infamem, fēdiq; nominis, cuiusq; nomen iure suppri-  
mi debeat, uel ob malefacta, uel ob calamitates. Unde*

et Gra

## P R O B R V M:

Et Graeca uox à celando noīe dicta est. Ethodie dictiā  
tant uulgo tegēdam ollam, quoties innuunt fœdius esse  
facinus, q̄ ut autoris facienda sit mentio.

**Horatius.** Cerite cera dignus.

Olim notari dignos atq; improbos et nequam homi-  
nes, Cerite cera dignos proverbio uocabant, nimurum  
Ceritem ceram insignem ignominiam appellantes.

**Horatius:**

Quid deceat, quid non obliti, Cerite cera  
Digni, remigium uitiosum Ithacensis Ulyssis.  
Acron et Porphyrión huiusmodi tradunt originem  
adagij. Romani Ceritibus bello subactis, eam dixerūt  
conditionē, ne suffragij ius haberent, ne leges ullas aut  
edere, aut haberent.

**Suidas.** Hic honorum viroruū morbus est.

Aύτη γέ χρησώμενη δέσποιναν νόος οὐ.  
Id est, At iste sane morbus est probi uiri. uti licebit,  
cū id probro datur, quod magis laudi duci oportebat  
Euripides: Mihi opprobriasti probriū honestū scilicet.  
Aut εἰ πωνητῶς, in tristia quedam et secura uitia, que  
cū atrociora sint, tamen minus obnoxia sunt infamie,  
q̄ his magnates ac probati laborent. Quis nō execra-  
tur furem? At longe fœdius est adulteriū, quod tamen  
proceres sibi propemodum laudi tribuunt.

**Apostoli?** Quem fortuna pinxerit.

Quem fortuna nigrū scripscrit, hunc non uniuersum  
æuum candidū reddere potest, hoc est, cui fortuna re-  
fragatur, huic quicquid tentauerit, infeliciter cedet.  
Alius est ad nigros et albos calculos suffragiorū.

**Homerus** Adhortantis ad gloriam.

Tullius aliquot locis isto usus est carmine:  
Strenuus esto, quo te posteritas quoq; laudet.  
Cur non

**Cur non suspendiste?**

Tί οὐκ ἀπήγξω, ἵνε πάτερ μέρος γένη.

Zenodot.

Id est, *Quin te suspēdis, ut apud Thebanos heros fias?*  
Apud alios summus honos habebatur ijs, qui sibi mor  
tem consciūssent, præsertim pro salute patriæ. Dici  
posse uidetur in eos, qui famæ ducti cupiditate, semet  
periculis grauibus obiiciunt.

## PROCLIVITAS.

Τὸν τρέχοντα ὄργανον. i. Currentē incitare Homerius  
Est adhortari quempiam ad id, ad quod iam suapte spō  
te tendit.

Homerus:

*Quid me sponte mea properantem maxime Atrida  
Extimulas?*

Bene plastrum perculit.

Rusticorum proverbum est: Bene plastrum perculit  
In eos, qui quempiam impellunt, quo ipse iam non pro-  
pendebat. Translatum a plaistris onustis. Plautus:  
*Qui monet, quasi adiuuat.*

A vicinis exemplum habent.

Qui faciunt quippiam aliorū exemplo prouocati. Vi-  
cinos enim vicino morbū suum affricat, & malorū cō-  
mercio reddimur deteriores. Teren. *Quid isthuc tā  
mirum est de te si exemplum capit?*

Εσ πεδίον τὴν ἴππον, id est,

Plato.

In planiciem equum.

Quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimū ualeat,  
quoq; uel maxime gaudet. Equus in campo tanquā in  
Iua est harena. Plato: Equitcm in planicicm prouocas  
Socratem ad disputandum.

Mustelæ seuum. ταλῆ σέργ.

Diogenia.

Id est, Mustelæ pingue, subaudiendū das, aut cōmittis  
Cum ea

## P R O C L I V I T A S.

Cum ea dantur, quorū qui accipiunt, natura sunt appetentiissimi. Gaudet enim hoc animal præcipue seu, ut luti si quis laudaret laudis audiſſimum, aut ad bibendum prouocaret natura bibofum.

Plinius.

Calcar addere currenti.

Ouidius : Non opus admisso subdere calcar equo.

Sunt autē ferme proverbiales in totū illæ metaphore:  
Subdere calcar, subdere stimulos, quæadmodū ex illæ  
Injicere frenum, cōpescere freno, reuocare freno &c.

Suidas.

Vna scutica omneis impellit,

Μία μάſιξ πάντας ἐλαύνε.

Id est, Vna scutica incitat omnes. De negocio dictum  
quod facile fieret, uidelicet à promptis oībus, ac sua-  
pte sponte currentibus. Vel in hos, quos eadem causa  
impellit, puta eadem spes lucri, studiū commune, idē  
amor aut odium. Sumptum ab aurigis.

Lydum in planiciem prouocas.

Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλέσ.

Id est, Lydū in campū prouocas. In eum cōpetit, q̄ la-  
ceſſit iā dudū ad id propensum ex prōptū. Notati Ly-  
di, ḡ ad bellū capessendū aequo propensiōres eſſent.

Sphæra per præcipitum.

Η σφαῖρα κατὰ προενοῦς.

Id est, Globus per declive, subaudiendum uoluitur aut  
mittitur. Perinde est quasi dicas currentem incitare.  
Nam sphæra facile per locū declivem deuoluitur. Nec  
male quadrabit in eos, q̄ uitæ genus aliquod nacti sunt  
ad quod uidentur esse natura propensi.

Terentius.

Vno digitulo.

Vno digitulo, sumnam negotij facilitatem significab-  
bant Terentius : Qui nūbi nunc uno digitulo fortes  
aperis fortunatus. Hieronymus : De qua nobis mi-  
nitaris,

nitaris, uno, ut aiunt, digitulo repellam.

Suade lupis ut insaniant.

Vbi quis animum inducit ad rem stultiissimā, quam non  
aggrederetur, nisi insanus. Nā lupi insanunt, uel sua  
sponte, ueluti si quis tyrannū instiget ad crudelitatem.

In numerato habere.

Qui in causis agendis est ingenio præsentissimo: ex  
quicquid alijs præstaret diutina cogitatio, id illi prima  
statim animi intentio daret. Sumptum ab his, qui res  
suas ad certissimum calculum redegerunt, hoc est, ad  
pecuniam numeratam.

Tarichus assus est, simul atq; viderit ignē Athene<sup>a</sup>.

Τάριχος ὁ πόστος τὸν δύες ἀποδέκεται πῦρ.

Id est, Tarichus assus, mox ut ignem uiderit. Est au-  
tem Tarichus piscis salsus.

Δέλφοι επὶ πῦρ .i. Titio ad ignem. Suidas.

Vbi quis applicatur ad eas res, ad quas natura proper-  
sus est. ut si mulierosus ad puellarum conuictum: san-  
guinis audius ad militiam. Non admodum abludit ab  
illo: In matulam immeiere.

Ignis ad torrem. Πῦρ επὶ δακτυόποδαθόμ. Diogenia.

Id est, Ignis ad torrem ueniens. De negocio quod ra-  
ptim, facileq; conficitur, quasi cum ultro ignis ad tor-  
rem transuolat, ob materiei siccitatem.

Incitare currentem.

Homerus

Qui significabit instigari quempiam ad id, ad quod  
suapte sponte propendet.

Cedit equos scutica, ast illi uel sponte uolabant.

Quam facile vulpes pyrum comedest.

Plautus: Tam facile uinces, quam uulpes pyruū comedest.  
De re factu procliui. Quod nihil negotij sit uulpi den-  
tatiissime pyrum edere.

## P R O F I C I E N T I V M

- Plautus.** Tam in procliui q̄ imber.  
 Plau. Tā hoc tibi in procliui q̄ imber est, quando pluit  
 Nam procliue proprie dicitur, quod ex alto deorsum  
 propendet. Arduū est autē onera submoliri in altum.
- Cicero.** Tanquam de narthecio.  
 Pro eo quod est, ex parato, & ad manum. Nam nar-  
 thecium, opinor, uocat pyxidem, unde pharmacopola  
 depronunt medicamenta.
- Strabo.** Mercator uauiga & expone.  
 Quoties significabimus rei cuiuspiam esse tantam au-  
 ditatem, ut nulla copia sufficiat: præsertim si quid mali  
 sit, quod expetur.
- Plinius.** Vna pertica.  
 Pro eo quod est, eadem opera. Sumptū uidetur ab his,  
 qui metiuntur agros. Perticam posuit pro decempeda.  
 Seruius dixit perticā esse lineam, qua diuidūtur agri.

## P R O F I C I E N T I V M in melius.

- Plautus.** Ab asinis ad boues.  
 Ex humiliore conditione ad ditionū partes transire.
- Aristop.** Dives factus iam desint gaudere lente.  
 Επειτα τολστωρ οὐκ ἔθυσται φορῶμ. Id est, Lenticula diuti placere desint. Lens legumen pauperū ac tenuiū cibus est. Quæ fastiditur, simulatq; lautior fortuna contigit. Unde proverbium in eos, qui bus ad uberiorem cōditionem euerūt, fastidio sunt ea quæ prius inopes boni consulebant.
- Satis quercus. οὐδενός . i.  
 Sat quercus. Veterū adagiū in eos, q̄ relicto nictu for-  
 dido, ad elegantiore, lautioreq; digrediūtur. Aut quo-  
 ties pristinū aliqd studiū aut institutum relinquitur.  
 οὐ γέγ

Oὐ γὰρ ἄκονθοι .i. Non enim spinæ.  
De conditione dicebatur in melius commutata. Sumpta metaphora a noualibus, quæ repurgatis spinis, fru&giferæ incipiunt esse.

Effugi malum, inueni bonum.

Zenodot.

Ἐφύγοι κακόμ, εὑρέοι ἀλεπού.

Id est, Euasi mala, sum nactus meliora. Dici solitā, si quando fortuna laetior cuiquam contigisset.

Kατὰ τὴν Χω ἐπεδίδου, id est,

Iuxta cubitum profecit.

De eo dicebatur, q promotus esset ad meliora: siue cū quis ordine progreditur legitimo. Cubitus enī ex modum significat, ut intelligas nihil transiliendum.

Αλεπόνωμ οἰωνῷ τυχῆμ, id est,

Meliores nancisci aues.

Dicuntur, quibus post res aduersas succedunt prospectoria. Nā ut apud Latinos auis et ales interdum non animal, sed omen ipsum et auguriū significat. Hora. Mala ducis ari domū. Laboravit autē hac superstitione antiquitas, ut in magnis rebus aggrediūdis, auiū occursus obseruaret: neq; defuerūt, qui eā uelut arte profitentur. Atq; hinc apud Romanos augurū collegium. Iam pene explosa est apud Christianos huius profecionis supersticio, sed ita ut in locum eius successerit malum prope pestilentius, atq; adeo conduplicatum, nempe horum, qui ex astris futura pronunciant.

Melius nobis est, ḡ heri.

Aristop.

Proverbialem habere figuram uidetur illud Aristop.

Ὥ Bleψιδημ ἀλεπού ἔχεις πράττομεν.

Id est, O Blepsideme melius atq; heri mihi est. Item illud Theocri. Melius cras forsitan habebit. Cum significamus fortunam in melius commutatam.

n.2. Ego ex

## P R O F V S I O.

Suidas.

Ego ex bono in bonum traductus sum.

Ἐγὼ μὲν ἐκ τῷ κολόεις κολόμητίωσκοει.

Id est, Ego quidem ē bono in bonum transi. De his, q̄ bonum institutū, bono commutant.

ΒΥΕΛΕΤΟ ΚΟΣΣΑ ΜΑΝΩΛΙΩΝ ΣΩΚΙΚΗ ΥΔΥΝΣ .i.

Fuit & Mandroni ferculna nauis.

In eos dici solitum, qui pr̄ter meritum ad felicitatem atque opes cœlesti, pristine conditionis non meminerunt, sed pr̄senti rerum successu insolentius abusuntur. A Mandrone quodam sumptū, qui indignus et immērens, ex nauiculario factus est imperator. Nauim autem ferculnam per contemptum dixit.

Aristop.

Hodie nullus, cras maximus.

Οὐδὲ μαζὶ οὐδὲ οἰς, αὐγεῖορ δὲ ποθεμέγας.

Id est, Qui nullus hodie, cras erit uel maximus. De eo cui repente ingens aliquis honos accesserit.

Plautus.

I modo venare leporem, nūc Itym tenes. Id est, Hanc interim cœnam qualemcūq; certā habes, quære alteram, si potes potiore. Itys enim auis, quem à Phaside Scythia flumine Phasianum uocane. Verum equidem opinor hunc Plauti locum, ut sunt alij pleriq; depravatum esse: legendum autem, Nec Itym tenes, ut habent codices, nec ichthyn, ut perperam mutauit quidam, cū nec auis, nec pisces quicquam faciat ad uentionem leporis, sed iictin. Nam id est animal de generi mustelarum, quod in cuniculos immittitur, ut prædam eliciat. Latini Viuerram appellant.

## P R O F V S I O.

Αλεκτρυόνωρ μέμφεδαι κοιλίας .i.

Gallorum incusare ventrem.

De edacib⁹, ac luxu multū absumētib⁹ facultatē. Huic enim ani-

*eiāanti uēter mirifice calid⁹, ita ut oīa statū cōcoquāt  
Proteruiam fecit.*

Macrobi⁹

Erat hoc religiosum in hostijs, si quid reliquū esset,  
id igni cōsumeretur: quemadmodū Moyses tradit de  
agno paschali. Porro id gen⁹ sacrificij Romani proter  
uiam appellant. Vnde celebratur illud Catonis festiu-  
ter dictū in Albinū quendā, q̄ patrimonii uniuersum  
luxu absumperat, unis exceptis edibus, quæ incendio  
cōflagrarent: Proteruiā, inquit, fecit, propterea q̄ ea  
que comeſſe non potuerit, quasi combuſſet.

Relinque quippiam &amp; Medis.

Plutarch.

ΛΕΓΠΕΤΙ ΚΟΙΝΗ ΛΥΘΟΙΣ.

Id est, Reliquum facito aliquid ex Medis. Proverbia-  
lis locus in eos, qui ex coniuicio nihil reliqui faciūt, aut  
qui facultates uniuersas abliguriunt. Relinque quip-  
pam ex Medis, hoc est, cōparce tu, qđ dissipent i⁹, qui  
tibi male uolunt. Ex quo Medi ex Phocidē ipsam, ex  
extremos Boeotiae terminos incursarunt, omnia uexan-  
tes, miscentesq; populationibus.

E dolio hauris. Εκ πίθες ἀντλεῖσθαι. i.

E dolio haurire dicebatur olim, qui abundaret rebus  
optatis. Admonet ex Hesiodus, dimidiato dolio par-  
cendū esse, quod sera sit in fundo parsimonia. Diuitū  
est habere dolia, pauperes uapam bibunt ē lagenis.

Αὐτῷ κανῷ. i. Una cum ipso canistro. Zenodot.  
Quadrat in eos, qui rem intemperanter profundunt,  
deuorantq; ex abliguriunt. Mos enim erat antiquitus  
ut testatur Didymus, ut coene canistris inferrentur.  
Plato: ipso canistro cuncta rapuisti simul.

Largitio non habet fundum. Cicero.  
Quo dicto significabant, stulta liberalitate quātaſlibet  
opes exhaustiri, uel effluere potius. Translatum uide-  
n.3. tur à

## P R O F V S I O.

Seneca. tur à pertuso dolio Danaidum apud inferos.  
Plena manu.

Translatū ab ijs, q non parce, sed plena manu largiuntur. Fit lepidius, quo magis ad animi res transferatur.

Plutarch. Cupidinū crumena porri folio vincēta est

Πράσις φύλλῳ πεπλεγμένη ερωτωμασθέσεται οὐχ λάνθυνομ  
Id est, Porri folio amorū uincta est crumena. Plutar-  
chus sentit proverbiū alludere ad porri naturā, cuius  
uis est, calefacere, cire urinā, irritare Venerem. Suidas  
ostendit dictū de ijs, qui per amorem immoderatos fa-  
ciunt sumptus, luxusq; indulgent.

Plautus. Festo die si quid prodegeris.

Plau. Festo die si quid prodegeris, profecto egere li-  
ceat, nisi pepercerais. Admonet autem, ne in sumptibus  
solemnibus ita profusi simus, ut nō suppetat quo fera-  
mus quotidianos. Accommodabitur nō perperā in eos  
qui iuuenes rem prodigunt, esurituri senes.

Bello parta. Εκ πολεμίος.

Id est, Ex hostium regione. Vbi quis immodice insu-  
meret. Solemus enim celerius ac temere profundere,  
si quid ab hostibus sit creptum.

Glaucus alter. Γλαῦκος ἀλλοι πόθεοτος.  
.i. Glauc⁹ alter ab equis deuoratus. Quadrabit ī hōiem  
alendis eis exhaerientē facultates suas. A fabula natū.

Immolare boues.

ΒΟΥΔΥΤĒP, tanquam proverbialiter dicebantur, q am-  
plios magnificosq; sumptus facerent. Diuitum cui est  
uel regum potius, boues immolare. Et BOUΔΥΤΙΟΥ  
pro magnifico apparatu usurpant.

Caricum sepulchrum. καρικός τάφος.

Id est, Caricū monumentū. De re magnifica sumptuos-  
aq;. Sumptū à Mausoli sepulchro, qd est apud Caras.

Cui mulo

Cui multū est piperis, etiā oleribus immiscet. Ο πλυνέχων πέπρι, τίθησι κάμλαξ χάροις  
Id est, Qui multū habet piperis, etiā olerib⁹ admiscet  
Cui rei cuiuspiā largior est copia, ea profusius utatur  
licebit. De pusillo parcus insumendū. Ut, cui multum  
suppetit facultatū, huic licet opipare uiuere. Martialis  
Ut sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,

O q̄ sape petet uina piperq; coquus.

Non nauigamus ad Hippolaitas.

Herodot⁹

Οὐχ ἵππολότες προισοὺς πλῶμες.

Id est, Nō nauigamus ad eximios Hippolaitas, ut sit  
admonētis parcus utendū esse rebus præsentibus: neq;  
enī nauigari ad eū locū, unde rerū eiusmodi copia exu-  
berat, ut quod temere prodegeris, facile possis sarcire

Drachmæ grando. Δραχμὴ χαλαξώσα.  
Id est, Drachma grandinans. De lucro, quod tan-  
quam cœlitus emissum obtigit. Nam olim theatrale  
præmium erat drachma, quæ ueluti grandinis in mo-  
rem in populum spargebatur.

Zenodot.

## PROPRII COM- mo di studium.

Tunica pallio propior est.

Plautus.

Quo significatū est ex amicis nos alijs magis esse de-  
uinctos, neq; parem oīm habendā esse rationē. Pallium  
extrema uestis est apud Græcos, quemadmodum apud  
Romanos togā. Tunica toga tegebatur.

Intus canere. Et Aspendius citharœdus.  
Qui priuati commodi impendio studiosi essent, ijdem  
apud Græcos ἀσπένδοι κιθαρισταὶ. i. Aspendij citha-  
ristæ dicebātur. Ab aspendijs citharœdis, tacito, leuiq;  
modulatione sinistra manu tantum contactis chordis,

n.4. cantile-

## PROPRII COMMODI

cantilena peragebatur, ut uox ad citharoedū duntaxat aut proxime aſſentē perueniret. Hinc fluxisse prouerbiū, ut furaces hoies Aſpedij citharistæ Græcis uulgo diceretur, q̄ ut hic carminis, ita illi furtorū eſſent occultatores. Porro Aſpendius Pamphyliæ ciuitas eſt.

Tullius. Ne quicquam ſapit, qui ſibi non ſapit.

Sapientem eum odi, qui ſibi ipſi non ſapit.

Plautus. Ad ſuum quemq; quæſtum, æquum eſt eſſe callidum.

Quisq; aduigilat ad id quod expetit.

Decora teipſum. Ῥεγαλε σαύτος.

Id eſt, Honesta teipſum. Iocus prouerbialis in eum, q; ſe magnificenter gereret. Nam γεοργεμ uenerari eſt, ex honorem habere.

Anguillam captare. Βγχέλεις θηράδιον.  
Id eſt, Anguillas uenari. Dicuntur, qui priuati cōmodi cauſa, ciente tumultus. Inde ducta ſimilitudine, q; cū aqua ſtat immota, nihil capiunt, qui captant anguilas, cum uero ſurſum ac deorſum miſcent, ita demum capiunt. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reipub. ſtatu nihil eſt emolumenti. Proinde ſeditiones gaudet exoriri, quo ciuitatis publicū malū in ſuū priuatu uer tant commodū. Hanc artem heu nimium callent princepes horum temporū, qui conſilio tyrannico diſſidia ſcrum inter ciuitates, aut bellū aliquod alicunde fuſciam, quo licentius multitem miferam plebeculam.

Παρεχοῦμοι .i. Vna lauabor.  
Dici conſueuit, ubi quis iſinuat ſe in ſocietatem alterius, aut ubi quis admittit aliquem in ſocietatem, uti q; pauperior eſt, ſumptū effugiat. Tanquam hoc cōmoditatis laturi ſine tenues, ſi cum diuitiibus balneum ingrediantur, ut ſpongys ſuis parcant.

Vnde cungo

Vnde cuncti lucrum capiunt.

Homerus

In aduocatos, in calumniatores, in malos medicos, qui  
captant undecimq; si quis incidit in casses, quem pos-  
sine expilare, congruet illud Homeri.

Semper enim quaqua patet insula, piscibus hamo  
Insidiabantur, uentrem famis enecat atra.

τόνον καὶ μηνὸν ἔγγυον. i. Genu sura proprius. Aristote.

Qui Graecas paroemias colegerunt, aiunt hoc adagium  
ex euentu quodam esse natum. Cum in p̄. elio quidam  
conficeret duos amicos, pariter de uita periclitantes  
fratrem et consobrinum, neq; posset utriq; simul fer-  
re suspectias, omisso cōsobrino fratrem defendit, atq;  
banc interim sententiam pronunciauit.

Omnis sibi melius esse malunt quā alteri. Terētius.  
Terent. in And. Idem in eadē fabula. Heus proximus  
sum egomet mihi. Nemo scipso diligit quenq; magis.

Σιμωνίδης μέλη. i. Simonidis cantilenæ. Plutarch.

De uafris ac subdolis dictum est. Hunc tradunt primū  
astutiam et quæstum in arte induxisse. Erant illi duo  
scrinia, alterum gratiarum, alterum præmiorum, que  
cum post tempus aliquantum aperuisset, gratiarū ar-  
culam semper offendebat manem, premiorū semper  
plenam. Hoc commento significans se nolle gratis do-  
nare carmina.

Sibi canere. Εαυτῷ φέλλει.

Id est, Sibypsi canere. Dicitur qui non ad alienum ar-  
bitrium facit quipiam, sed animo obsequens suo.

Astutior cocyce. Μηχανώτερος κόκκυκς. Aristote.

Id est, Coccyce astutior, dicebatur, qui astu sibi con-  
suleret. Sumptum ab auis ingenio, oua subiectientis in  
nidos alienos, de qua abunde Plinius et Aristoteles.

Opta vicino ut habeat, magis aut ollæ.

n.s. potissimum

## PROXIMIS V T E N D V M.

Potissimum est habere domi, quibus est opus. Proxi-  
mum, uicinum habere diuitem, a quo possis petere.

Zenodot. Veniat hospes quisquis profuturus est  
 $\Xi\acute{E}V$   $\Theta\acute{E}\lambda\dot{\theta}oi$   $\Theta\acute{S}I\acute{E}$   $\delta\acute{O}n\acute{H}o\acute{S}I$ .

i. Veniat qui proderit hospes. Admonet adagii eorum  
demum aduentum esse gratum, q. cōmodi quippiā adseruant  
Oui. Ipse licet uenias musis comitatus Homere,

Si nihil attuleris ibis Homere foras.

Plautus. Suam quisque homo rem meminit.

Qui in alieno negocio dormitat, in suo uigilat.

Mercator est.  $E\acute{U}\varpi\omega\acute{O}\acute{S}I$   $\sigma\acute{H}a\pi\acute{T}\acute{O}\mu\acute{C}I$   
Id est, Mercatorem se adsimulat. Dicendum in eum,  
qui ob timiditatem causas commentitias p̄etexit, ne  
cogatur subire discrimē. Non usq; quaq; discrepat hic  
Euangelica parabola de his qui invitati ad nuptias, ut  
rijs pretextibus excusant.

Zenodot. Πόλις παίζομεν. i. Ciuitates ludimus.

Lusus genus est quoddam, in quo calculis ludebatur  
olim, quos antiquitus πόλις, id est, urbes uocabant.  
Neoterici χωρές, hoc est, regiones appellare coep-  
runt. Mibi quadraturum uidetur, quoties suum quisque  
cōmodum, quacunq; sectatur uia, et amulo, competitori-  
oriq; modis omnibus tendit insidias.

## PROXIMIS Vtendum.

Plautus. Viam qui nescit ad mare.

Plautus in Poenulo. Viam qui nescit, qua deueniat ad  
mare, cum oportet amorem querere comitē sibi. Id est  
qui rem commode conficerne nequit, is quavis ratione  
conficiat necesse est. Qui recte uiuendi rationē igno-  
rat, eos sibi proponat, quorum uita laudata est.

Terētius. Ut possumus, quando ut volumus nō licet  
 $Z\acute{W}\mu\acute{P}U$

Ζώμενος οὐ χωρέλομψ, ἀλλ' ωσδανάμεθα  
Id est, Non uti libet, sed uti licet sic uiuimus. Quo mo-  
nemur tempori ac necessitati seruiendum esse. Teren-  
tiana Misis in Andria rogata, quā Athenis uitam age-  
rem, uerecunde seni meretriciū quæstum confitēs, ut  
quimus aiunt, quando ut uolumus non licet. Viuas ut  
possis, quando non quis, ut uelis. Usus erit ubi significa-  
bimus nostra nobis parum placere.

Quando id fieri non potest.

Terentius.

Oportet id quod adest boni consulere. Et Martialis.

Quod sis, esse uelis.

Αγαθηκή μάζα μετ' αρτού.

Zenodot.

i. Bona est etiam offa post panem.

De ijs dici solere ait Zenodotus, qui penuria meliorū  
amplectuntur deteriora. Nam maza quiddā est pane  
cocto deterior, conflatū ex lacte et farina. Quo lice-  
bit uti cū indicabimus rē usū non opinione estimandā  
Si non assint carnes, taricho contentos esse

Diogeni.

oportet. Αριθμητικέα σόρκτεον τοπίχω  
Id est, Probanda falsamenta e genti carnium. Sunt qui di-  
cunt, τάπρχον, accipi pro pisce, sed uili putriq; qui  
idem sit Aphya, fortassis hic pro iure accipiendū ta-  
rificus. sensus hic est, ubi non est copia meliorum, boni  
consulere oportet, quæcumq; contingunt.

Auloedus sit qui citharoedns esse nō possit Cicero.  
Recte dicetur in eos, qui malūt in multo inferiore or-  
dine, alicuius habere momēti, quā inter excellētes ne-  
gligi. Quemadmodū Iulius Cæsar maluit in frigido  
opidulo primus esse, quā Romæ secundus. Nec male  
quadrabit in eos, qui desperatione meliorum ad humi-  
liora se conferunt.

Si bouem non possis, asinum agas. Suidas.

Ei μη

## PROXIMIS V TENDVM.

Εἰ μὴ σώσειο βοῦμ. ἔλαυνε ὄνορ.

Id est. Si neque as bouem, asinum agito, id est, si non potes ut uis, utcunq; potes, facito. Si fortuna splendidior nō cōtingit, eā sorte, quæ cōtingit boni consulari, si qd optas non licet: id quod est proximū amplectere.

Altera nauigatio. Δεύτερη πλάσι.

Id est. Secundarius cursus, vocabatur, cum uento destituti, remis nauim impelleret. Conuenit, ubi quoties quæ potissima fuerant, non contingunt, ad proxima configurit auxilia.

Præsentem fortunam boni consule.

Τὸ ταξέρον εὖ ποιήσι.

Id est. Quod adest, boni consule. Magna enim felicitatis pars, ut sua cuiq; fortuna placeat. Affine illi. Spartam nactus es. et c.

Tullius. Quæ dantur. τὰ μὲν δίδομενοι.

Versus est poëte cuiuspiam, quod admonet quod à fortuna datur, id boni consulendum esse.

Theocri. Præsentē mulge, quid fugientē insequeris?

Τῶν πρέσσων ἀμελγε, τί τὸ φεύγοντα διώκεις.

Id est. Præsentem mulgeto, quid insequeris fugientē? Præsens lucrum non omittendum sive commodorum.

Quod adest, boni consule.

Oportet boni consulere, quicquid à fortuna conceditur, iuxta Homerum.

Hospes sume cibum, et quorum data copia, lætu his Pasce animum, nā fors dabit hec, rursum illa negabit. Utq; est animo lubitum, ualeat omnia quippe.

Extrema linea.

Quod in quaq; re postremum est, extremam lineam appellabant. Ita Terentianus Phedria. Postremo extrema linea amare non nihil est.

PRUDEN-

A fronte simul & occipitio oculatus.

Cum indicabimus admirabilem rerum omnium cognitionem, aut singularem prudentiam quæ constat non præsentium modo scientia, sed et memoria præteritorum, et futurorum præficiencia, recte uersum hunc usurpabimus. Vergi. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur.

Iōv. & Ἀλκ. i. Alter Janus.

Quadrabit uel in prouidum, ac circumspectū, uel in incipitem et perfidum. Persius. O Iane à tergo cui nulla ciconia pinsit. Sumptum à Iano bifronte.

Ανδρῶς θελης. i. Homo Thales.

Ironia proverbalis in stultum, qui sapiens haberis studeat. Fuit enī Thales unus è septē Greciæ sapientibus.

Acetum habet in pectore.

Plautus. Ecquid habet acetū in pectore? pro eo quod est. Num sapit? num quid habet astutie? Nam ut falsa, itidem et acida, palatum iuuant, aciuntq;, et irritant stomachum.

Επόλμω τύνασσω. i. In holmo cubabo.

Dicebatur ab ijs, qui se quippiam diuinationis cognitum ire minitabantur. Nam ὄλμοι quidam uatem interpretantur. Alij tripodes Apollinis holmos appellatos fuisse. Tradit autem Aristophanes Grammaticus citante Zenodoto, eos qui holmis indormissent, repetere diuinandi spiritum concipere.

Perendinum ventum prædiscere.

Τὸν τριπόδον ἄνεμοι προγνώσκου.

Id est, Perendinum uentum præscire dicuntur, qui coniecturis, quod uulgo post euenturum sit, colligunt. Sumptum à nautis, aut negociatoribus.

Αμυρις μαχίτου. i. Amyris insanit.

Zenodot.

Quare

## PRUDENTIA SENILIS.

Quare recte utemur, ubi quis sub insani e prætextu rebus suis consulit. Natum ab huiusmodi historia. Cum Sybaritæ florere opibus, quendam Delphos emandarunt, qui de rerum suarum successu sciscitaretur oraculum. Responsum est cuertendam sybaritarum fortunam, ubi plus honoris habere coepissent hominibus, quam dijs. Quod simul cum confixeret Amyris, collectis rebus suis, in Poloponesum demigravit, reliquis interim Sybaritis hominem uelut insanum ridentibus. Postea idem ob fictam insaniam miraculo fuit, et proverbio locum fecit.

Plutarch.

Non pluit. &c.

Plutarchus refert hunc uersiculū proverbio iactatū. Μηκέτι υπήκοος ὑψηλὴ μετά τέκη ἀγροτέρεσ τούς. id est. Iam non nocte pluit, qua sus foetum edid agrestis. Si quis significare uelit exacto uere, aut autumno serenitatem fore.

Plutarch.

O λίστι Θεο πρύλις. i. Lesbius Prylis.

Plutarchus tradit hoc proverbum per similitudinem sumptum. Prylim enim fuisse Mercurij filium, ac diuinandi peritum indicat.

Probus

Aemy.

Timidi miserter non flet.

In bello qui contemnunt hostem, nihilq; metuendum ducunt quoniam sibi parum cauent, ferè percunt, et matribus luctum adferunt cum orbitate.

## PRUDENTIA Senilis.

πολλῶμ πανηγύρεων οἰδε βαλάνων ἔφαγε. i. Multorum festorū iouis glādes conedit De senecte, longoq; plurimarum rerum usu docto, quasi dicas. Multas uixit Olympiadā.

Annosa vulpes haud capitur laqueo.  
Γέρων

Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἀλίσκεται πάγιον.

Id est, *vulpes anus laqueis capi haud ullis potest. Di-*  
*cendus in eum, qui longa aetate multaque rerum experie-*  
*tia callidior est, quam ut arte dolisque capi queat.*

ἄνονε τὸ τὰ τέος αρχεῖ τὸ τοξον.

Zenodot.

.i. Eum ausulta, cui quatuor sunt aures.

Refertur ex Aristophane. Lacedæmonios Appollinis simulachrum ita solere fingere, ut quatuor haberet au-  
 res, et manus totidem. Porro creditum est antiquitus,  
 nulla oracula fuisse certiora, quam Appollinis. Atque  
 ita monet proverbiū audiedos esse illos, qui diuturno  
 compluriū rerū usū, præcatoris sapiunt, ita ut fere fa-  
 ciunt senes. Prospectandū uetulo latrare cane, hoc est  
 nequaquam negligendū quoties senes periculum cauen-  
 dum admonent. Canes enim uetuli non latrant temere  
 quemadmodum iuuencti.

Anus subsultans multum excitat pulueris.  
 In eos dici solitum, qui ob rerum experientiam, mul-  
 tum negociorum aggredentur.

Aetate prudentiores reddimur.

Si quando negabimus nobis eadem probari iam natu-  
 gradioribus, quæ quondam ob aetatis inscitiam arriserunt  
 sed usū rerū aucta prudentia, congruet illud Homeri.

Eram adhuc puer, ast ubi iam sum

Grandior, et reddit me aliorum oratio doctum,  
 Ipseque grandescit mihi animus.

Sine cortice nabis,

Qui iam per aetatem non carent custode morū. Hora.  
 Simul ac induruit aetas Membra animumque tuum,  
 nabis sine cortice. Metaphora sumpta a iuuenibus  
 qui cum primitus natura discunt, corticibus aut subcu-  
 ribus uentri subligatis natant.

Homerus

Seneca

## PRUDENTIA CONIVNCTA VIRIB.

Homerus Senum prudentia.

In senem plurimarū rerum usū peritum, quicq; multa meminerit superioribus acta seculis, quadrauerit illud Home. Qui antiquaq;, multaq; norat.

Solon. Senesco semper multa addiscens.

Γηράσκω Δ αἰεὶ τῷ θάρσῳ στόματι Θ.  
Id est, Discēti assidue multa, senecta uenit. Significat aut usū uite, multaq; rerum experientia parari prudētiam. Terenti. Nunquam ita quisquā bene subducta ratione ad uitam fuit, quin res, etas, usus, semper alius quid apportet noui. Aliquid moneat, ut illa quae ceras scire, nescias: et quæ tibi putaris prima, in experiendo repudies. Senarius idē. Discipulus est prioris, posterior dies.

Homerus Moderator negotiij.

Qui scientia et autoritate sua negotium moderatur.  
Home. Ille ratem clavo scite docte regebat.

## PRUDENTIA CONIUNCTA VIRIBUS.

Homerus Consilijs simul & facto valens.

In hoīem cōfilio pariter ac virib⁹ excellentē, cōueni et illud Home. Is cuiusmodi erat seu pugna cōfilioue.

Homerus Prudentia coniuncta cum viribus.

In eum, qui norit idē et alijs imperare quid sit agendum, et ipse persequi cum est opus, iuxta Homerum. Et iuxta ductor bonus, et certamine pollens. Sunt enim qui imperatorem agere norunt, at nullitem praestare non norunt.

Homerus Imperator bonus, & idem robustus miles.  
Alexander huic carmini Homericō palmam tribuit.  
Dux bonus, ac niles præpollens viribus idem.

PVDIC\*

Ιππόλυτος μιμήσων.

Diogeni.

.i. Hyppolytum imitabor.

Diogenianus in proverbiis collectaneis ait dictum de ijs, qui statuissent pure, casteq; uiuere. Nota est fabula, quae admodum is iuuenis odio feminei gnis, Dia=ne studijs se se totū addixerit, despecto Veneris numie

Μελοενών ο ωφεονέσθρον.

.i. Melanione castior.

Aristop.

Dicebatur, qui magnopere à mulierum congregib; abhorreret. A iunt Melanionem quandam odio mu=lierum, in solitudinem demigrasse.

**P V D O R.**

Pudor in oculis. Εὑ οφθαλμοῖς ἡ αἰσθάνεται.  
Id est, In oculis pudor. Horū nos pudet, quæ in pro=patulo sunt. Aspectus enī uel incutit, uel renouat etiā pudore. Vnde sit ut pueri cum pudeſcūt oculos tegat. Hinc εγ; poëte Cupidinē, quod sit improbisimus cæcum fingunt. Eodē pertinet illud Ouidij, cū ait nocte utpote cæcam pudore uacare:

Nox, inquit, εγ; amor, uiniq; nihil moderabile suadet.

Illa pudore uacat, Liber, Amorq; metu.

Pudebat recusare, & nō audebant suscipere. Homerus  
Home. Detrectare pudor, formido subire uetabat.

Quo uti licebit, quoties icidit eiusmodi negotiū, ut aliud suadeat honestas, aliud utilitas, εγ; dedecorosum sit nō suscipere prouincia, rursum periculose suscipe.

Pudor & metus.

Cum abstinetur à re quapiam, quod ea tum in honestu factu uidetur, tum uero minime tuta, locum habebit illud Homeri. Nam pudor εγ; metus uetuit. Idē. Plures sunt salui atq; cadunt his, quis pudor adgit.

Homerus

o Verecundia

## PVNIRI PRO ALIO.

Verecundia inutilis viro egenti.

Verū hoi pudor haudquaquā conductus egeno. Ad mos  
net aut abiciendū pudorem, quoties urget necessitatis.

Báumus σερδονικόμ. i. Tinctura Sardonica.  
De colore praeclenti dicebatur, praecipue purpurea.  
Per iocum autem transfertur ad eū, qui pudebit, aut  
qui ob plagas sanguine tingitur. Sardon insula ingēs  
opposita Italiae, in qua variae purpurarum tintur  
rē fiebant.

Aristop. βάυμας κυρικλωόμ. i. Tinctura Cyzicena.  
Dedecus non eluendum appellabatur apud Atticos.  
Dicebaturq; in eos, qui metu quippiam indecora face-  
rent. Nam Cyziceni duobus nominibus notati sunt, ti-  
miditatis & mollicici.

Vbi timor ibi & pudor.

Ιδε τέ οὐδέτερος οὐδέποτε.  
Id est, Vbi timor, ibi & pudor. Cui similis illa Teren-  
tiana. Omnes deteriores sumus licentia. Plato. Auda-  
cia uero parit impudentiam.

## PVNIRI PRO ALIO.

Tibicen vapulat.

Eubulus apud Athen. eū li. 9. ait fuisse morem si quid  
peccasset coquis, tibicinē solere vapulare. Phillyllius  
apud eundem.

Οτιδηρτύχη μάγης οδικήσας τὸν  
αὐλακτίνη λαβεῖς πληγὰς. id est.  
Quidq; d coqu⁹ Peccauerit, tibicē accipe solet Plagi⁹.  
Nullus homo leso indemnus evasit coquo.

RAPA

A mortuo tributum exigere.

Από νεκρῷ φορολογῆμ. id est.

Aristote.



Mortuo tributum exigere, dicebātur, qui per fas nefasq; diuitias undecunq; congerunt. Aristoteles dicit, vel a defuncto uestigal aufert, ostēdens dici solitū in eos, qui turpiter undecunq; lucrū aucuparentur à rebus minutis ac sordidis, ueluti Vespasianus ē lotio, aut ē turpib⁹, uelut ē lenocinio, quaestuq; corporis, aut cū à quibuslibet extorquetur, ab amicis, à tenuibus, à mēdiciis, postremo uel ab ipsis mortuis. Nota hic in foene Nota. ratores Christianos.

Exigit & a statuis farinas.

Αἴτει γέ οὐκ τοὺς ἀνθρακεύτας ἀλλά τις.

Id est, Sane cibum & signis ab ipsis exigit. In cū dicendum, qui nullius misertus, undecunq; quod potest auellit, uel ab ipsis mortuorum statuis. Competit in principes expilatores plebis. Aut in auaros sacerdotes apud quos ne sepulchrum quidē gratis conceditur.

Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Vlpianus Nam inhumanū à nemine accipere, sed paſsim uiliſſimum est, et omnia, auariſſimum.

Lucri bonus est odor ex re qualibet. Iuucnalis Faceta quidem, sed tamen pestilens illa uox Vespasiani, qui cū ex lotio uestigal faceret, homa turpiter audiuit, superque eo facto à filio admoneretur: quod ē rem tam putida, lucrum faceret, paulo post collectam pecuniam, filij naribus admouit, rogauitq; ecquid illa pueret: Iuuenca. Lucri bonus es odor ex re Qualibet.

O.2. Ennius

## R A P A C I T A S.

Zenodot. Enni. Vnde habeas, curat nemo, sed oportet habere.  
Mendici pera non impletur.

Πτωχὸς πηροῦ πίμωλατοι.

Id est, Mendici pera no*n* impletur. Sensus per se liquet  
nempe inplebilem esse mendicitatem.

Mendicorum loculi semper inanes.

Πτωχῶμενοὶ ἀεὶ κένοι.

Id est, Mendicantium sacculi semper inanes. De petis  
cibus dictum & insatiabilibus.

Aristop. Larus. Κέωφος λάρος.

Id est, Cephus Larus. In garrulum ac uerordē dice-  
batur, prae*cipue* qui cuiusvis rei cupiditate deceptus  
capitur. Ab auis ingenio ductū, quam spuma marina  
gaudere tradunt. Proinde congruet & in obsonato-  
res, quod Larus auis piscium sit appetens.

Suidas. Vna cum ipsis manipulis. Αὐγαῖς αμάλος.  
Id est. Cum ipsis manipulis. Cum omnia funditus pe-  
reunt, hoc est, cum ne gluma quidem sit reliquū. Pro-  
uerbiū à rusticis natum.

Plautus. Cum puluisculo.

Cum omnia sic tolluntur, ut ne puluis quidem sit reli-  
qui. Eodem pertinet Euangelicum illud, quo iubentur  
etiam puluerem excutere Apostoli, id est, ne minimum  
quidem ab eis auferre secum. Plautus. Conuerret hic  
iam me totum, cum puluisculo.

Κέρδος αἰσχύνης αὐτονόμη.

.i. Lucrum pudori præstat.

Plautus in Pseu. Nimis illud, quod pudet facilius fer-  
tur, quā illud quod piget. Idē. Pol pudere, quam pig-  
re, præstat totidem literis. Sententia bono viro indi-  
gna. Alioqui longe satius rei iacturam, quā fama di-  
spendit accipere. Quin & hodie uulgato prouer-  
bio iubent

bio iubent ualere pudorem, ubi de pecuniaria re agitur. Plutarch. Opinionē spernito iusti, ac uirū. Quid uis agentem sequere, cum spes est lucri. Sopho. Dulce est lucrum, profectum & a mendacijs.

Fest. Pōp.

## Manticulari.

Fest. Pō. ostendit poētas hoc uerbo manticulari usos, profūcū facere, ac subdole agere. Citatq; Pacuviiū ita loquentem. Ad manticulandum astu aggreditur. Trāctum autumant à manticulis, quas fures attrectare solent, nimurum quo furentur. Evidem magis arbitror hinc sumptā metaphoram, quod qui in conuiuio dissimulant mantilibus tegunt faciem, uelut extergentes.

Vnde Hora. Mappa compessere risum. Plautus item in Captiui duo, propallio, latebraq; posuit, qua dolus tegi possit. Nec mendacijs subdolis mihi usquam mantellum est meis. Nec sycophantijs; nec fucis ullū mantellum obuium est.

Horatius

## Charybdis, Barathrum.

Cum hominem maiorem in modum edacem, bibacem, aut rapacem, helluonē Charybdim, aut Barathrū uocamus. Horatius de lurcone quodam. Ingluies & tēpestas, Barathrumq; macelli.

Μεγαρικοῦ στίχου. Megaricæ sphinges Diogen. In scorta quedā uulgas olim appellabat. Eo quod Megarenium mores improbi, fictiq; & populari conuictio quondam notati fuerint: siue quod apud eos nutrix sphinx appelletur.

Boni pastoris est tundere pecus non de. Suetonius glubere.

Hodieq; uulgo celebratum durat, ubi quis est exactor durior, atq; instantior. Quid? Nam ex pelle uis: Quasi conueniat lana contentum esse. Tondet igitur

0.3. qui ita

## R A P A C I T A S.

qui ita spoliant, ut sortem relinquant unde res possit crescere. Deglubunt, qui nihil reliqui faciunt. Nam lana detonsa renascitur. Cuite detracta nihil est quod deinde possis auferre. Alexander Macedonum rex, cognomento magnus, sententiam eandem diuersa extulit metaphora. Cum enim quidam admonerent, longe plus uectigalium à ciuitatibus auferri posse, respōdit ad hunc modum. Et olitorem odi, qui radicitus herbas excidat. Item apud Latinos, radicitus, stirpiū tenus, à stirpe, ab ima stirpe, proverbia sunt.

Canis circum intestina. Κύωπ παρεγένετοισι.  
Id est, Canis iuxta intestina. Dicebatur ubi quis eas res, quarum esset cupientissimus propositas conficeret, quibus tamen frui non liceret. Canes enim oberrat circum intestina, deuoraturi, nisi fustem timeret. Suidas accommodat illi res inutiles, et insuaves.

Plutarch.

Απωγεγμοντοισι.

id est.

Rapina cotytijs.

Cotytia festum quoddam erat apud Siculos, in quibus ex more placentule quepiam et arborum foetus ramis alligabantur, eaq; diripiēda proponebantur. Dici solitum de bonis temere profussis, direptisq;

Ne a chytropode cibum nondum sacrificatum rapias.

Indicat Mar. Tullius irreligiosum fuisse, cibum ē patella edere. Scribit enim ad hunc modum libro de finibus. 2. At qui reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut edant de patella: deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant, ut ex Hymnide: Mihī sex menses satis sunt uitæ, septimum orco spondeo. In genere poterit accommodari ad quēuis, qui negotiū irreuerenter, et illotis, ut aiunt pedibus aggreditur. Persępc

Persæpe sacra haud sacrificata deuorat. *Athenæus*

*Ἄντεται δὲ τὸ πολλάκις κατορθόντι.*

Id est, Persæpe sacra haud immolata deuorat. Senarius est apud Athenæum libro. 4. Simonidis in mulierem quandam male moratam ex audiam in conuiuijs. Concinne dicetur in eos, qui uentris impulsu, statim ad deuorandas epulas irrumpunt, non expetatis cere monijs, ex elegantiolis illis, quibus ciuiles utuntur. Ductum à victimis, quas fas non erat contingere, nisi miseris peractis.

*Γυπτὸς στοιχία. i. Vulturis umbra.*

*Diogenes.*

De nullius precij homine dicebatur, Refertur à Diogeniano. Mihi magis quadrare uidetur in hæredipetas, aut alioqui rapaces, inhiantesq; præda. Respondet illi. Si uultur es cadauer expecta.

Voracior purpura.

*Athenæus*

*Τὸ λιχνότερο τὸ μὲν πορφυρᾶμ.*

Id est, Edaciora purpuris. Idq; ductum existimat, à tintia purpura, quæ omnia quibus admota fuerit uelut ad se rapit, suoq; colore res uicinas inficit: uel ab animante ipso, quod quidquid nactum fuerit, retinet ac deuorat. Conuenet in edaces, aut in eos, qui omnia in suum compendium uertunt. Fortasse durius, sed non ineleganter accommodabitur ad reges Διημούρογous, qui purpurati omnia conuerrunt in fiscū suum, ex quoq; se conferunt, abradūt aliquid. Tale quidam cogitasse uidentur poëtæ, qui Midā finxerunt contaciu corporis, omnia uertentem in aurum.

Nouit hæc Pylæa & Tytygias.

*Zenodot.*

*Οἶδε περὶ πυλαῖς τοῦτα οὐχὶ τυττυγίας;*

Id est. Hæc ex Pylæa nouit ex Tytygias. Hoc uelut enigmate ueteres innuebant, opes malis artibus

9.4. quæfitas.

## R A P A C I T A S.

quaesitas. Tytygias plagarius quispiā fuit, qui seruos & res alienas, quas furto sustulerat in Pylea, is est Arcadiæ locus, uenitare consueuit, atque hoc questu diues euasit.

Aristop. Αδελφάγος ἄρμα, i. Edax currus.

In glutones & uoraces dicebatur, propterea quod currus multum absunt unguinis siue ceromatis, siue quod sumptuosa res sit, equos & currus alere. Venustius redditur, si deflexeris ad animi uitia, uel cupiditates inexplebiles esse, cum naturæ usus per pauca postulet.

Iuuinalis Laudant ut pueri pauonem.

Iuuinalis scripsit in auaros, qui carmina laudant dū taxat, nihil autem largiuntur poëtae.

Didicit laudator auarus

Tantum admirari, tantum laudare disertos,

Vt pueri Iunonis auctem. Idem alibi.

Probitas laudatur & alget.

Diogeni. Atticus moriens porrigit manum.

Αττικός ὑπέχει τῷ χεῖρᾳ καὶ ποθνήσκων.

Id est. Atticus porrigit manum, etiam cum moritur. Huic adagio locum fecit Atheniensium in muneribus captandis, & auncupandis lucris insatiata cupiditas.

Pamphili vindicatio.

παυείλς νοσούσμος.

Id est, Pamphili sublatio. Pamphilus hic ueteris coœdie cōitijs notatus est, quod ararium expilasset.

Vergilius Non curat numerum lupus.

Verg. Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum

Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Recte dicetur in hominem impudenter furacem.

Αργεῖοι φῶες, i. Argui fures.

De palā

De palam improbis. Nam Argui furacitatis infamia laborabant. Latini eos etiam appellant Lauerniones, a dea quadam.

Vorare hamum.

Nec minus elegans illud in Curculione: Meus est, hamum uorat. De lenone, cui fraus intendebatur, epistola, qua decipiendus erat, lecturiente.

Polypi.

Olim dicebantur uel stupidi stolidi, uel rapaces, ex uncis unguibus hoies. Siquidē ob eam causam Polypo stultitia tribuunt, qd ad manū captatis ultro mouetur, nec aliter capitur, nisi quod non cedat.

Athene?

Ημερόκοιτος.

Vulgari ioco fures dicti uidentur Ημερόκοιτοι, quod interdiu dormiant, noctu uigilent. Hesiodus:

Ne solitus dormire die tua tollere posset.

Apte torquebitur in tollionem ex furacem.

Candidum linum lucri causa ducis.

Diogenia.

Λευκώλενον λινον κρδωγαμένον.

Id est, Candidulum linum ob lucrum ducis uxorem.

In eum quadrat, qui dotis causa dicit uel deformē, uel anum. Porro linum uocat uxorem, uel quod apud ueteres solē mulieres lineis uterentur: uel quod uiro aliquet ligetur matrimonio, ex libera esse desinat. Nam Graeci linon pro uinculo usurpant.

Nutricum more male.

Plutarch.

Καθώσασθαι αὶ τίθαι γε σιτίζεσθαι.

Id est, Pascis profecto more nutricū male. Conueniet igitur in eos, qui de lucro paululū aliquid impertinent socijs. Aut qd sic facultates alienas administrant, ut maximam partem in suos conuertant usus. Id quod hoc tutorum uulgas facilitat.

0.5. Pecunia

R A P A C I T A S.

**Plutarch.** Pecuniarum cupiditas Spartam capiet, præterea nihil. ΑΘΕΛΟΔΗΜΑΤΙΑ οὐάγταρ  
ελοι, ἀλλασσε οὐδέπο, id est,

Vna fames auri Spartam capiet, subigetq;. Præterea nihil. De ijs, qui sola pecunia possunt expugnari, alioquin iniusti. Natū ad iugum ab oraculo, quo responsum est, tum demū uincendos esse Lacedemonios, cum aurum & argentū in precio coepérint habere.

**Zenodot.** ΑΠΛΗΣΟΣ τις Θ. i. Inexplorable dolium.

Plautus: in pertusum n̄ gerimus dolii, operā ludimus. Cōpetet etiū ī hōies pr̄eter modū profusos. Cōgruit etiam in auaros, quorū cupiditatibus nihil est satis. Zenodus etiam tartarū ipsum inexplorable dolium putat.

Λάρος κεχήνως. i. Larus hians.

Dicebatur, ubi quis audius inhibaret præde. Est enim Larus auis audita, uoraxq;.

**Plautus.** Λάρραξ αλήσις. i. Labrax Milesius.

In stolidū & audum dicebatur. Labrax est pīscis genus lato oris rictu, unde escā totam una cū ære, fauces corripit, atq; ob id facile capitur. Vnde apud Plautum lenoni Labracis nomen. Aristote. hūc annumerat inter eos, qui præda, larvatuq; uiuunt. Apud Miletum autē Asia ciuitatē prægrādes, et itē plurimi Labraces esse dicuntur. Latine, ut quidā putant, Lupus dicitur.

**Cratinus.** Buthus obambulat. ΒΟΥΘΟΣ πριφοιτά.

Id est, Buthus oberrat. De leuibus ac stolidis dicebatur. A moribus Buthi cuiusdam athletæ. Etiam uidetur dici posse in edaces, hoc est, Βουφάγους.

Serpens nisi edat serpentem, draco non fiet ΟΓΙΣ ή μὴ φάγη ὁ θερ, οὐ γενήσεται Id est, Serpens nisi serpentem edat, non futurus est draco. Potentes aliorum dannis crescent, & optimatum foro

tum fortuna nō instantum augerentur, nisi essent quos exugerent. Quemadmodum inter pisces et beluae, maiores uiuunt laniatu minorum.

## RARITAS.

Φοίνικας των αὐτών περ. i. Phoenice rario. De rebus aut etiam hominibus inuentu perquam raris Natum adagiū à fabula Phoenicis auis, de qua Plinius libro decimo cap. secundo.

Vbi per harma fulgurarit.

Strabo.

Οπότε δ' ορμοστὸς ἀσφάπτε, id est,  
Vbi per harma fulgurat. De his, que nimis cunctanter  
ac sero, aut admodū raro fiunt: aut cū nimis anxie ac  
superstitiose captatur rei gerēdæ oportunitas. Strabo  
unde natum sit adagiū indicat, scribens uicū quendā  
esse desertū atq; infrequentē apud Mycaletū Bœotiae,  
quæ harma, id est, currum nominant. Vel hinc nata pa-  
rœmia: Vbi per harma fulgurat, uidelicet Pythicis ua-  
tibus fulgur aliquod certum, quod ex eo loco ueniret,  
obseruantibus, eoq; uiso sacra Delphos mittentibus.

Lac gallinaceum. Οερίθωρ γάλα. i. Aristop.  
Gallinariū lac. Dicitur in opulētos, et qbus: quiduis re-  
vū suppeditat. Aut de raris inuētu, atq; ob id preciosis

Rara auis. Persius.  
Dicebatur res quævis noua et inuentu perrara. Persi?  
Si forte quid aptius exit, Quando haec rara auis est.  
Iuuenalil: Rara auis in terris nigroq; simillima cygno:  
Coruo quoq; rario albo. Vnde illud Aristop.  
Quæ est haec auis? De hospite et ignoto.

Αλυκὸς οερίς. i. Alba auis.  
Pro re noua atque inauspicata. De albæ gallinæ filio  
dictum est alibi,

Γλαύς

## R E F V G I V M.

**Perottus.** Γλωκιζόρ ωρ. i. Noctuinum ouum.

Sunt qui negent noctuinum ouum inueniri. Proverbium itaque quadrabit uel in hominem nibili nulliusque frugis, uel in rem caram inuentu.

**Velut in cratere.**

Ωνδρός γένος κρατήσει Θλογησίω.

Id est, *Velut in cratere philotesio*. Qua significabimus res antea turbulentas componi sedarique; et prius inter se se inimicos in gratiam redigi. Dicitur autem crater philotesius, quem in coniuijs porrigit alijs alij seu amicitiae symbolum ac pignus.

## R E F V G I V M.

**Abdera pulchra Teiorum colonia.**

Strabo libro Geo. 14. tradit Teios cum Persarū contumelias ferre non possente, urbe relicta, Abdera Thracum urbē denigrasse. Atque hinc illud uulgatum fuisse: Αβδηρας καθά τηιώμ απωνιόν. Id est, Abdera pulchra Teium colonia. Hoc enigmate significamus, non deesse quo configitamus, si quis praeter modum perget esse molestus. Laudantur et ab Herodoto Teis, quod relicta patria, libertatem seruarint.

## R E P E L L E N T I S.

**Aliam querum excute.**

Αλιάν δ' πυρ βαλάνιζε.

Id est, Aliam querum excute. In eos conuenit, qui sine fine petunt aliquid: aut qui continenter ab eodem mutuum postulant. Hos hoc adagio licebit allegare, ut non omissemus, aliorum aures suis precibus sollicitent. Paroemiam hinc natā putane, quod olim mortales glandibus uictitabant, Cereris usu nondum reperto.

Tollat

Tollat te, qui non nouit.

Quintili.

Sic uius dolos iā non ignotos esse nobis significabimus: neq; post hac posse ab illo falli, concinne dicemus. Dicitur de homine in aquam lapsō, ut alleuaretur rogati. Hec Fabij uerba alioqui subobscura, uelut interpreta tur Horatius in epistolis, agens de scurra Plano, q; spō te sua sāpe cadens, tanquā crure fracto, miscrādis uocibus prætereuntes implorabat, ut humo tolleretur. Peregrinus aut̄ quispia ac dcli ignarus, si quando allaturus accessisset, à scurra ludibrio habebatur. Verū ubi illius simulatio pleriq; innotuisset, isq; aliqui uera crure fracto tolli precaretur: nemo subuenit, oībus Pla num solitos agere lusus arbitrātibus. Nimirū cuenerat hoī, qd Aristotelē dixisse ferunt, q; rogatus, quidnam lucrifacerent mendaces, hoc, inquit, ut nec uera dicentes habeatur fides. Est autē dictio Græca πλάνη significatq; tum erronem, tum impostorem.

## R I G O R.

Summum ius, summa iniuria.

Cicero.

Hoc est, Tum maxime disceditur ab æquitate, cū maxime superstitiose hæretur legum literis. Id enī summum ius appellant, cum de uerbis iuris contenditur, neq; spectatur quid senserit is, qui scripsit. Columella primo rei rusticæ libro: Nec sane est umdicandum nobis, quicquid licet. Nam summum ius antiqui, summam putabant crucem.

Ad viuum resecare.

Idem.

M. Tullius libro de amicitia ad uiuum resecare dixit, pro eo quod est, rē exactius quam sat est, ac morosius excutere. Mutuo sumpta metaphora a tonsoribus, capillos aut ungues resecantibus.

Radit usq;

# R I S V S.

Sophocles Radit usq; ad cutem. εὐεſτὶν ἡ ρίζη.

Id est, Ad cutem usq; radit. De eo dicebatur, q̄ nimirū  
exacte uideretur agere cum aliquo.

# R I S V S.

ρέλως ιωνικὸς .i. Ritus Ionicus:

In molles et uoluptarios dicitur. Nam Ionum molli-  
cies perinde ut Sybaritarū fastis, in prouerbiū abiit,  
quod alteri Graecorum, alteri barbarorū essent luxu-  
riosissimi. Tyrius Maximus in dissertatione, cui titu-  
lus, quis sit philosophie finis: Crotoniates, inquit,  
olympicum oleastrum adamat, Spartiates armaturam,  
uenationes Cretenses, luxum Sybarites, Ion choros.  
Hinc Hora in Odis: Motus doceri gaudet Ionicos,  
Matura uirgo, lasciuas saltationes, et patū decoras ge-  
sticulationes significans.

ρέλως μεγαρικὸς .i. Ritus Megaricus.

In eos dicendū qui parū intempestiuter iocātur, quiq;:  
quod uetat Quintilianus, malunt aliquoties amicum q̄  
dictū perdere. Aut quorū artes iā in contemptū abie-  
runt, successione maiorū artificū obscuratae. Neq; ma-  
le quadrabit in senes, q̄ etate aliena, lusos quosdā inde-  
coros ac uoluptateis iuueniles turpiter conjectuantur.

Diogenia. ρέλως χίος .i. Ritus Chius.

De molli lasciuoq; lusu. Quandoquidem et Chiorum  
mores taxauit uetus comœdia.

Σαρδώνιος γέλως .i. Sardonius ritus

De risu ficto aut amarulento, aut insano deniq;. Zenos  
datus citat gentem esse quandam Carthaginensiu colo-  
niam, que Sardonem regionem inhabitet: ei morē esse,  
senes septuagesimum prætergressos annum, Saturno  
sacrificare, ridentes interim, ac mutuo se se cōplexan-  
tes. Num

tes. Nam turpe ducebant, in funere aut eiulatum adere; aut lachrymas profundere. Hinc ad simulatum risum Sardonium uocari coepit.

Aiacis risus. Αἰακταὶ γέλως.

Id est, Aiacinus risus. In eos, qui temere ac uecorditer rident. Id quod apposite dicetur in homines mortis= ris uoluptatibus gaudentes, breui perituros: aut q̄ ma= les factus gaudent, mox poenas daturi. Adagiu natū est ex historia Aiacis. Is adeo grauter tulisse legitur V= lyssem sibi prælatū in capeſſenda ſucceſſione armorū Achillis, ut præ dolore i insaniā uerſus fit. Deinde poſtequam reſipuerit, partim pudore, partim metu ſibi morte conſcinit. Nec intempeſtiuiter torquebitur in eos, quibus riſus oboritur, nulla de cauſa.

Αχειογέλως.

Prouerbiali noueq; composito uerbo dicebatur nuga= tor, quiq; rebus ineptis oblectaretur.

Ρέλως συγκρόσι. i. Risus syncrusius.

Riſum effuſiorē Græci συγκρόσιον uocant, q; hoīem Quatiat, quem eundē quidā existimant Sardonium eſſe.

Μωρότερος μελιτίδης. i. Sultior Melitide. Zenodot. Melitides unus eſt ē felicissimis illis fatuis, quos Ho= merus ſuo carmine nobilitauit.

Emori riſu.

Teretius.

Emori riſu, deſfluere riſu, pro uehementer ridere.

## R I X O S V. S.

Rhodijs ſacrificium. Ρόδιοι τὴν δυσιάν. Diogenia. Id eſt, Rhodiēſes ſacrificiū. Vbi res iurgijs ex uerbiſ male ominiatis peragitur. Refertur à Diogeniano.

Insana laurus adelt.

Plinius.

Plinius libro decimoſexto, capit. 45. In eodem, inquit, tractu

R I X O S V S.

tractu portus Amyci est Bebryce rege intersecto clas-  
rus. Eius tumulus à supremo die lauro tegitur, quam  
insanam uocant: quoniam si quid ex ea decerptum in-  
feratur nauibus, iurgia fiant, donec abiiciatur. Itaque  
quadrabit in hominem rixarum autorem.

**Lactatius** Lindij sacrum. Λινδίου τοῦ δυτίου.

Id est, Lindij sacrum, subaudi, faciunt. Dicebatur in  
eos, qui inauspicato rem diuinam faciebant. Sumptum  
ab historia, cuius meminit etiam Lactantius. Hercules  
olim agricole cuidam Lindio duos boues per uim eri-  
puit: ex mactatis illis, conuiuiū sibi parauit. Senex au-  
tem Herculi comedenti, cū multa in eum maledicta co-  
gereret, uoluptati pariter ex risu fuit: ita ut Hercule  
dixisse ferant, nullum unquam conuiuum sibi iucun-  
dius accidisse. Adagium ad multos usus accommo-  
dari poterit, uel ad rixosum conuiuiū, uel ad rē quam-  
piam malis omnibus institutam.

Litem mouebit, si vel asinus canem mo-  
morderit.

Quadrabit in eos, qui de re quantumuis exiguā lītē su-  
scitant. Natum uidetur ab euentu quopiam.

**Diogenia.** Εργάσεων πῶ. i. Eretiensium Rho.

Vbi quis crebrius ex asperius cā literā sonaret. Quo  
nomine nunc male audiunt apud Gallos Picardi.

**Hierony.** Canina facundia.

A rixa canum, ex oblatratu sumpto epitheto.

**Homerus** Litem incipere.

In eum, qui iam prouocatus aggreditur conuitijs ag-  
re, congruet illud Homeri:

Hastam corripuit robustam cuspide acuta.

Cui diuersum illud: Hastam abiecit.

Ne allia commedas & fabas.

Ινοε μὴ φάγῃ σκόρδοντα, μηδὲ κυάμενον.  
Id est, Ne edas allia et fabas, pro eo quod est, ne bela-  
lis neve in iudicis adfisis. Nam in bellum inferebantur  
allia commeatus militaris. In iudiciis fabas esitabant,  
ne obdormiscerent.

Πτολεμαῖς ἡ δίκη .i. Ptolemaica lis. Diogenia.

Diogenianus indicat dici solitū in litiū audios. Anus  
quepiā fuit Ptolemais, quæ quoad uixit, lites agitabat.

Συρβείωνος χοφός .i. Syrbenæ chorus.

De choreis incompositis ac tumultuosis olim dictita-  
tum. Nam σύρβαι quidam uocem existimant, qua sus-  
bulci erga sues utantur. Ducta uidetur metaphora à  
diffono illo porcorum grūnitu. Non intempestiue di-  
cetur in hoīes inter se discordes et querulos.

Vltra Hyperbolum.

Υπέρ τὸν ὑπέρβολον, id est,

Plutarch.

Vincit Hyperbolum. Hyperbolus quispiam erat, mi-  
rum in modum appetens litium. Vnde conuenit in  
eos, qui simili laborant morbo. Aristophanes preter  
alia scribit et hoc de Hyperbolo: improbus uirū, atq;  
ciuem uapam acidumq; Hyperbolum.

Tetigit lapidem a cane morsum.

Plinius.

Plinius libro. 20. capite quinto, de ueneno rabidi canis  
agens: Tanta, inquit, uis mali est, ut urina quoq; calca-  
ta rabiosi canis noceat, maxime hulcus habentibus.  
Remedium est finum caballinum, aspersum aceto, et  
calefactum in uino appositum. Minus hoc miretur,  
qui cogitet lapidem a cane morsum, usque in prouer-  
biū discordie uenisse. Hactenus Plinius. Cuius uer-  
bis coniūcere licet, uulgo creditum fuisse, si quis lapi-  
dem a cane morsum contigisset aut calcasset, eum ira-  
cundiorem euadere, et ad diffidia propensum.

p SALV-

## SALVBRITAS.

Zenodot. Κρότων<sup>Θ</sup> ὑγίεστος .i. Crotone salubrius



E RE nequaquam noxia , sed unde  
quaq; salutifera. Zenodotus ab ani-  
mante sumptam paroemā existimat.  
Est enim Croton musce genus.

Suidas.

Cucurbita sanior.

ΚΟΛΟΚΑΤΗΣ ὑγίεσθ<sup>Θ</sup>.

Id est, Cucurbita salubrior. Inde natū:uel q; cucurbita  
ta non facile lēditur aēris uitio, propter crustum, quo  
tegitur : uel quod ea uarijs remedijis efficax esse per-  
hibeatur.

Plautus.

Valere pancratice.

Plautus dixit pro eo quod est, firma esse ualitudine.  
Nam in Pancratistis robur corporis potissimum spes  
stabatur. Pro eodem dixit, Valere athletice, Valere  
pugilice, Valere Basilice.

Iuuenalis

Sanior est pisce.

Nam ad eum modum hodieq; uulgo loquuntur. Tam  
sanus es q; piscis. Id inde sumptū est, quod creditū est  
pisces non sentire morbos.

Plutarch.

Tria saluberrima.

Apud Plutarchum uidetur ex hoc prouerbio fuisse  
iactatum. Sed pr̄estat ipsius uerba transcribere.  
Vnde optime dictum est, uesci citra saturitatem, non  
refugere laborem, naturae semen conseruare, esse sa-  
luberrima.

## SCVRILITAS.

Athenae<sup>9</sup>. Αὐτὸν τὴν ἐχήκοντος ἔχομαι, id est,

A sexaginta viris venio.

Athenienses mire delectabātur ijs, q̄risum dictis aut fa-  
ctis mouere norūt, adeo ut ad hoc in diomeo , aut herie  
eleo sexta

clero sexaginta conuenirent, qui in ciuitate nominabantur sexaginta uiri, quemadmodum nos dicimus duuum uiros, trium uiros et decemu uiros, magistratum significantes, ut si quid ridicule dictum esset, uulgo ita loquerentur: Sexaginta uiri hoc dixerunt. Poterit per ironiam dici in dictum illepidum et agreste, dictum sexaginta uiris dignum, aut in stulte dicacem: hic nobis uenit a sexaginta uiris.

## SECVNDAE experientiae

Posterioribus melioribus.

Inter Græcanicas parœmias refertur:

$\Delta\theta\sigma\tau\epsilon\rho\omega\rho\alpha\mu\epsilon\nu\omega\rho$ , id est,

Alteris melioribus. Quo significabant ea, que prima experientia parum bene successerant, secunda non unquam commodius euenire, et prioris consilij erratum posteriore consilio corrigi.

Danda venia lapso.

Qui dicet aliquando dandam ueniam, si quid erratum sit per incuriam, neq; enim hois esse, ut semper exactam præstet diligentiam, usurpabit illud Homeri: Haud quaquam fieri potis est, ut per uigil usq;  
Mortalis duret.

Homerus

Destitutis ventis, remos adhibe.

Quum res non succedit ut uolumus, ad alia præsidia configiendum est: aut quum fortuna est aduersa, tum magis adlaborandum.

Hermola.

## SECVRITATIS & tutæ rei.

In tranquillo est.

Teretius.

Qui te in scopulum è tranquillo auferat. Et quod alibi diximus: Ego in portu manigo.

p. 2.

In uado.

## SECVRITATIS

**Terentius.** In vado.

Terentius : Omnis res in uado est. Vadum autem est aquæ fundus, in quo quisquis constiterit, is iam effugit periculum ne mergatur.

**Aristides.** Duabus ancoris fultus. Επὶ δυοῖν οειδεῖ.

Id est, Duabus nixus in portu sedet, subaudiendum, ancoris. De firmis et immotis, et qui tem suam probe constabilierunt. Ductum a nauibus intra portum tuto manentibus.

**Terentius.** In portu nauigare. Επ λιμήν πλέει.

Id est, in portu nauigare. Qua significamus nos iam à periculo abesse.

Vergilius:  
Nunc mihi parta quies, omnisq; in limine portus.

His Medus non insidiabitur.

**Zenodot.** Ταῦτα μηδέ οὐ φυλάξῃ.

Id est, Hec Medus non obseruabit. Cum Xerxes exercitum ad Græciam traducere pararet, ut autor est apud Zenodotum Dicæarchus, Græci desperatis rebus facultates suas absumperunt, ne multum relis quam fieret, quod hostis tolleret, ita dicentes : Hec Medus non obseruabit, eaq; uox in adagium abiit, ubi quis largius impenderet sua, ne uenirent in aliorum manus.

Ociosus esto.

Si quem iubemus curare cuticulam, negotium alijs circa futurum, accommodabimus illud Homeri :

Tute caueto

Aut dicti aut facti cruciet tua pectora cura.

Quin tranquillus edasq; bibasq; ita ut ante solebas.

Ζοίνικοι μὴ ἐπικαθίσου, id est,

**Hierony.** Chœnici ne insideas.

Interpretatur diuus Hieronymus, de uictu ne fueris sollicito

sollicitus in diem crastinum. Est enim Chœnix demens et cibus diurnus. Plutarchus autem longe diuersus, puta, non indulgendum ocio, sed industria prospiciendum uictū, ne desit in posterum.

Thymbra uictitans. Θυμβραφάγοι.

Id est, Thymbra uictitantes, adagio dicebantur, uel qui tutius ac liberius uitam agerent, uel qui moribus esse parum blandis, uel qui hilariter citraq; sollicitudinem paruo contenti uiuerent, quod Thymbra herba genus sit.

Rem factam habere.

Apud Martialem legitur, Rem factam habere, pro eo quod est, certam et indubitatam. Siquidem promissa parum certa sunt.

Martialis

Hermionis vice. Ανθ' ερμίονος.

Aristop.

Id est, Hermionis uice, puta fuero tibi, aut mea domus aut simile quippiam. Valet autem perinde quasi dicas loco asyli tibi fuero, uel instar aræ. Est Hermione templum in Peloponeso, sacrū Cereri ac Proserpine, ad quod q; confugerint, tuti sunt propter loci religionem

In terra pauperem.

Επὶ γῆ πενεδή μᾶλλον ἢ πλατοῦται τὸ λόγον  
Id est, Egere præstat in solo, quam diuitem Sulcare fluctus. Satius est paululum habere tuto, quam multum cum periculo.

Mœnia Semiramidis. τείχη σεμιράμιδος Ouidius.

Id est, Muri Semiramidis, de muris inexpugnabilibus dicebatur egregieq; munitus. Ouidius:

Vbi dicitur altam

Cocilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

In tuo regno.

Quod cuiusq; priuatum est, regnum eius dicitur.

Cicero.

p.3. In tuo

## SECURITATIS.

Plautus.

In tuo luco & fano est situm.

Apud Plautū pro eo quod est, in tua potestate, tuo arbitrio, tua tutela, tua manu. Cice. In meis castris, præstis dijsq; uersari. i. mecum facis, et pro me pugnat q; dicas.

Idem.

Intra suas præsepes.

Plautus in Cassina: Scit, si id impetrat, futurū, quod amat intra præsepeis suas, pro eo quod est, certum ac paratum. Nam quod intra septa nostra clausum sit, id tuto certoq; possidemus.

Terentius.

Aliud cura.

Cū negabis esse causam, cur aliquis aut dubitet, aut sollicitus sit exempto scrupulo. Terentius: Atqui iam repperi, aliud cura.

Perficius.

In diem viuere. Ex tempore viuere.

Est presentibus rebus contentū uiuere, atq; ex parato minime sollicitū de futuris. Que uita Græcis dicitur καθημέτρος ζιός. Et καθημόδοβιος, qui ad cū uiuere modum. Vnde et ex tempore dicere, id est, circa præmeditationem.

Plato.

Ἄστες δωτός εἰς διῆλον πλέωρ. i.

Canis tanquam Delum nauigans.

In supinum, ociosum, securum, ac uoluptarium ageret uitam dicebatur. Nam Athenis facilis ac tutia in Delum nauigatio. Vnde siebat, ut qui illuc soluerent, inter nauigandum securi, nihilq; periculi metentes canerent.

Lucianus.

Ἀποτίνονται τῷ πόδει καθεύδειν. i.

Porrectis pedibus dormire.

Vel sublatis pedibus requiesco, et supinus per ocium. Et supinitatem, negligentiam incogitantiamq; significamus. Et conserere manus in Hebreorum prouerbijis, in ignatum et c.

In dextera

In dexteram aurem.

Plinius.

Sic enī admonent medici, ut in primo somno, q̄ profun-  
diſſimus eſſe consueuit, in aurem dextram incubamus.

Cum expperecti redormire cupimus, in ſinistrā.

In vtramuis dormire aurem.

Terētius.

Est animo ocioso, ſecuro, uacuoq; eſſe.

Leporis vita. Λογώς Βίος Ζωῆ.

Plutarch.

Id eſt, Leporis uitam uiuere. Dicuntur, qui ſemper an-  
xi, trepidiq; uiuunt.

In vtrumuis dormire oculum.

Plautus.

Plautus in Pſeu. De iſthac re in oculū utrumuis con-  
quiescito. Est animo ocioso eſſe eyc.

Halcedonia ſunt apud forum.

Idem.

Plautus in Caſſina. Idem in Roenulo: Nisi mihi illam  
tam tranquillam facis, quām mare eſt olim, cū ibi hal-  
cedo pullos educat ſuos. Extat etiam in Græcorum  
commentarijs huiusmodi prouerbium:

Αλκυόνιτιδας ἡμέρας ὅγεις, id eſt,

Halcyonios agis dies, de tranquilla eſt ociosam agentia-  
bus uitam. Ab aue quadam marina ductū adagium.

Αλκηλεσμύλη Βίος i. Vita molita. Suidas.

Sive uictus, ut ita loquamur, farinatus. Suidas indicat  
adagiū uarie accipi. Quosdam uſurpare de uita pri-  
ſcorū, qui glandibus uſcabantur. Nonnullos de ijs, q  
in magna rerum, quas deſiderarent affluentia uitam  
agerent.

Equus me portat, alit rex.

Ἴππος μὲ φέρει, βοσιλεὺς μὲ τρέφει.

Horatius.

Id eſt, Me rex alit, ac me portat equus. Refertur in-  
ter Græcorum adagia, atq; addunt hinc natum: Iuuenis  
quidam ſub rege Philippo ſtipendia faciebat. Is cum  
admoneretur, ut miſionem peteret, ſeſeq; à militia  
abdicaret,

p.4.

## SECVRITATIS.

*abdicaret, negauit se facturum isto adagio.*

**Horatius:** *Rectius hoc, &*

*Splendidius multo est, equus ut me portet, alat rex.*

**Homerus**

*Εκ τούτῳ πάλοντι πόδας ἔχεις .i.*

*Extra lutum pedes habes .*

*In eos, qui molestis non inuoluuntur negotijs, unde se ne  
queant explicare, sed extra periculum constituti sunt.*

**Q.Curtius**

*Extra periculum ferox.*

*In obrectatorē clanculariū, qui corā nō ausit cōgredi*

*Home. Pugnare gnarus, uerū eminus & procul hoste*

**Diogenis.**

*Εκ ποδῶν μητριών, id est,*

*Procul a pedibus equinis.*

*Vulgo dicitur, cū significant fugiendū esse periculū.*

*Extra telorum iactum. Εξω βελών.*

*Id est, Extra telorum iactum, pro eo quod est, in tuto  
citraq; periculum.*

**Terecius.**

*Porro a Ioue atq; a fulmine.*

*Πόρρω δ' οὐ πειρασθεῖν.*

*Id est, Procul à Ioue pariter atq; à fulmine. Admonet  
non esse agendum cū præpotentibus, q; nutu possint per-  
dere, si quando libeat, maxime cū regibus ac tyramis.*

**Demosth.**

*Post principia.*

*Sumptum a bellis, in quibus summum periculū est ijs,  
qui i prima stant acie. Teren. in Eu. Tu hosce instrue  
hic ego ero post principia.*

*Non vulgari ancora nititur.*

*Significans aliquem nouis, minimeq; uulgaribus præ-  
fidijs niti.*

**Aristides**

*Quid Achiuos a turre iudicatis.*

*Dici consuevit, quoties quis pronunciat de re nō sat  
accurate considerata. Aristides in Themistocle:*

*Τί ταῦτα τὸν ἐχαιούσαν τὰ πύργα κρίνομεν,  
Id est,*

**I**d est, Quid in his Achiuos de turri iudicatis. Nec in concinne torquebitur ad eos, qui in tuto constituti, de ijs iudicant, qui in periculo uersantur. Quemadmodū faciunt y, qui in turri aut uallo sedentes, ociosi spectat praeliantes, iudicantq; ac in multis animi robur, aut consilium desiderant, quod ipsi nequaquā præstaturi forent, sim eodem discrimine uersarentur.

**Q**uasi millus cani.

Nam millus est collare canum uenaticorum, coriaceū, confixum clavis ferreis eminentibus aduersus impetū luporam. Ad hunc igitur modum, certum firmumq; præsidium significabimus.

## S E M P E R.

**Q**uoad vixero.

Quod in uita perpetuum nobis futurum intelligi uole mus, indicare licebit Vergiliū carmine.  
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

## S E N I V M Præmaturū, aut Mois

Ergini cani. Egrīs πολιοί.

**I**d est, Ergini canicies. De canicie præpropera, id est quæ ante diem legitimū accidit. Ergimus filius fuit Clymenis adolescens, præter ætatis rationem iam canus. Festiuus fiet, si per ironiam dicetur in senes iam canos, qui tamen iuuenes etiamdum haberi uelint.

Præmatura mors.

In hunc, qui præmatura morte discesserit, superstitionibus parentibus.

## S E R A POENITENTIA.

Sero sapiunt Phryges.

Cicero.

p.5.

Conuenit

## SERA POENITENTIA.

Strabo. Conuenit in eos, quos stulte factorum sero poenitet.  
Cumani sero sapiunt.

Oτέ αἰδοῦσιν οὐκ εὑρεῖσθαι.

Id est, sero sentiunt. Cumani. Id adagium refertur à Strabone Geographia libro. 13. putatq; eos uulgo male audisse, tanquam stupidos, atq; insulso, ob hanc causam, quod ducentis annis portus uestigalia exegerint, hoc nomine ut urbem adificarent, quæ dare tamen nō desierunt, cum iam urbs esset extructa. Nihil enim ueritat, quo minus dicatur eτ in illos, qui nō nisi malo suo docti parent recte monentibus.

Malo accepto stultus sapit.  
Paulo diuersius extulit Hesiodus.  
Tandem sua pena nocentem  
Consequitur, passusq; sapit tum deniq; stultus.  
Huc referendum eτ Plautinum illud in Mercatore.  
Feliciter is sapit qui alieno periculo sapit.

Sophocles Piscator ictus sapiet.

Ἐλεύθερος πληγεὶς νόον οἴστι.  
i. Piscator percussus sapiet. Idq; ferunt ab huiusmodi quodam euentu natum. Cum piscator quispiam piscibus, quos intra rete tenebat, manum admoisset, atq; à scorpio pisce feriretur, ictus, inquit, sapiā. Itaq; suo malo doctus, cavit in posterum.

Factum stultus cognoscit.

Ἐχθὲν δέ τε γίγνεται οὕτω.  
Id est, Rem peractam stultus intellexit. Itē illud Demosthenicum. Non emo tanti poenitere. Vnde perquam eleganter Fabius apud Titū Liuiū, euentū, stultorū magistrū appellat. Nec euentus doceat hoc inquiens, qui stultorum magister est, sed ratio.

Theocri. Mus picem guttans.

Mūg ūgū

Μῦες πονηταὶ τὸν γένος μὴν Θ.

*Id est. Mus nunc picem gustans. Siquidem mus impetratus, si quando in picem inciderit, aut perit, aut uix eluctatur, ac deinde periculi memor timet contingere. Non intempestive dicetur in eum, quem pœnitent experimenti.*

Post acerba prudentior.

Προστατεύει φρονιμότερον.

*Id est, Post mala prudentior.*

Sera in fundo parsimonia.

*Admonet in tempore parcendum rebus necessariis. Seneca.*

Persius Satyra. 2. Donec deceptus et expes

Ne quicquam fundo suspirat numimus in imo.

Quod dedi, datum nolle.

Plautus.

*Plautus. Inter nouam rem, inquit, uerbum usurpabo uetus. Quod dedi, non datum uellem. Significat se pœnitere quod puellæ fecerit copiam.*

Satius est recurrere, quam male currere.

*Præstat mutare consiliū in melius, quam in male institutis pergere. Lucia. Visum est tandem, iuxta uulgi sermonem. Potius recurrere, atq; currere perperam.*

Optimum aliena infania frui.

Plinius.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

*Admonet adagium, ut ex aliorum erratis, ipsi cautiores efficiamur, et alienis periculis reddamur prudentiores.*

Ακινος μετ' αὐθιστήρες.

i. Hedera post Anthisteria.

*Cum sero quippam adhibetur. Apparet in ijs ludis more fuisse coronari hedera. De Anthisterijs. Id est floralibus festis diximus in proverbio, Cares foras.*

Atqui nō

## S E R V M R E M E D I V M.

Atqui non est apud aram consultandū.  
Consultandum antequām incipiās, in ipso negocio se-  
ra consultatio. Sumptum à sacrificis, qui pro ritu sa-  
crorum omnia præparant, priusquam accedat ad arā.

## S E R V M R E M E D I V M, aut tempeltium.

Satius est initij mederi, quam fini.  
Persius. Elleborum frustra quum cutis ægra tumebit  
Poscentes uideas, uenienti occurrite morbo.  
Ouid. Sero medicina paratur.

Cum mala per longas inualuere moras.  
Pueros admonent à uitij arcendos, dum adhuc tene-  
ra, ac tractabilis ætatis, sarciedades protinus offensas, ne  
in simultatem exolescane. Minimi uitanda mala, ex  
quibus maiora solene pullulascere. Occasiones cuitan-  
diss, quæ mali quippiam paritutæ uideantur.

Sero venisti, sed in colonum ito.  
In eos qui post tempus aduenirent, aut qui mercede  
quippiam facerent. Porro Colonus est terra æditior,  
in speciem tumuli seu collis.

Suidas. Post bellum auxilium.

Μετὰ τὸ πόλεμορὴ συμμαχία.  
Id est, Post bellum suppetie. Quoties serius adhibe-  
tur remediū. Siquidē ægroto mortuo sero uenit medi-  
cus. Et ædibus in cinere redactus sero infunditur aqua

Senem erigere.  
Erigere durum est, qui cadat iuuenis, senē. Haud faci-  
le dediscuntur à senibus uitia, quæ pueri didicerint, et  
in omnem inhaeserint uitam.

S E R V I B

# SERVIRE TEMPORI. 297

Seruire scenæ.

Cicero.

Est rebus præsentibus sese accommodare. Translata  
ab histriónibus fabularum, qui hoc unum spectam, ut  
quouis modo populi oculis placeant.

Vt i foro.

Teretius.

Est præsentem rerū statū boni consulere, et utcūq;  
sese obtulerit fortuna, ita anumū applicare. Sene. Vta-  
mur foro, et quod fors feret a quo feramus animo.

Aut bibat, aut abeat.

Aut tempori, locoq; nes accommodemus, aut ab homi-  
num cōsuetudine nos subducamus. Quid a sic efferrūt  
πίδι, καὶ πίδι, id est, aut bibe, aut abi. Quanto ci-  
uilior hæc lex, quam ea quam Empedocli in coniuiio  
præscripsit cōuiuij præfetus, ut aut biberet, aut uinū  
in caput illius effunderetur. Natum est à priscis illis  
Græcorū symposijs, hoc est compotationibus.

Gladiator in harena consilium capit. Seneca.

Admonet è re nata mutandū aliquando consilium, et  
tempori, quod aiunt, seruendum. Refertur à Seneca.  
Vetus proverbiū est. Gladiatorē in harena capere  
consiliū. Aliquid aduersarij uultus, aliqd manus mota  
aliquid ipsa inclinatio corporis, intuentem monet.

Πολύ ποδος νόοπορχε. i. Polypi mentē obtine Plutarch.

Quo iubemur pro tempore, alios atq; alios mores,  
alium atq; alium uultum sumere. Adagium natum est  
a pīscis huius ingemō. Nam per sequentibus pīscatori-  
bus petris affigit sese, et cuicūq; petre adhæserit, eius  
colorē corpore imitatur, uidelicet ne queat deprehēdi.

Spartam naētus es, hanc orna.

Cicero.

Ημέλασχες τω ἀρταρηκόσμῳ.

Id est, Spartam quā naētus es, orna, siue administra. Nota.

Admonet adagium, ut quamcunq; prouinciam erimus  
forte

## S E R V I T V S.

forte nacti, ei nos accommodemus, proq; huius dignitate nos geramus.

Fabius.

Omnium horarum homo.

Qui scrijs pariter, ac iocis effet accommodatus. Et apud Terentii. Paucorum hominum homo dicitur.

## S E R V I T V S.

Ἐποξύριώδης ἀνθεωπός. i. Subiugus homo. Qui non arbitratu suo, sed alieno iussu facit quippiā. Traductum à iumentis iugalibus. Huc pertinent illae metaphora, Mittere sub iugum. Deiucere iugū. Subducere collum iugo. Ouidius.  
Et tua læsuro subtrahe colla iugo.

Leo cordula vinctus.

Lucia. Leo filo vinctus: sursum ac deorsum circumferor, quem quis exiguo commodo captus, apud aulicos ostentatur paſsim, quod princeps tantum alat uirum.

Samij literati.

Apud Samios inuentæ sunt uiginti quatuor literæ à Callistrato. Sic Andron in tripode. Idem Ionū literæ tradidit Atheniēsibus. Probabile est igitur à repertis traditisq; literis iocū fuisse uersum ad stigmata. Nam Samij simul & accipiebat, & tradebat infames notæ

Seneca.

Cum sarcinis enatare.

Seneca. Nemo cum sarcinis enat. i. nemo se se recipit in libertatē, nisi contemptis præmijs scrututis. Nō enim potest euadere occupationes, qui curarum auctoramentum nou potest negligere.

## S E M I L I T U D I N I S E T

Congruentia.

Terentius.

De grege illo est.

Id est,

*Id est, Eiusdem factionis, aut contubernij. Tullius. At uellem te in tuum ueterem gregem retulisses.*

Nostræ farinæ.

*Eiusdem farinæ dicuntur, inter quos est indiscreta similitudo. Persius in quinta Satyra.*

Nostræ paulo ante farinæ Pelliculæ ueterē retines.

Perinde quasi dicat, nostri gregis, nostræ conditiois.

Pertinet ad illâ classem: Eadē cera, ex idē puluis. &c

Non eras in hoc albo.

*Hoc est, Non eras in hoc numero. Translatum ab alba tabula, in qua quondam scribebatur nomina iudicū*

Non sum ex istis heroibus.

Plinius.

Οὐκ εἰμὶ τότε πούρων πρώων.

*Id est, Non sum de numero istorum heroum. Id est, non sum ex eorum numero, qui propensiores sunt ad ledendum, quam benemerendum.*

Τὸς πατρῷος δέ τι πούρων.

.i. Patris est filius.

Ita loquuntur ubi quis mores imitatur patrios. Et in genere, eius filium uocanus quemlibet, quem moribus expresserit.

Αφιωμ Σιλήν. i. Aphyarum honos.

Quoties humilibus exiguis quispiam honos contingit.

Nam Aphyia pisciculus est uilis: cui coquendo nihil adhibetur, præter oleum, quo frigitur.

Terra amat imbre.

Aristote.

Ἐγένετο μὲν ὄμηρος γαῖα.

*Id est, Imbrem quidem tellus amat. Vbi quis desiderat ea, quæ sibi nouit esse accommoda, conducibiliaque.*

Scopæ dissolutæ. Scopas dissoluere.

Cicero.

*Homines nibili, nulliusque prorsum consilij, Cicero scopas dissoluere dixit, pro eo quod est, recte prorsus inutile efficere.*

## SIMILITUDINIS.

efficere. Nam scopæ colligatæ, & speciæ uidentur hæc  
bere qualemcumque, & ad uerendum pavimentum  
sunt accommodatae.

Cicero.

Vno tenore.

Tenorem rei progressum uocant. Vnde, que sui simili  
lia sunt, sibiq; ueluti perpetua quadam succedunt se  
rie, horū eundem esse tenorem dicimus. Cicero. Vnus  
enim totus est orationis, & idem stilus.

Boni ad bonorum conuiuia ultro accedunt.

Αὐτόματοι Δι αγαθοὶ ἀγαθῶν επὶ σαῖς  
ταξίενται.

Id est, Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum.  
Vbi uir bonus, fiducia uirtutis, & amicitiae, que gene  
ralis inter omnes probos intercedit, ad sui simile acce  
dit, non expectatis uulgaribus istis inuitatiūculis. Idē  
Conuiua amico amicus ultro etiam uenit.

Ομοιορ διμοιώ Θέλω. i. Simile gaudet simili.  
Martia. Vxor pessima, pessimus maritus.  
Miror non bene connenire uobis Iuuena.  
Magna inter molles concordia.

Aristote.

Malus cum malo colliquefecit voluptate  
Κακὸς κακῷ γέρσωτέτηκεν καδονή.

Id est, Etenim improbo uir est uoluptati improbus.  
Malus malo iucundus ob uitiorū cōmerciū & societate  
Aequalis æqualem delectat.

Similitudo mater est benevolentie, consuetudinis &  
familiaritatis conciliatrix. Nam prima familiaritatis  
conciliatio, proficiuntur ab etatis æqualitate. In hanc  
sententia extat aliquot ueterum prouerbia quoruū est  
illud, οὐ λέγει λίγος τέρπει. i. Aequalis æqualē delectat.

Aequalem tibi uxorem quære.

Τηρηστα σαυτὸν ἔλα.

Id est,

**I**d est, Aequalem tibi uxorem ducito. Ad agiū admet, ne quis cupiditate, aut ambitione affectus, se potentiorē ducat uxorem. Tu e fortis uxorem ducito. Post et longius trahi, nimirū ad negocium suscipiendum, cui sis confiendō par et idoneus.

Ego actu idem trahimus iugum.

Non dissimile illi. In eadem es nauī, pro eo quod est, negotijs uices pariter sustinere. Translatum àibus arantibus.

Cicada cicadæ chara, formica formicæ.  
Porro nota est formicarum politia, et cicadarum concentus.

Non tam ouum ouo simile.  
De rebus indiscretæ similitudinib.

Quam apes apud similes. Cicero.  
Cice. Ut similia sunt, et oua ouoram, et apes apum.

Non tam aqua similis aquæ.

Non tam lac lacti simile.

Plautus usurpat in Menechmis, nec aqua aquæ, nec lac de lacti, crede mihi usquam similius, quam hic tui est, tuquè huius.

Furem fur cognoscit, & lupum lupus. Aristote.

Ἐγνω δὲ φῶρ πεφῶρε καὶ λύκον λυκορ.  
Id est, Fur furem cognovit, et lupus lupum. Amant enim uulgo se mutuo, qui similibus uitij laborant.

Semper similem dicit deus ad similem.  
Duo inter se similes plerūq; bene conueniunt.

Semper graculus affidet graculo. Diogeni.

Ἄει κολοιός πρός κολοιόμηξάνδρη.  
Id est, Ad fidet usq; graculus apud graculum. Porro graculorū conuentis olim notos fuisse testatur Mar. Varro libro de re rustica.

## S I M I L I T V D . I N I S .

Ομοιότερος σύνδικος. i. Similior fici.

Per iocū dicebatur, de uehementer inter se similibus.

Aut ipse fuisti, aut tui simillimus.

Si quando per iocū indicabimus eundem aliquē fuisse qui tamen se fuisse cat inficias.

Omnia similia.

Eadem est conditio mortalium.

Ἐργοθέλας ζεῦγος. i. Crobyli iugum.

De societate duorum, pari improbitate dici consuevit. Ductum à Crobylo lenone scelestissimo. Is duo scorta domū alebat.

Eadem cæra. Ep. κηρίον.

Id est, Idem fauis dicebatur, qui uno ore idē affirmat. Ductum à fauorum cellulis inter se connexis.

Ficus poit pisces.

Quadrabit ubi dicemus alijs alia congruere. Quem admodum post carnes caseum, post pisces nuces, iubet uulgo apponi.

Horatius

Ovo prognatus eodem.

Vultus, ingenium, mores, facta ac prorsus omnia sic huic cum hoc conueniunt, ut iures eodem prognatos ouo. Aristoteles ostendit id iuxta naturam fieri, ut ex eodem ouo duo pulli nascantur.

Catulæ dominas imitantes.

Τὰς δὲ ταῦτα οὐαὶ καύει μιμήσην.

Id est, Dominas imitantes catellæ. Vbi serui domino rum ferociam representant. Quoties igit, qui subsunt, eorum exprimunt mores, sub quoru imperio degut. Iuuena. Maxima queq; domus seruis est plena suppib

Similes habent labra lactucas.

Hicrony. Vbi similia similibus contingunt, ueluti preceptor parū docto, discipulus indocilis: improbo populo, magistratus

gistratus improbus: uxori morosæ, maritus morosus:  
breuiter quoties mala malis, digna dignis eueniūt. Na-  
tum adagium ab afino carduos pascente.

Qualis hera tales pedissequæ.

Qualis pater, talis filius.

Aspis a vipera.

Tertulli.

Quum pessimus à pessimo sumit mali quippiam.

Ambroſi.

Aut piscem olet, aut florem.

Dictum in eū qui bene oleret, quod timallus piscis sit  
odorc gratissimus, et æque fragrans eiusdem nominis  
flos. Ita demum pronunciatus est, piscis odor esse, qui  
floris. Quid specie tua gratius? quid suavitate iucun-  
dius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrare,  
hoc tu corpore tuo spiras.

Sequitur parca sepiam.

Comitem dicit sepia percram. Dictum de improbos  
rum societate.

Dignum patella operculum.

Hierony.

Hieronymus ad Chromatii. Dignum patella opercu-  
lum. In me enim, inquit, patria rusticitas uernacula.  
Deus uenter est, et in diē uiuitur, et sanctior est ille,  
qui ditione est. Acceſſit huic patelle iuxta tritū populi  
sermone prouerbiū, dignū operculū. Significat autē  
episcopum ad improbos populi mores accommodatiū

Ες τινί αὐτοῦ εὐρεῖς. id est.

In matellam immeiere.

Cum sordide tractantur, aut ad manus aliquod pa-  
rum honestum adhibentur ij, qui non indigni uidean-  
tur, utpote ipsi sordidi, atq; in honesti, quasiq; ad con-  
tumelias ferendas facti.

Conto nauiga. Κοντῷ πλαθῷ.

Suidas.

Conto nauigare, dicebantur, qui sic rebus uerentur,

q.z. quemada

## S I M I L I T V D I N I S.

Quemadmodū uti conueniebat, aut qui uitæ genus suo  
accommmodatum ingenio sequerentur. Itidem non ad  
quamvis uitam quiuis idoneus est.

**Catullus.** Ipsa olera olla legit.

In eos quadrabit, qui suum ipsorum uitium in aliud  
quippiam reiiciunt, aut qui sic ad scelus aliquod quasi  
facti sunt, ut non possint non peccare. Nam olla coquē  
dis oleribus nata est: uel quod absurdissimū sit, si quis  
dicat ollam legere olera, quæ non coquet nisi quis im-  
miserit. Nō igitur olla in causa est, sed qui iniicit ma-  
la olera. *Catullus in Cœfarem.*

Mentula mœchatur, mœchatur mentula certe.

Hoc est quod dicunt, ipsa olera olla legit.

Surdaster cum surdastro litigabat.

Iudex autem erat utroq; surdior, cum res agitur in-  
ter undequaq; ridiculos ac stultos. Extat in hanc sen-  
tentiam epigramma Græcum Nicarchi, quod Thomas  
Morus olim adolescens, scitè uertit in hunc modum,  
Lis agitur, surdusq; reus, surdus fuit actor

Ipse tamen iudex, surdus utroq; magis.

Pro ædibus hic petit æs, quinto iam mense peracto,

Ille refert, tota nocte mihi acta mola est.

Aspicit hos iudex, ex quid contenditis inquit,

An non utriq; est mater? utriq; alite.

Cascus cascām ducit.

Quoties similis similem delectat, uetus uetulam,  
deformis deformem. Nam antiquitus cascum diceba-  
tur, quod nos uetus appellamus. Videtur esse iocus in  
anum uetulo nuptam.

**Lucianus** Πάντα μία κόνις. i. Omnia idem puluis.

De indiscreta similitudine. Alludens ad defunctorum  
cineres, inter quos nihil appetet discriminis.

Πάντα

πάνθ' ὑπὸ μίαρι μύκωνος.

Strabo.

i. Omnia sub vnam Myconum.

Est autem Myconus, in qua fabulis proditum est, pos-  
itos esse gigantes postremos ab Hercule confectos,  
unde ductum illud proverbiū. In eos, qui res natura  
diuersas eodem titulo complectuntur. Itaq; qui eodē  
libro grammatica pariter & theologica, item diale-  
tica in iurisconsultorum literas tradat.

Conuenerunt Attabus & Numenius. Diogeni.

Σωῆλθον ἀπαθάσ τε ηγή ρεμλώι.

Idest, Conuinctus est suo Attabus Numenio. Dicis fo-  
lītum quoties improbus aggregatur cū improbo. Dio-  
genianus tradit hos insigne par furum fuisse. Simil-  
limum illi. Cum Bitho Bacchius.

Eundem calceum omni pedi inducere. Galenus.

Galenus loquitur de quibusdā medicis imperitis, qui  
non habita ratione morborum, eadem remedia admo-  
uent omnibus. Non dissimile illi. Scis simulare cupres-  
sum. Hierony. Nec ad instar imperiti medici, uno colli-  
rio omnium oculos uelle curare.

Ναυτῶν νοεικέατδ. i. Nauson Naucrati.

Quoties aliqui similia inuicem respondent. Veluti si  
quis herus salutatus herum resalutet. Et nebulo com-  
pellatus, nebulonem uicissim compellat. Nauson enim  
& Naucrates utrumque à naue dicitur, perinde quasi  
dicas, nauta nauta.

Noui Simonem, & Simon me.

De ijs dicebatur qui pares essent. Zenodotus scribit  
duos fuisse ductores, notæ utrumq; improbitatis.

Ο κηνες τὸν κηνῆτο. i. Cretensis Cretensem.

Subaudi, quod erit commodum sententia, prouocat,  
conatur circumuenire, aut tale quippiam. Sunptum  
q. j. à Creten-

## S I M I L I T V D I N I S.

à Cretensium moribus, quos plurimis conuitijs incēsū  
sunt antiquitas.

κενς πρὸς αἰγινῆτων. id est.

Cretensis cum Aegineta.

Subaudiendum agit. Quadrat in pariter improbos,  
qui mutuis inter se fallacijs agunt. Nam Aeginetæ  
olim male audierunt in quos etiā oraculū illud quidē  
æditum putant. Neq; tertij, neq; quarti.

Sequitur ver hyemem.

Rerum uices significat. Et tristibus succedūt latiora

**Plutarch.** Cretiza cum Cretensi. πρὸς κενταύρουν  
Id est, Aduersum Cretensem Cretiza, id est, aduersus  
mendacem mendacijs utere. Greci κενταύρου pro mensa  
tiri dicunt.

χῖος πρὸς κῶωμι. Chius ad Coum.

De comparatione uehementer inæquali dicebatur. Nā  
in ludo talorū iactus, qui Chius dicebatur, unioni rea  
spondebat. Consenioni. Fit autem interim allusio ad  
gentes, quarū utriusq; mores non caruerunt nota.

Vulpinari cum vulpe.

Αλωπεκοῦν πρὸς ἐτέρων ἀλώπεκος.

Id est, Cum uulpe, uulpinare tu quoq; iniucem. Cum  
astutis astutijs agito. Hora. Nunquam te fallam animis  
sub uulpe latentes.

Ηλω τὸν ἡλον εκμεδάφη. i. Clauū clauo pellere  
Et paxillum paxillo pepulisti. Id est, Malum alio ma  
lo depulisti.

Cum Care carizas. πρὸς καρποὺς καρίζεις.

Id est, Cum Care carissas. Rusticè agis cum rusticō,  
barbare loqueris cum barbaro, crasse cum crasso. Ca  
res populi sunt Phrygiæ, quorum mores proverbijs  
aliquot locum fecere.

Mali

Mali thripes, mali ipes.

Diogeni.

Κακὰ μὲν θρίψες κακὰ δὲ ιδεῖς.

i. Mala quidē thripes, mala rursum ipes. De dupliciti.

Malo dici solitū, ut non magni referat, utrū elegeris.

Thrips enī Grecis uermiculus est, q̄ lignis innascitur  
materiasq; uitiat. Ips itē cornibus & uitibus infestus

Balbus balbum rectius intelligit.

Hieronymi.

Barbarus barbari orationē. Est quippe proverbiū.

Balbum melius balbi uerba cognoscere.

Bithus contra Bacchium.

Horatius

Bithus & Bacchius, nobile par gladiatorū fuit, pares

arte, & pares audacia. Horatius. Vt non

Compositus melius, cum Bitho Bacchius.

Esernius cum Pacidiano.

Lucilius.

Erant & hi gladiatores per omnia pares, lōgeq; om-

nium nobilissimi. Nota hic duorum theologorum di- Nota.

Spitationem, Londini apud Britannos habitam.

Non filius Achillis.

Plutarch.

Οὐ πατέρις ἀχιλλεώς, ἀλλ' ἀχιλλεὺς αὐτὸς εἰ.

Id est, Haud satus Achille, uerum Achilles ipsus es.

E tragoedia quapiam aut comœdia sumptum uidetur.

Teren. Hem alterum hunc ex hoc natum dicas.

Ab vno diagrammate.

Plutarch.

Est autem diagramma pictura descriptioq; philoso-

phorum, qua rem exponunt oculus, ut perinde ualeat,

quasi dicas, de eadem formula.

Eodem in ludo docti.

Teretius.

Dicebantur simulibus uitijs laborātes, & improbitate

pares. Terē. i Hec. In eodē oēs mihi uidentur ludo do-

ctae, ad maliciā. Quod aut̄ Terē. dixit i mulieres, oēs

inter ipsas simulib⁹ esse morib⁹, idē Græcus attestatur

senariis. Γανύμεδουκός τῷ ποτὶ αὐδῆμ διαφέρει. i.

q.4. A fœmina

## S I M I L I T V D I N I S.

A fœmina nil fœmina unquam discrepat.

Innuit autem prouerbium nullā inueniri bonā mulierē.

Gellius.

Eiusdem musæ emulus.

Eiusdē artis aut disciplinæ studiosus. Græci θμοτέ-

Aristop.

χνὸς appellant eiusdem artis opifices.

Iisdem vescentes cepis.

Tάυτοὶ δύμορ φαγόντες.

Id est, Qui idem ederent thymum. Congruit in paucis  
peres ac bonos viros inter se amicos, δύμορ enim  
utilissimum hærbæ genus, quo tenues ex agrestes, ut cū  
vitam sustinent, quidā cepam agrestem esse putant.

Αγαθὸς φάλτης, αγαθὸς ξωμοποιός.

.i. Bonus cantor, bonus cupediarius.

In uituperium musicæ artis dictum, quasi eiusdē sit hoīs  
aures delectare cantu, et palatum cupedījs.

Mars haud concutit sua ipsius arma.

Ἄρης τὰ σκῆτα ὄπλα οὐ σκλέψει.

Id est, Mars sua ipsius arma non iactat. Commodo feruntur quibus assueuimus, queq; nobis quadrant, etiā  
si sine grauiſſima. Iactamus enim, quod incōmode ferimus. Iuue. Nec iactare iugū uita didicere magistra

Euriped.

Stultus stulta loquitur.

Μωρὸς γένος μωρὸς λέγει.

Id est, Nā stulta stulti oratio est. Talis hominibus fuit  
oratio, qualis uita. Hominis figura oratione agnoscitur. Democritus orationem, uitæ simulachrum, quam  
damq; uelut umbram esse dicebat. Nam nullo in specie  
lo melius, expressiōnq; relucet figura corporis, quam  
in oratione pectoris imago repræsentatur. Neque  
seciū homines ex sermone, quam ærea uasa timore  
tu dignoscuntur.

Κενὸι κενὰ βολεύονται.

Id est.

Inanum

Inanium inania consilia.

Cum quis sua spe frustratur.

Malo nodo, malus quærendus cuneus. Hieronym.

Eo licebit uti, quoties malū simili malitia retundimus

Plu. Remedio amaro bilem amaram diluunt.

Ορθοὶ δέ οὐ μίγνυται, id est,

Mons cum monte non miscetur.

Non conuenit inter pariter elatos.

Mores hominum regioni respondent.

Et plantarum semina, et hominum mores ad regionis habitum respondent. Ex mollibus enim regionibus molles homines nasci solere.

## SIMVLATIO. Dissimulatio.

Αλαχή κύανης i. Salem & fabam. Diogenia.

Subaudiendum, proposuerunt. Diogenianus admonet dici solitum de his, qui fingerent se scire quippiā, quod nescirent, atq; hinc natū esse proverbiū q; olim mos fuerit, ut diuini salem & fabā proponerent.

Plures thriobolos paucos est cernere va= Zenodot.

τες. πολλοὶ θριοβόλοι, πολὺς δὲ τε μωροῖς.

Id est, Plures thriobolos paucos est cernere uates. Olim tres nymphas Apollinis nutrices, Parnassum in coluisse, que Thriæ dicerentur, unde postea receptū sit, ut calculi, sortesq; diuinorū, Thriæ uocarentur.

Vnde thrioboli, qui thrias in urnam diuinam iaciunt.

Multi thyrsigeri, pauci Bacchi.

πολλοὶ τοι γαθικοφόροι πολὺς δὲ τε Βάκχοι

Id est, Plures thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos

Quo significatum est, cōpluribus mortaliū adesse uirtutis insignia, aut etiam famam, qui tamē uera uirtute

## S I M V L A T I O.

uacent. Non oēs ueri theologi, qui pileū theologicum gerunt. Non oēs monachi, q̄ cucullo onerātur. Nō oēs summi pontifices, q̄ uocantur sanctissimi, quiq; tripliē corona insigniuntur. Translatū à ceremonijs Bacchanaliū, in quibus thyrſos. i. hastas quas dā uite asquaticabat afflati furore. Scitū est & illud Herodis Attici in palliatū, crinitū, barba ad bubem usq; porrecta: Vide barbam & pallium, philosophū nondum uideo.

Multi qui boues stimulēt, pauci aratores πολλοὶ ἀσκέντη παῦποι δέ τε γῆς ἀργοτῆρες. Id est, Qui tauros stimulent multi, sed rarus arator. Multi prae se ferunt, quod non sunt.

Non omnes, qui habent citharam, sunt citharœdi.

Varro,

Hunc adscribendū uidetur, quod lepide scripsit Seneca, quendā personam malle, q̄ faciem. Faciē uocat, ubi quis talis uidetur qualis est: personam, cum præ se fert aliquis quod non est. Non is rex, cui contingit amplum imperium, sed qui sciat administrare.

Ovos πόλλα κυριώς. i. Asinus apud Cumanos Competit in eos, qui cum sint incepti, ridiculiq; tamen apud ignotos ipsa nouitate habetur in precio. Aut in eos, quibus honoris aliquis præter meritū additus a fortuna, tumorē & insolentiā, ita ut fere fit, conciliat. Demosthenes: Felicitas enī & rerum successus, qui cōtigerit immerenti, stultus ueranī causam preberet sollet. Narrauimus alibi fabulā de asino fugitiuo, q̄ apud Cumanos se gesit pro leone.

Flere ad nouercæ tumulum.

Προς τὸν μητρικὸν τάφον σακεύειμ. i. Ad nouercæ tumulu lachrymari, ē simulare gestu dolore, cū re gaudem. Quod idē de diuitis hæredibus nō in concinne

cōcīnne dicitur, ī quos extat Publianuſ ille Minus, cū  
primis elegans: H̄eredit̄ fletus sub persona rīſus eſt.

M E S O X E W P D Á K E U A . i . Megarensiū lachrymæ  
Dicebātur uel fictæ, nec ex uero dolore profectæ, uel  
ni adactæ. Diogenia. ad h̄mōi refert historiā. Bacchi⁹ q̄  
dā Corinthi⁹, Clytij Megarensiū regis filiā uxorē du  
xerat. Ea defuncta, Clytius cōplureis uirgines & adu  
lescentes Corinthum misit: qui in funeralibus pompis,  
puellam deplorarent, lachrymis utiq̄ fictis.

A K K U Z E P , id eſt, Acciſſare.  
Scribūt Acco mulierē fuisse quāpiā notæ ſtultitiae, q̄  
ſolita ſit ad ſpectaculū cum imagine ſua, pinde atq̄ cū  
alia muliere cōfabulari, ut hinc uulgo, que ſtultius aut  
ineptius aliqid agerent, acciſſare diceret. Et Acc⁹  
noīe cōpellarentur. Apparet illud etiā morib⁹ huius  
mulieris adfuisse, ut recuſaret, que tamen cupiebat, un  
de & Acciſſus ficta huiusmodi recuſatio dicatur.

A ΡΓΙΩΣ ΤΑΛΤΩ ΕΧΖ . i . H̄æſitātia cātoris tuſſiſ  
Dictū uidetur quoties nō ſuppetit quod dicamus, idq̄  
uelut aliud agentes diſſimulamus, uelut apud Platone  
Ariſtophanes, ne diceret in conuiuio, ſingultū fingit.  
Sumptum apparet à cantoribus.

B H E Δ V T I Η P G D H S . i . Tuſſiſ pro crepitū.  
Dici ſolitum, quoties aliquis perplexus, aliud pro alio  
ſimulat. Veluti ſi quis in adulteriæ domo deprehensus,  
fingeret ſe quippiam mercatū ueniffe. Translatum ab  
ijs, qui crepitum clara tuſſi diſſimulant.

O κρῆς τὸν βόλων αὐ . i . Cretenſis mate. Strabo.  
Subaudiendū, nescit aut metuit. In eos, qui nescire fin  
gerem, quod egregie callerent. Etenim qui conſentia  
neum eſt, Cretenſes cum ſint insulare, ignorare ma  
re, quo cinguntur undeque.

Coniūnere.

## S I M V L A T I O.

Cicero. Connuerere.

vt parentes ad leuiora quedam liberorum uitia con-  
niuent, quasi non uident id quod uident. Et corrupti  
iudices in causa connuent. Hallucinamur impruden-  
tes, cæcutimus nolentes, conniuemus data opera. Est  
autem connuerere subinde claudere oculos, quemadmo-  
dum iij, qui non ferunt lumen solis.

Simia fucata. Πίθηκος ἀνάπλεως φύλακις.  
Id est, Simia plena fuci. De deformi anu, fucata ta-  
men, & meretricijs culta lenocinijs. Potest & ad rem  
accommodari, ueluti si quis turpem causam, orationis  
phaleris adornet, ut honesta uideatur.

Simia barbata seu caudata.  
Dici solitum de' ridiculis.

Nota.

Σιλεύοις ἀλκιβιάδες i. Sileni Alcibiadis.  
Quo licebit uti, uel de re que cum in speciem, & pri-  
ma, quod aiunt fronde, uilis ac ridicula uideatur, tamen  
interius ac proprius contemplanti, sit admirabilis: uel  
de homine, qui habitu, uultuq; longe minus præse fea-  
rat, quam in animo claudat. Aiunt enim Silenos ima-  
gunculas quaspiam fuisse fictiles, & ita factas, ut didu-  
ci & explicari possent, que clausæ ridiculam ac mon-  
struosam tibicinus speciem habebant. Porro statuarū  
argumentum sumptū est a ridiculo illo Sileno Bacchi  
pædagogo, numinumq; poëticorum morione. Proinde  
Alcibiades apud Platonem in conuiuio Socratis Enco-  
mium dicturus, eū Silenis huiusmodi similem facit, q;  
is multo aliis esset proprius intuenti, q; summo habitu  
uideretur. Quem si de summa, quod dici solet, cute  
quis estimasset, non emisset assē.

Diogenia, πενῶσαν ἀλώπεκον ὑπὸ επέρχεται. i.

Esurienti vulpi somnus obrepit.

Vbi quis

Vbi quis inopia cibi dormit. Pauperem autem uulpe appellat, quod callida sit inopia, et multarum repertrix artium. Neq; perperam dicetur et in illos, qui disimulant, connuentq; ad quedam, ut p occasionem aliqd cōmodi ferant. Siquidē uulpes urgente fame somnum adsimilat, ut allectas aues capiat, deuoretq;.

Audiens non audit.

Sunt quidam, qui si quid parum placet, id scire disimus. Idem: Disimulans audisse.

Illo respiciens, sed hic remitte bona.

*Εἴτε βλέπουσα στένγεια τὰ γυθά.* Aristop.  
Id est, illuc intuens, ac hoc remitte cōmoda. Cōueniet cū aliud præ nobis ferimus, aliud facimus: aut cū alijs ab blandimur, in alios re beneficium conferimus.

*Πατροκλέδης πρόφασις*. i. Patrocli occasio. Diogenianus ostendit dici solere de ijs, qui cū ob metum nō ausint proprias deploare calamitates, deflent eas sub prætextu luctus alieni. Vel qui laudandis alijs, suas ipsorum laudes insinuant.

Melle litus gladius. Hierony.  
In perniciosem adulacionem dici solitum. Hieronymus Augustini epistolam melle litum gladiū appellat, propterea q; pariter et reprehēsionem haberet, quasi gladium quo ingularet, et blandimenta, quibus reprehensionis asperitatem disimularet.

Barbætenus sapientes. Sic appellabantur philosophi et sophistæ, εκ πότων οφοί, id est, Barbætenus sapientes. Qui præter barbam et palliū nihil haberent philosophi. Recte torquebitur in hos, qui uniuersam uitæ sanctimoniam nō in animo, nec in moribus, sed in cultu constituunt.

Alia Lacon, alia asinus illius portat.

Effertur

## S I M V L A T I O.

Effertur apud quosdam ad hūc modū: ἀλλαχεὶ μὲν λευκῶν, ἀλλαχεὶ δὲ λεύκωνος ὄφεως φέρει. Alia Leucō, alia Leuconis asinus portat. In eos dicebatur, quorū oratio dissentiret à factis. Natū aiut ab hmōi quodā euētu: Agricola quispiā nomine Leucon, solitus est utres melle plenos storeis obuoluere. Rogatus autē ab exadūtoribus uectigaliū, quid nam portaret, ordeū se portare respondebat, uidelicet quo minus pecunie persolueret. Sed cū euēisset aliquando, ut lapsus in terrā asinus, onus effudisset, accurrerunt exactores, i reponendis sarcimis auxilio futuri. Verū ubi interim cognouissent mel i utribus esse, nō ordeū, Leucone obtorto collo abduxerunt, tanquā q se debito uectigali fraudasset. Atq; illud ridentes, addiderūt, alia Leucon, alia portat asinus. Nam in nonnullis codicibus, dicit, nō additur.

**Paulus.**

Toῖχος κεκοίης πυλών. i. Paries dealbatus. Aut incrustatus. Paulus Apost. in Actis Ananiā sacerdotem fictū et fucatū, parietē dealbatū appellat. Christus sanctimonie simulatorēs sepulchra dealbata uocat Seneca philosophos, qui cū docerent honesta, turpiter uiuerent, similes esse scripsit quorundā medicorū pyxidulis, quarū tituli remediū pollicerētur, cū intus uenēnū occultarent. Ediuerso, q meliores sunt intus, quā oratione, q̄ p̄ prima illa uitæ specie, quasi fronte preſerunt, hos Plato silentis adsimiles facit.

**Cicero.**

Non omnibus dormio.

Non omnibus dormire dicuntur, qui non omnibus inserviunt, neq; per omnia gerunt morem. Plutarchus fabulam super hac re non illepidam narrat: Cum Galba quispiam coniuio Meccenatem accepisset, sentiretq; iam ē nutibus hominem inflamatū in uxorem suam, sensim demisit caput, perinde quasi dormiret.

At cum

At cū interea famulus quispiā ad mensam accedens,  
uinum clam tolleret, ibi iam uigil et oculatus: Infelix  
inquit, an nesciebas me soli Meccenati dormire?

Λαγώς καθένδωμ .i. Lepus dormiens. Plutarch.  
Quadrat in eum, qui quod nō facit, id facere sese adst̄  
mulat, aut qđ facit, id se facere disimulat. Nā leporē  
patentibus genis dormire tradunt autores.

Νεκρός καταβολέων, id est,

Mortus iacet pedens,

Dici solitum, si quando pauper simularet opulentiam.  
Apud unū Apostolium Byzantium reperi, et haud scio  
an ipsi uulgoq; relinquentur.

Κροκοδειλου δάκρυον, id est,

Crocodili lachrymæ.

De ijs, q; sese simulanter grauiter angī incōmodo cuius-  
piam, cui perniciem attulerint ipsi. Sunt qui scribant  
Crocodilum conspecto procul homine, lachrymas emit-  
tere, atq; cum mox deuorare.

Beneuolus trucidator. Εὐύσσ ο σφάκτης.

Id est, Beneuolus occisor. Cōuenit in hos, q; cū summa  
adferant perniciē, tamen beneuolētiae specie admīscē-

Extra querēre sese.

Persius.

Persius Satyra prima: Examenq; improbum in illa  
Custiges trutina, nec te quaquieris extra.

Tuis te facultatibus metiaris, non populari opinione.  
Tecum habita.

Αἰσώπος κολοιδε .i. Aesopicus graculus. Lucianus.

Dicitur, qui aliena sibi usurpat, aliorumq; bonis sese  
uenditat. Horatius:

Moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus.

Τπόχαλκον ργυσίον .i. Aurum subēratum.

Dicitur homo nequaquam syncerus, sed aliud præse-  
ferens,

## S O L I T V D O.

ferens, aliud intus occulens. Sumptum à nomisma-  
tis adulteratis.

Homerus Diu dissimulatum apertientis.

In eū, qui quod diu dissimulauit, tandem irritatus eloqui-  
tur, non inconcinne detorquebitur illud Homeri:  
Ast ubi iam promit prægrandem è corpore uocem.

## S O L I T V D O.

Ne musca quidem.

Plautus in Truculēto: Quas tu mulieres mīhi narrās?  
Vbi musca nulla foemina est in ædibus.

Nullum animal, quod animal.

M. Tullius ad Atticū: Terentij uestigiū nullum agno-  
ui, Metagenes certe perijt. Fecit iter per possessionē,  
in qua animal reliquum nullum est.

Σκυθῶμ ἐρχομέσ . i. Scytharum solitudo.  
Pro summis calamitatibus, exitioq; dictum est. Du-  
ctū autem inde, quod Scytha nullis certis sedibus utan-  
tur, sed uagi ferantur in Plaustris. Eam ob causam re-  
gio feris abundat.

## S O L I C I T V D O.

Tantali lapis. ταντάλης λίθος.  
Id est, Tantali lapidem uocant, imminens capiti peri-  
culum. Sumptum à fabula Tantali, quem quidam fin-  
gunt apud inferos etiam hoc supplicij genus pati, ut  
immins saxum sic immineat capiti, ut iamiam casu-  
rum uideatur.

Mens est in tergoribus.

Ο νοῦς δέσποιν τοῖς σκύτεσι.

Id est, Animus est in tergoribus. De sollicitis dictitu-  
ri solitū, quicq; malū aliquod imminens timere uidetur.

ΣΚΥΤΗ

ΣΚΥΤΗ ΒΛΕΠΑ.

*Id est, ut uerbum uerbo reddam, tergora tuerit.*

*Confine proximo, quo significabante quempiam præ se ferentem uultu, quod mali quippiam instare suspicatur, idq; coniecturis aliquibus colligeret: ueluti si quis conspectis boum tergoribus, bellum futurum colligeret, quod his integrantur clypei.*

*Animus est in corijs.*

Aristop.

*Simillimum illi Terentiano: Animus est in patinis.*

*Interpres admonet huius proverbij, ἐπὶ σκύτη βλέπα, de his, qui iam ad bellum spectane. Licebit uti, cum ob sollicitudinem erit aliquis ad id, quod agitur in presentia, parum attentus.*

*Similes videntur captiuis ex Pylo. Idem.*

*Βοίκοσι τοῖς ἐκ τῶν λου λιφθέσι τοῖς λακωνικοῖς, id est,*

*Captiuis mihi, similes videntur è Pylo Laconicis. Di- ci solitū de ijs, qui uultu sunt miserando, nempe pallidi, squalidi, macilenti. Pylus ciuitas quæpiam Laconi- ce, quam obfessam Cleon expugnauit.*

*Μὴ φορῆ μενὸν δακτύλιον. i.*

*Arctum annulum ne gestato.*

*Hoc est, interprete diuo Hieronymo, Ne uixeris an- xie. Siquidem quisquis annulū angustatū gestat, is sibi quodammodo umcla iniicit.*

*Μὴ ἔδιερ τὴν παροϊαν, id est,*

*Cor ne edito.*

*Hoc est, ne curis tuum ipsius animum excrucies.*

*In via ne seces ligna.*

*Non esse discrucianam uitam curis et anxijs cogita- tionibus quidam exponunt.*

## SOMNOLENTIA.

Aristote.

Ἐνδυμίων οὐ πνοη καθεύδεις. i.

Endymionis somnum dormis.

In eos quadrabit, qui se immodico somno saginant, aut  
q diuturno in ocio uersantur: nec ullis se negocijs exer-  
cent, sed mollem feriatamq; agunt uitam. Natū à pue-  
ro Endymione ad prime formoso.

Gellius.

Vltra Epimenidem dormis.

Τηρε τὸν ἐπιμενίδην κεκοίλησον.

Id est, Vltra Epimenidis somnum dormisti. In eos di-  
cetur, qui perpetuum agunt ocium. Historia de Epis-  
menide Cretensi theologo, extat in Noctibus Gellianis  
Is ambulando fessus, in specum quendam subierat, il-  
lic obdormiuit: nec expperectus est a somno, ante ex-  
actos annos quadraginta septem.

Salem vehens dormis.

Ἄλλος ἄγων καθεύδεις, id est,

Salem portans dormis. Quadrabit in eum, q in re pe-  
riculosa, socorditer atq; indiligerter agit, propterea  
q sal influxu sentimæ facile corruptitur.

Nō decet principē solidā dormire nocte.  
Haud dignum duce id est, noctem dormire per omnē.  
Admonet parcemua uigilantiam ac solicitudinem ma-  
xime conuenire principibus. Vergilius:  
At pius Aeneas per noctem plurima uoluens.

## S O R D E S & Parsimonia.

Tribus minis insumptis, duodecim im-  
putant.

Quadrabit in eos, qui non nisi compendij sui gratia co-  
lunt amicos, et pro quamuis exiguo officio, multū be-  
neficiorum expectant. Vulgo item aiunt: Pileum dor-  
nat, ut pallium recipiat.

Cumini

Cumini sector.

Aristote.

Impendio parcus ac sordidus, olim proverbio κυμινογίσκος, id est, Cumini sector dicebatur. Est autem cuminum per se quidem exilis herba.

Σῦκος μερίζεται i. Ficos dividere.

Martialis

Vnde licet et cognomē fingere συκοπέας. Martia.

Quadringēta secat, qui dicit σῦκος μέριζε.

Sordidum ac parcum significans, etiam si ditissimum.

Nullus emptor difficilis bonum edit obpollux.

sonium. οὐδεὶς διανούεται κακοὺς διατηρέας. i.

Difficilis emptor haud bona emit obsonia. Qui nimis  
vili studet emere, semper merces uitiosas emit. Conveniet in hos, qui paululo labore conantur egregias  
assequi literas.

E Patroclis domo venit. Εκ πατροκλέους:

Id est, E Patroclis domo. In sordidos, sumptuosos a moribus  
Patroclis cuiusdam Atheniensis, prædiuitis quidem,  
uerum impendio parci sordidiq; que uetus comœdia tam  
ferme depingit, quale Plautus Euclionem.

κοχλιάς βίος i. Cochleæ vita.

Plutarch.

De ijs, qui parce paruoq; uiunt, aut contracti a nego  
crys, luceq; forensi semoti.

Immunem venire.

Gellius.

Immunem Latini uocant, quem ἀσύμβολον Greci:  
nempe eum, qui nihil confert ad coniuinum. Teren. Te  
ne asymbolum uenire unctum atq; lautū ē balneiss.

Lapsana viuere.

Plinius.

Lepide dixeris eos, qui per parce nimiumq; tenuiter  
uiunt. Est autem lapsana olus sylvestre.

Nihil de vitello. Νιοπῆς οὐδὲ μοι δίδωσε.

Id est, Nihil mihi de uitello dedisti. Quadrat in

r.2. eos, qui

## S O R D E S.

eos, qui impertiant deteriora, meliora sibi seruantes.

Lingere salem.

Olim tenuis fortune hoībus sal pulmentarij uice fuit.

Est autem uitam agere pauperrimam.

Rore pascitur.

Rore ne uiuit more cicadae? Porro cicadas rore ali te  
stis est Plinius. Venustius erit, si transferatur ad in-  
genium, siue stilum ieiunii et aridum. Aut per iro-  
niam, in hominem uehementer obeso corpore.

Plautus.

Vicitant succo suo.  
In parasitos. Qui si quando cœna cōtigit lautior, in-  
gurgitant sese. Rursus ubi nulla arridet spes cœnatica  
cogunturque oīnōστοι uiuere, fortiter ferunt inedia,  
et in conauij spem durant. Sumpta metaphora à Co-  
chleis, quæ p æstatem intra testem contractæ, utcumque  
succo suo aluntur, donec acciderit pluia.

Philippide tenuius.

Athenaeus ostēdit Philippidē coœdiarū scriptorē sic  
tenui fuisse corpore, ut etiā περιλαπτῶσι dixerint  
pro macrūsse. Accomodabitur nō inueniente ad oratio-  
nem ieiunam, aut disputationē ociosæ subtilitatis.

Pediculi Platonis.

Mironianus in similibus apud Diogenem Laertiū me-  
minit prouerbij de pediculis Platonis, quasi hoc mor-  
bi genere sit extictus.

Monophagi.

μονοφάγοι dici poterunt sordidi et inhospitales, q  
neminem inuitant ad conuiuum.

Eudemus

Patroclo sordidior.

Πατροκλέους φασθωλότερον, id est,  
Patroclo parcior. In diuite qdē, sed oppido q sordidū  
ac parcū. Hic ei nusquam usus ē balneo parsimonia causa.  
Nephæs

Nephaliū sacrūm. Νηφάλιον θυσία.

Nephaliū sacrificiū. De cōuiuio abstemio nō inepte  
dicitur, aut de cōuiuio uehementer frugali, sobriog.

Caninum prandium.

Gellius.

Dicebatur abstemiu, ex in quo nullum uinum bibere  
tur, propterea q̄ canes à uino abhorrent.

Cereri sacrificant.

Plautus.

Item quemadmodum Græci dicunt ēsīx θύουσιμ,  
Id est, Lari sacrificant, ita Plautus propemodum indi-  
cat apud Latinos dici solere: Cereri sacrificant, si quā-  
do in conuiuio uinum deesset, propterea q̄ in huius fa-  
cis nefas eſſet inferre uinum.

Kύπειρος βός i. Bos Cyprius.

Suidas.

In brutum ac stolidum iaci solitum, propterea quod  
Cypri boues magis bruti ferantur, quippe q̄ stercore  
humano pascantur.

Cyprio boui merendam.

Ennius.

Fest. Pom. uersum hunc Sotadicū citat ex Ennio: Cy-  
prio boui merendā. Ostenditq; cōuenire, quoties cōui-  
ua sordidus ex insipidus, sordido atq; insipido accipi-  
tur cōuiuio. Festiuus erit, si ad res ai deflectatur, ut si  
q̄s apud spurcos spurce loquatur, apud indoctos īdocte

Tolle tolle mazam, q̄ ocyſſime scarabeo

Aīḡ αἰγέα μᾶζω ως τάχισα κονδάρψω. Aristop.

Id est, Mazam sine mora pone pone cantharo. Id usur-  
pare licebit, quoties sordidus cibus, immundo conui-  
ue apponitur. Hinc enim ut nascuntur, ita ex alūtūr  
canthari: quos Latini scarabeos uocant.

Psyrike facta.

Psyra, insula quæpiam est haud procul à Chio. Strabo  
Psyra pronuntiat pluratiue, ex neutrali genere. Ea in  
sula quoniā eſſet ex perpusilla ex ignobilis, in cōtem-

r. 3. plus ac

## S O R D E S.

ptus ac uilitatis prouerbium abiit, ut quæ sordide, prærumq; magnifice fierent, Psyrike facta dicerentur.

Stephanus : In Psyra Bacchum ducentes.

Idem : In Psyra spartam ducis.

Paruo emptas carnes.

Toù εὐωνού χρέος οἱ κάνεις ἐδίστη.

Id est, Paruo emptas carnes, canes edunt. Quidā pustria emunt obsonia, ne plusculū insument nummorum. Ea cum nullus attingit, canibus edenda seruantur.

Psyra Bacchum. Φυρὰ τὸ δίονυσον.

Id est, Psyra Bacchum ducentes. De sordido appetitu, ut supra.

Suidas. Λεπῆς ἔξινες .i. Tenuiter diducis.

De ijs, qui pauperum more tenuiter uicitur.

Lucianus. Sacrum sine fumo. Ακαπνός θυσία.

Id est, Saerificium absq; fumo, de nimium tenui consuuiio, et in quibus nihil cocti obsonij apponitur.

Translatum à paupercolorum sacris, molas, thusculū, lac, aut corollas offerentium, cum dij nidorem illū expectant, una cum fumo subuolantem.

Νηφάλιος ξύλοι .i. Nephalia ligna.

Dici posse uidetur in abstemios, et ab omni uoluptate procul alienos. Apud Athenienses, nephalia ligna uocabantur, quæ neq; uitea essent, neq; ficulna, neq; myrtlea. Nephalia sonat quasi dicas sobria.

Carica victima. Καρκινός θύμα.

Id est, Caricum sacrum. De macilenta hostia, minimeq; esculenta dicebatur. Hinc dictum, quod Caribus populis mos fuerit, canem immolare. Non incōcimne torquebitur ad cibum appositum, insipidum, et quem nemo uelit attingere.

Zenodot. Φαστηλιτῶμθύμα .i. Phaselitarum sacrificiū phaselis

Phaselitarū sacrificium, tanquam uile, citraq; sanguinem. Sordidum, ac tenuem sumptū hoc adagio significant. Tradunt enim apud Phaselitas Pamphyliæ gentem moris esse, ut pisciculi salvi dijs sacrificentur.

In sinu manum habere.

In sinu manū habere, dixit Theocritus, tenaces et ad largiendū pigros. Porro quod ait Sceuola: In sinu meo habui pro eo quod est in potestate mea clam habui.

Esiq; θύσιμον .i. Lari sacrificant.

Aristop.

In tenaces dicetur, qui de suis nemini quicquam impariant. Nam antiquitus religiosum erat, ex ijs quæ lari bus immolabantur, aliqd foras efferre. Huic diuersum Hecatæ sacrū facere. Siquidē in huius deæ sacris, ij, q; cœnā inferebant, ipsi nihil inde gustabāt, neq; quicqua auferabant præter tumultū et fumū, ut inquit Plutarch.

Πυποκοδ' υλός.

Graci prouerbiali conuitio sordidos et impendio parcos Πυποκοδ' υλός appellabat, Ducto cognomine ab ijs, quibus sordes in unguibus insident. Nam Πυπός propriæ sordes eas significat, quæ in summis unguibus manuum ac digitorum colliguntur.

Canens vitæ palnum.

Ἄσωρ τὸν αὐθαδυλὸν τῷ βίᾳ πρόσχενθομ.

Id est, Canens uitæ palmum ad Anethū. De parco distum, qui tenui re leuiculaq; transigit uitam, atq; interim existimat se laute uiuere. Morem hunc quibusdā esse uidemus, ut cū nihil apponant in mensa, quod ediposset, ne ieiumum omnino conuiuium appareat, uarias narrare fabulas, aut cantillent, ut his modis ciborū obliuionem inducant conuiuis.

Tantali poenæ. Ταντάλεοι τιμωρίαι. .i.

Tantali supplicia. De ijs dicendū, q;ibus assunt q;dē bona r. 4. uerum

## SPES PERTINAX.

uerum his frui negatū est. A fabula Tantali sumptum.  
Hora. Tantalus à labris sitiens fugientia captat  
Pocula. Idem. Magnas inter opes inops.

Conuiua, non conuiua.

Qui accumbit quidem in conuiuio, uerū spectator dū  
taxat eorum, que apponuntur.

Suidas.

Sacra nihil sunt. τὰ δύμοτας οὐδὲν ἔπεισται,  
πλὴν γένεται καὶ κέρατα.

Id est, Sacra nihil sunt præter malas et cornua, de  
macilentis. Trahetur non inconcinniter ad cibum mi  
nime esculentum.

## SPES PERTINAX.

Cicero.

Aegroto dum anima est, spes est.

Admonens, ne in afflictionibus quidem abiiciendā esse  
spē. Philadelphus hos uersus ex Theocriti Batto uerlit  
Fidere Batte decet, melius eras forsan habebis:  
Sperandum est uiuis, non est spes ulla sepultis.  
Nunc pluit, et claro nunc Iuppiter æthere fulget.

Spes alunt exules.

Euripid.

Αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδες.

Id est, Spes pascunt exules. Vbi quis excussus à pristi  
na fortuna, semper id agit ut restituatur.

Theocri.

Adhuc cœlum voluitur.

Quoties significabimus adhuc superesse spē, et non  
dū tempus quod melioris fortunæ solet occasione ad  
ducere, exactū esse, conueniet illud Theocriti:  
Nō lassatū est, uoluendis mensibus anni Cœlum.

Homerus

Adhuc aliquis deus respicit nos.

Cū i rebus uchemeter afflictis, negabimus nos prorsus  
abieciisse am, uerū esse spēi nōribil, cōueniet illud Ho  
meri: Numen adhuc aliquod dextrā m̄ obtēdit amicū.  
Spes

**Spes seruat afflictos.**

Ouidius.

**Spes bona dat uires, animum quoq; spes bona firmat.**

**Viuere spe uidi, qui moriturus erat.** Pinda.

**Spes altrix senectæ.**

**Ab ipsa messe.**

Seneca.

**Seneca. Ab ipsa messe discedam? Agit enim de his qui uel commodis uel spe commodorum detinentur, quo minus semet explicet à negocis, quasi deserturi agrū quum instat messis.**

## SVBITVM EXITIVM.

**Occisionis ala. φόνδ πτερόμ.**

**Id est, Interfectionis ala, de subito interitu dici solitum. Sumpta metaphora ab alatis iaculis, que repente mortem adferunt.**

**Muris interitus. κατὰ μυὸς ὄλεθρον.**

**Id est, Iuxta muris interitum. Aelianus tradit mure minime uiuacem esse, sed sua sponte, defluentibus intestinis oxyus emori, atq; hinc natum proverbiū. Quadrare uidetur in homines imbecilla ualetudine, aut in μηροσίες. Id est, Brevis æui, quos μυων δοξίοις appellat Homerus.**

**Muris in morem.**

**Plautus in Captiui duo. Quasi mures semper edimus alienum cibū. In parasitos dictum, quibus iucundū est aliena uiuere quadra. Non conueniunt, nec in una se de morantur, libertas ex cibus alienus.**

**Eadem tibi. & Pythia & Delia.**

**Quoties supremū aliquod opus significamus. Perimā Menāder de quasi dicas hæc summa omnium, que gesturus es in uita. Natum aiunt ab oraculo quodam redditio Polycrati Samiorum tyranno. Nam is posteaquam Rhe-**

**r. 5. nciam in-**

## S V B I T I I N T E R V E N T Y S.

neam insulam cepisset, eamq; consecrasset Apollini, constitutis apud Delum ludiis pulcherrimis Delphos misit, consulturos, utrum oporteret eos ludos Delios, an Pythios appellare. Respondit oraculum ταῦτα τοις ιωρὶ τούθικη κοκκινίλια. Futurum innuens, ut is prospediem excederet ē uita, idq; euenit.

## S V B I T I I N T E R V E N T Y S.

**T**erētius. Lupus in fabula.

Solitum est autem dici, quoties is, de quo cōfabulatio est, de improviso interuenit. Festiuus usus est Plautus in Sticho. Atq; ecclum, inquit, tibi lupus, in sermone presens esuriens adest. Loquitur enim de parasito Gelasiano, qui fratribus de ipso cōfabulatibus de repente interuenit.

Etiā si lupi meminisses. Εἰνὴ λύχνος εἰμινόθη. Id est, Etiam si lupi mentionem fecisses, subaudiendū interuenisset. Quoties prater expectationem interuenit is, de quo fuerat mentio.

## S V M P T V O S A.

**S**uidas.

Ιππάρχος τρφχιορ. i. Hipparchi murus. Dicebatur res quæpiā, que magnis cōstaret impensis. Hinc natū, quod Hipparchus Pisistrati filius Academiam muro sepsit. Atq; huius rei noīe, magnā pecunia uim, ab Atheniensibus exegit, autor Suidas.

## S V R D I T A S.

Κωφόπερος τορωναῖς λιμενὸς. i.

Surdior Toronæo portu.

Aiunt portū esse quendā Torone Thraciae ciuitatis, qui longis & angustis duobus excursibus porrigitur in mare

in mare, ita ut in ipso portus successu, nullus fluctuum  
fragor audiatur. Vnde proverbiū in eos q̄ nō audiūt.  
Stephanus meminit etia sinus cognomento Toronai,  
a quo proverbiū ductū uideri possit. Nisi qđ mare sur-  
dū uocatur, aut littus surdū, magno fragore resonās,  
ut ob strepitū undarū præterea nihil exaudire liceat

κωφότερος κίχλης. i. Surdior turdo.

Zenodot.

Adscribit surditatem huic aui peculiarē, cū sit loqua-  
cissima. Vnde cōcimne dicetur in eos, q̄ perpetuo bla-  
terātes ipsi, nō auscultat, quid uicissim alijs dicatur.

## TACITVRNITAS

Laudata.

Silentij tutum præmium.

Σιγῆς ἀκίνδυνος γέρας. id est.



Vtum silentij præmiū. Horatius.

Est & fidelis tuta silentio Merces.

Silēdo nemo peccat, loquēdo per-

sepe. Nam nulli tacuisse nocet,

nocet esse locutum. Vale. Max.

hanc sententiā tribuit Xenocrati.

Quia dixisse me, inquit aliquādo

Poenituit, tacuisse nunquam.

Mulierem ornat silentium.

Sophocl.

Γυναικὶ κόσμοιρ ἡστιγὴ φέει.

i. Decus addit usq; fœminis silentiū. Seruius. Mulier  
aīal natura loquax, nulla re magis cohonestatur, q̄ silē-  
tio, maxime apud uiros cum de rebus seruis agitur.

Alia committenda, alia cœlanda.

Homerus

Ne temere quiduis apud quemuis effutiendum, at  
nec familiaribus arcana omnia proferenda sunt. Ad  
hanc sententiam quadrat illud Homeri,

Dicendum

## T A C I T U R N I T A S.

Dicendum est aliud, contra est aliud reticendum.

**Teretius.** Quod scis, nescis.

Teren. in Eunicho. Tu pol si sapis, quod scis, nescias.  
Idem in seipsum excruciantem. Nescias quod scis, si sapis. sumptum à dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scyri proponi solent. Facio et non facio. Sum amicus et non sum amicus. Quale est et plautinum illud. Vbi sum, ibi non sum. Hoc iam prima quod aiunt fronde uidetur enigma. Sed interpretatur: Vbi non sum, ibi est animus. Itaque proverbio certam in tacerendo fidem significamus, dum quis quid scit, perinde continet ac dissimulat, quasi nesciat.

**Homerus.** Qui obticescit.

In eum, qui metu attonitus, aut stupefactus admiratio ne tact. Quadrabit illud Homeri.

Illum corripuit stupor, atque infantia lingue.

**Tibullus.** In sinu gaudere.

Est tacitam apud se uoluptatem sentire. Tibullus.  
Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. Homerus.  
In tacio longe uia sinu preme gaudia nutrix.

**Homerus.** Qui continet arcanum.

In eum, qui calat arcanum, neque cuiquam effutit. Quadrabit illud Homeri. Hinc penitus dicta uocabant.

**Plautus.** Muti citius loquentur.

Plautus in Persa. Muti prius loquentur quam ego  
Ne hoc, inquit cuiquam hoī dicerem, edictū est mihi  
Magnopere, nec cuiquam homini crederem,  
Omnes muti ut prius loquerentur hoc quam ego.

## T A C I T U R N I T A S

Illaudata.

**Diogeni.**

Bάκχης τρόποι. Bacchæ more.

De tetricis

De tetricis ac taciturnis dictitari solitū, quod essent  
huiusmodi Mænades illæ, Bacchico afflatæ furore. At  
Iuuenalis rettulit ad uitā intemperantem.

Qui Curios simulant, & bacchanalia uiuunt.

Magis mutus quam pisces.

Αφωνόπερ θύωμα.

Id est, Magis mutus ipsis piscibus. De uchemeter in-  
fantibus, atq; infuscundis. Conuenet in hominē immo-  
dice taciturnitatis. Pisces enim nullam edunt uocem.

Βάτραχος εἰσερίφι. Rana Seriphia. Plinius.  
In homines mutos, & cantandi, dicendiq; prorsus im-  
peritos dicebatur. Inde natū, quod Seriphia ranæ in  
scyrum deportatae, non edebant uocem.

Caput sine lingua.

Gellius.

Competit in eos, qui in consultationibus, aut discepta-  
tionibus ipsi quidem nihil habent quod dicant, uerum  
aliorum sententijs annuunt. Nam pedarij senatores di-  
cebantur ij, qui in senatu quidem sedebant, uerū sente-  
tiā non rogabantur, sed in aliorum sententias pedi-  
bus discedebant. A Lucilio dicti sunt Agipedes.

Κωφὸς πρόσωπος. i. Muta persona. Martialis  
Mart. Comœdi tres sunt, sed amat tua Paula Luperce

Quatuor, & κωφὸς Paula πρόσωπος amat.  
Quadrabit in eos, qui in concessu deliberantium, aut  
disputantium, aut etiā in conuiuijs cæteris loquætibus  
soli tacent. Traductum apparet a lege comœdiarum,  
in quibus non temere plures tribus persone solent in-  
duci in eadem scena. Quod si quando quarta accesser-  
it, aut muta prorsus est, aut per pauca loquitur. Mu-  
tas nuptias dixit Pindarus pro clancularijs.

Muti magistri.  
Mutos magistros libros sentiens, qui loquuntur quidē  
nobis.

## T A C I T U R N I T A S.

nobis. Nec ille pide profecto literæ, muti uocātur præceptores. Deniq; Tullius legē appellat mutum magistratū, magistratū legem loquentē, et Plutar. poësim appellat picturā loquentē, et picturā, mutā poësim.

Suidas.

Mutus magis quam scapha.

Συσομώτερος σκάφης.

Id est, Magis linguis, quam scapha. De ijs dici consuevit, qui propter humilitatem conditionis apud præstantiores non audet hiscere. Natum hinc aiunt, quod olim inquilini, et hospites alienæ Reip. ludis populibus, in pompa incedebat nauim gestantes. Nam uti non conuenit in aliena ciuitate curiosum esse, ita nec tutum est liberioris esse lingue.

Zenodot. Αφωνία πτοχιών. Mutus Hipparchion Vbi quis repente obmutescit, cum maxime uox illius expectatur, id quod non raro consuevit quibusdam in cœtu dicturis euenire, ut subito uelut attonitis uox faucibus hæreat. Narrat olim apud Gr̄ecos duos precipuos fuisse citharœdos. Hipparchionē et Rufinū, q. inter se decertaturi, cōtigit, ut Hipparchion theatrī strepitu turbat⁹ obticuerit, eaq; res in uulgi iocū abiit

Aristop.

Ne gry quidem.

Id est, Ne gry quidem loquitur. Pro eo quod est, ne tātulum quidem. Nam gry, minimum quiddam significat, aut sordes unguium, aut uocem suillam, quā adēre soleat ij, qui grauantur sermone respondere.

Simonid.

Ακάνθη τέττη. i. Acanthia cicada.

In indoctos atq; infantes, aut musices ignaros torque ri prouerbio solitum. Autor est Stephanus Byzantius iuxta oppidum Aetolie Acanthum cicadas alibi uocales mutas esse.

Reddūdit Harpocratem.

Catullus

Catullus dixit pro eo quod est, imposuit silentium.  
Harpocrates deus ita apud ueteres fingebatur, ut dia-  
gito admoto ori, silentium indicaret, qualis & apud  
Romanos dea Angerona.

## Statua taciturnior.

Horatius

In hominem uehementer infantē, ac tacitum. Horati.  
Statua taciturnius exit. Itidem Iuuenalis diuitē quē-  
diām, sed infantem & indoctum, Mercuriae statuē si-  
milem facit. Truncōq; simillimus Hermæ.

## Taciturnior Pythagoreis.

De uehemēter taciturnis. Sumptū à Pythagoræ scho-  
lu, in qua quinquēne silentiū indicebatur auditoribus.

τὰς ἀμύκλας ἀπώλεσερ οὐ στύχη.

Vergilius

## i. Amyclas perdidit silentium.

Iunxit autem adagium Vergilius Aeneidos. 10. cū dīt.

Fuluumq; Camertem

Magnanimo Volscente satum, ditiſsimus agri  
Qui fui Ausonidum, & tacitis regnauit Amyclis.  
Eum Seruius interpres, enarrat hunc in modum. Cū  
apud Amycleos subinde nunciaretur hostium aduen-  
tus. Idq; falso, lata lege cautum est, ne quis unquā ho-  
stis nunciaret aduentū. At qui post euent, ut uere iam  
aduenirent hostes. Quod cum nemo nunciaret, pro-  
pter legis interdictū, ciuitas de improviso capta est.  
Qui casus populari ioco dedit occasionem, ut dice-  
rent Amyclas silentio perisse, si cui sua taciturni-  
tas fuisset incommodo.

## Doryphorematis ritu.

Greci δογυφόηι μανοντ satellitiū illud ex barba-  
rorū fece conductum, quod olim tyranni ad custodi-  
am corporis adhibebant, nunc à regibus magis fastus  
quam tutelæ gratia alitur: nec à regibus modo, uerum  
etiam à

## T A E D I V M.

etiam à summis pōtificibus. In tragœdijs igitur sic addebatur regum personis σόφρονις, ut astaret modo, nihil etiam loquerentur.

## T A E D I V M E X Iteratione. Diogeni.

Iterum atq; iterum ad pythum via.  
Αὐτὸς οὖ ταύτω Δόδος.

Id est, Iterum, atq; iterū Pythū uersus uia. Dictū de ijs qui molesti sunt, eadem de re iterū atq; iterū per cunctando. Quemadmodū solent ignari uiae, quēcū obuium habuerint, de uia rogare. Porro Pytho ciuitas Apollini sacra, que uisebatur à plerisq;.

Iterum tranquillitatem video.

Αὐθίς οὖ γαληνὸς.

Id est, Rursum denuo tranquillitatem aspicio. Quo significamus nos ē malis emergere, fortuna in melius committata.

Louis Corinthus. ο διός κόρηνθος.

Id est, Louis filius Corinthus. In eos dici solitum, qui semper eadem aut dicunt aut faciunt. Olim Megaren ses Corinthijs erant uctigales. Ceterū cū illorū imperium insolentius grauatum ferrent, ac defectionē pararent, missus est legatus Corinthiorū nomine, qui apud plebem Megarensem cū alia multa ferociter dixit, tum illud indignabundus, ac uociferans intonuit. Non feret Louis filius Corinthus. Id ubi sapienter, concitatus populus, succlamare cœpit, feri feri Louis Corinthū, simulq; legatū expulerunt. Erat aut̄ Corinthus hic Corinthiorū rex, ioue prognatus. ex c:

Suidas. Crambe bis posita mors. Δις κεφαλὴ Γέρατος  
Id est, Crambe bis mors est. Diaporides lib. 2. Cram bres tres species facit. Quarum primi, præter quam quod aliis

quod alias ad multa remedia efficax est, etiam ebrietas ex crapule incommoda tollit, si crudam edas ante coenam ex aceto. Suidas scribit illam antiquitus in conuiuis adhiberi solere, uerū recoctam adeo nauiscam adferre, ut Grecis in fastidij prouerbiū abierit. Quoties enim rem iterum atq; iterum repetitam non sine molestia significabant, dicebat. Bis Crambe mors, hoc est, Crambe recocta.

Eandem tundere incudem.

Est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseverare. Metaphora ducta à fabris. Cicero.

Tò ἀυτὸν ἀσθενεῖα.

.i. Cantilenam eandem canis.

De eo qui molestus est saepius eadem inculcans. Nihil enim odiosius, quam quod semper idem est.

Αὐτὸν δὲ αὐτῷ π. i. Eadem per eadem. Diogeni.

De his, qui semper eadem inculcant, aut eadem assidue faciunt.

Hyperi vertigo. Υπέρης περιτροπή. Zenodot.

Idest, pistilli circumuolutio. Vbi quis semper idē agitat, neq; quicquam tamen explicat.

Date mihi peluum. Δότε μοι λεκάνων. Suidas.

Id est, Porrigite mihi peluum. Vbi quid uchementer molestū esset, ita ut ferri iam diutius non posset, peluum sibi porrigi iubebant, quasi præbile, nauseaq; ex fastidio rerum uomituri: ueluti si quis orationem summodum indoctam non ferens, aut sophisticis næsijs offensus dicat. Date mihi peluum.

Tò ωργες σκαφή. Parni scaphula. Diogeni.

Conuenit in eos, qui ob res minutulas multū litiū, et querelarū mouent. Sumptum à Parno quopiam, q; ob nauiculā creptā, populo molestissimus fuisse legitur.

Σαρδίας

## T A R D I T A T I S.

Σαρδικονίων ὕβρις. i. Sardi venales.

De negocio infinitæ prolixitatis, atque inexplicabili.  
Idq; hinc esse ortum tradunt, quod Tiberius Sempronius Gracchus cū altero consulatu Sardiniam domuis set, tanta ex ea captiuorum adduxit, ut longa uenditio

Timeus. ne res in prouerbium abicerit.

Κατάλικυρίων πλεῖσ. i. Plures Callicyrii.

De maxima quidem illa, sed sordida hominū turba dicebatur. Callicyrii dicebantur exulum serui, qui Syracusis agricolationem exercebant. Erat autem eodem loco Callicyrii apud Syracusanos quo apud Lacedæmonios captiui, apud Thessalos penes t.c., qui uocantur, apud Cretenses Elarot.e, apud Aegyptios Hebrei. Nā et hi serui plures erant dominis, quamobrem etiam expulerunt illos.

Horatius

Nō missura cutē nisi plena cruoris hirudo  
In hoīes nimū sedulos, et qbusuis in reb⁹ immodos

Aristote.

Linum lino nec̄tis. Λίνον λίνῳ συνάπτεις.

Id est, Linum lino connectis. Huius adagij duplcam apud Graecos interpres sensum uinenio. Quorū alter est, infirmis infirma copulas, friuola friuolis. Alter, eadem non ijsdem rationibus facis, aut dicit.

Ἐπὶ τῷ εἰρημένῳ οὐρανῷ. i. Ad restim funiculū.  
Subaudiendum addis, aut reddis. Vbi quis ijsdem rebus abundat, aut similia similibus pensat.

Diogeni.

Rhodiorum oraculum. Ρόδιον ρήγον μόσ  
Id est, Rhodiensium oraculum. Vbi quis de re minuta nimium crebro, numiūq; diligenter sciscitatur. Etenim Rhodienses Lindiæ Minervæ sacrificantes, dies aliquot apud aram deæ, comuiuia prorogabant, atq; imibi perpetuo manebant. Cumq; illi mos non esset, matulam in sacrificium inserre, ac super hac re decum consuissent

*fuluisserat, atq; ut inferrent, respōdisset, illi rursus am  
bigere coepérunt, utrum æream, an testaceam inferre  
deberent: ac denuo super hoc adeuntibus oraculū, in  
dignatus deus, neutrām respondit.*

## TARDITATIS ET Cunctationis.

Nemo nos insequitur.

Hoc parœmia etiā hodie tritum manet, cum signifi-  
cant liberum esse, diutius in re quapiā morari. Nemo  
nos, inquiunt, impellit.

Romanus sedendo vincit.

Cicero.

In eos, qui tranquilli, atq; ociosi, tamen que uolunt ef-  
ficiunt, aut qui non uiribus, sed arte rem gerunt. Ex  
historia Fabij Cunctatoris natum arbitror, qui Hanis-  
balem iuueniliter exultantem, sua patientia fregit, de  
quo extat uersus ille Enni. Vnus qui nobis cunctando  
restituit rem.

Σπεῦδε Εργάζεσθαι. i. Festina lente.

Sophocles. Periculosa est præpropera prudentia. Ad-  
dendum his illud Platonis. Qui plus satis festinat ini-  
tio, serius ad finem peruenit. Quintilia. Præcox illud  
ingeniorum genus, non temere peruenire ad frugē.  
His occinendū illud Catonis. Sat cito, si sat bene. Qua-  
drabit et in illos qui præpropera famam affectant,  
maluntq; paratā ac magnam, quā solidā ac perpetuā.  
Solevit enim præcoccia subito flaccescere.

Pedetentim. κατὰ ποδὸς βάσιν.

Teretius.

Græcis proverbio dicitur, quod Latini reddiderunt,  
pedetentim, ubi quis non præcipitanter atq; inconside-  
rate, sed sensim atq; cunctanter aggreditur negotiū,  
atq; parte rem gerit magis quam impetu.

f.2.

Manu

## T A R D I T A T I S.

**Manu serendum non thylaco.**

*Manu sementem facere oportet, non autē tota corbe,  
Modus in omni re seruandus. Ductum ab agricolis.*

**Placide bos. A ἀρέμας βός.**

*Id est, Lente bos, subaudiendū, incedit, aut simile quippiam. Congruet in illos, qui placide et paulatim rem conficiunt. Equorum laus est uelocitas. Boues non ualent celeritate, sed uiribus et assiduitate pollut, non impetu. Et bos lassus fortius figit pedem.*

**Horatius**

**Caudæ pilos æquinæ paulatim vellere.**  
*Qui quod uiribus, atq; impetu fieri nequit, id tempore, atq; assiduitate conficit. Horatius in epistolis.  
Vter permisso, caudæq; pilos ut equinæ  
Paulatim uello.*

**ἵστιχω ποδὶ, i.e. Tacito pede.**

*Seu lento pede. Cum cautim ac pedetentim ad rem accedimus. Apud latinos aliquanto secius usurpatur tacito pede, profertim, ac clanculum, ut apud Ouidium. Tacitisq; senescimus annis.*

**Non statim decernendum.**

*Qui significabit interponendā morā, priusquā decer natur, et rem in posterum diem reisciendam.*

**Celerius elephanti patiunt.**

*Itaq; cumulationē immodicam, et quorundā nimis len ta molimina, his uerbis licebit significare. Porro de elephantorum partu Plautus in Sticho. Audiui sepe hoc uulgo dicier, solere elephantum grauidam perpetuo decem esse annos.*

**Zenodot.**

**Bunas iudex est. Βόος δίκαιός.**  
*Id est, Bunus iudicat. ubilis in longū profertur, nec unquā explicatur. Parœmia nata à Buna quodā Athienensi. Cū esset cōtrouersia inter Calydonios et Eleos utriq; rem*

utrig; rem ad arbitriū Bune detulerunt. Conuenerant autē, ut à manibus temperarent, donec ille de negocio pronunciaisset. Quod ubi sensisset Bumas, nec unquam de lite uoluit pronunciare.

Aκεσσειδελιώκ. i. Acessei luna.

Diogeni.

Dictum in comperēdinatores, qui nouam subinde causam cōminiscūtur, quo negotiū proscrant, à nautæ cu iusdam moribus ortum, cui Acesseo fuerit nomen. Is cū esset ignauus, ita prorogare consuevit nauigationē ut diceret se lunam magis oportunam expectare.

Laconicæ lunæ. Λακονικὰς σελήνως.

Id est, Laconicas lunas, subaudiendum causaris. De promissis aut pactis incertis, atq; infirmis dicebatur. Nam, ut diuunt, Lacones, si quando pactum auxiliū pōfcerentur, lunas causabantur, atq; hoc prætextu sufficiebant, quod, ut testatur Lucianus, legē tulisset Lycurgus, ne prælium iniirent, nisi plenilunio.

Τὰς μηχανὰς μετὰ τὸ πόλεμορ κομίζου. Brutus.

.i. Machinas post bellum adferre.

Dicebantur qui peracto negocio, sero adhiberent apparatum.

Sero venisti, sed in colonum ito.

Aduersus eos, qui post tempus aduenirēt, aut qui mercede aliquid facerent. Porro colonus est terra editior in speciem tumuli seu collis.

Quisquis tarde venit ad coenam.

Theocrit. Quisquis uocatus tardus ad coenam uenit.

Aut claudus est, aut non dat ille symbolas. Idem.

An quoquam ad coenam properas coniuua uocatus?

Et addit eos, qui uocati sunt celerius ire, qui non uocati tardius.

Κόραξ ὑστρέψ. i. Coruus aquat.

s.3.

Dic

## T A R D I T A T I S S.

Dici solitum, ubi quis non citra negocium, citraque ingenium consequeretur ea quæ cuperet. Aut ubi quis rem nouis artibus tentaret efficere. Ductum ab apolo go, de coruo congestis lapillis aquam ex imo fundo in summam uasis oram euocante.

Profectus ad apaturia, rediit Maio.  
Dici solitum in eos, qui licentius immorarentur nego cio cuiquam. Athenis festum erat, quod Apaturia uocabant, id triduo peragebatur. Meminit Suidas copio sius de hoc festo.

Diogeni. κατόπιν έορτής ήκησ. id est.

Post festum venisti.

Dicitur in eos, qui negocio cuiquam egregio non interfuerunt. Legitur ex hoc pacto. Post Panathenæa. Item, Post Pythia uenisti.

Callippides. καλλίπιδης.  
Olim proverbio dicebatur, qui in moliendis negotijs cum multa se facturum minaretur, nihil tamen conficeret, aut quemadmodum ait Terentius, qui sedulo monues sese, nihil promoueret. Callipides histrio fuit.

Δικόμπολεύδης. i. Diu delibera.  
Non statim aggrediendum negocium. Lente consulandum, at ubi statueris mature, quod opus facto, facitendum est.

Annus est.  
Seculum est, atq; id genus alia. Terentius. Et nosti mo res mulierum. Dum comuntur, dum moliuntur annus est. Et seculū est, quod nihil abs te redditur literarū. Et tēpus prēlongū huiusmodi figuris significamus.

Sic est ad pugnæ partes, re peracta veniendum.

Vbi quis negocio peracto, tum demum adueniret.

Ἐπὶ Βωμούς. i. Ad aras.

Plutarch.

Equidē opinor pīnde ualere, quasi dicas, ipso in nego-  
cio. Iuxta prouerbiū quo uetamur ad aras cōsultare.

Amea Azesiam reperit.

Plutarch.

Αμεῖα τὴν ἀργυρίαν μετὰ λθεη.

Id est, Amea ad Azesiam acceſſit. Dici consueuit de  
re diu multumq; queſita, desiderataq;. Cererē appellari Ameam, Proſerpinam Azesiam, Didymus autor  
est. Nota fabula de Proſerpina à Plutone abducta ad  
campos Elyſios, & Cerere toto orbe quærente filiā.

Ζοφογοδέστωιδες, &c similia.

Plutarch.

Plutarchus in Symposiacis ostendit olim cognomina  
quædam prouerbiali ioco iactata fuisse in eos, qui scri-  
bis ad conuiuum accederent.

Hercules hospitatur. Ἡρκαλῆς ζειγετοῦ. Athene?

Id est, Hercules accipitur. Dictitatū, ubi quis diutia  
us in conuiuio commorari uideretur, propterea quod  
qui recepissent Herculem hospitio, conuiuioque, his  
multum temporis erat opperendum, donec ille sa-  
tur esset.

Expecta bos aliquando herbam.

Μένε δέ τοι τοτὲ βοτάλω.

Id est, Expecta bos olim herbam. Dicendum ubi quid  
sero contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed  
aliquando gustatura herbam enatam. Finitimum illi.  
Et adhuc tua meſſis in herba est.

Expecta anus.

Expecta anus meum filium, te suauiatrum. Nam pri-  
usquam adolescat puer, illa deceſſerit. Confine ſupe-  
riori, cum ſera ſpes ostenditur.

Ἐπέδεται. i. Hyperberetra.

## TEMERITAS.

Dicebantur olim admodum serotina, quæcumque uix tandem aduenirent. Apud Macedones extremus anni mensis, οὐ πρόβοτε ταῖς appellabatur.

Quæ sero contingunt, sed magnifica. Quoties intelligi uolemus famam, aut præmiū aliquod serius quidem contingere, uerum hoc prestantius, ac durabilius, quo diutius dilatum ut tarditatem stabilitate, perpetuitateque compenset. Homerus. Tarda et sera nimis, sed fama et laude perenni.

Myorum ultimus nauigat.

Ἐχετε μυσῶρ τῷ λόγῳ.

Id est, Myorum postremus nauigare. Proverbiali ideo dicebatur, qui frustra laboraret. Vel ubi dura questiam imperarentur, factusque difficilia.

Intervallo perit famies, & optime perditur Mora multis rebus adfert remedium.

Summis ingredi pedibus.

Qui clanculum, aut cautim conantur aliquid.

Pulmo prius venisset.

Plautus in Epidic. Pulmo enim, quod perhibet, prius uenisset, quam tu aduenisti mihi. Dicitum est alio in letos ac cessatores. Opinor quod pulmo cum perpetuo moueat, nunquam tamen se promouet.

## TEMERITAS.

Plutarch.

Oportet remum ducere, qui didicit.

Δῆ κώδωλως ἐλούνει μαθόντα.

i. Oportet remum impellere eum, qui didicerit. Vnūqueque decet ea arte exercere, quam antea doct⁹ sit. Hora. i art.

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.

Indoctusque pile disciue, trochiue quiescit. Item.

Qui lusus non nouit legem, abstineat.

Quām

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Cicero.

Hora. Nauē agere ignar⁹ nauis, timet, abrotamū ægro  
Non audet, nisi qui didicit dare, Quod medicorū est  
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.  
Scribimus indocti, docti⁹ poëmata paſsim.

Δεπνῆ με σ' οἰδασκε. i. Coenare me doce. Aristop.  
Tempestiuiter usurpabitur, si quando docere, praēire,  
aut etiam refellere conatur aliquem imperitu nego-  
cij, de quo disceptatur.

Non suscipiendum negotium temere. Homerus  
In præpotentem, & cum quo non sit suscipienda fi-  
multas aut lis, nisi magno aliquo præsidio fulciaris,  
quadrabit illud Homeri:  
Huic certaturus non iuerit obuius ullus  
Absque deis.

Αὐτῷ οἱς χρόσιψ .i. Illotis manibus.  
Pro eo quod est, irreuerenter atq; imparate.

Diogenia.  
Nota.  
No. Mar.

Andabatæ.

Certe uox ipsa ἀνθρώπου indicat fuisse quosdam, q  
sic hostem aduersum inuaserint, quemadmodū leo pro  
catulis dimicans, clausis oculis insilit in uenantium ag-  
men. Conueniet in eos, qui temere, nulloq; indicio in-  
sestantur quippiam, aut repugnant alicui. Neq; pessi-  
me quadrauerit in eos, in cuiusmodi iocus extat Demo-  
natis, autore Luciano: Hic mulget hircū, ille suppo-  
nit cribrum, cū alter inepit proponeret, alter respon-  
deret ad id, quod propositū erat, nihil facientia.

Aedilitatem gerit sine populi suffragio. Plautus.  
Vbi q̄s iperosior est i alieno negocio, aut i ædib⁹ alienis

Inscitia confidentiam parit. Thucydi.  
Prudentia uero cunctationem. Hieronymus ad Ena-  
f.s. grium

## T E N A C I T A S.

grium ita refert: Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat. Plinius: Recta ingenia debilitas uerecudia, peruersa confirmat audacia. Quintilianus: Fortius dicunt, qui minus habent artis: quum interim eordatus orator ac periculum intelligens initio trepidet. Et qui minus sapient, minus habent pudoris. Et qui nondum didicere quid sit scire, nullius rei sibi non arrogant scientiam.

**Tertulli.** De cœlo ad synagogam.

Suspicio dici solitum, ubi quis demittit sese à summa tranquillitate in summos tumultus, aut ubi quis statim aggreditur negocium.

Ne incalciatus in montes.

Theocritus: Batte cane pedibus nudis prepere montē. Quippe rubis, tribulisq; uiret mons undique densus. Qui suscipit aliquod uitæ genus, armet sese aduersus occursura incommoda, ne pœnitentia suscepti.

## T E N A C I T A S.

Auarus nisi cum moritur, nil recte facit. Etenim qui sese pecuniae studio addixit, nulli commodus est dum uiuit. Sola mors uoluptatem et emolumentum adfert heredi.

## T E M P E R A N T I A.

**Laërtius.** Zenone moderior.

Ζένων οὐκ εὔχεται σοφός.

Id est, Zenone temperantior. Testatur et Laërtius in Zenonis uita, philosophum hunc, tum in uictu, tum in uoluptatibus Venereis usque adeo patientem ac parcum fuisse, ut crudis duxtaxat uesceretur, ac pallio praetenui tegeretur.

TEMPE,

Nunc leguminum messis.

Diogenia.

Nāw ὅσπειρη ἀμντ̄, id est,

Nunc leguminum messis, id est, nunc tempestiuū, hoc aut illud agere. Velut si quis admoneat iuuenem, nunc adesse tempus parandæ gloriæ, parandæ eruditioni, parandis opibus idoneum. Sumptum à rusticis.

Bæta tum hyeme, tum æstate bona.

Suidas.

Βαῖτη καὶ πέρι, οὐχὶ σὺ χαμῶν ἀγαδόμ. J. Bæta tum in æstate, tū hyeme bona. Suidas adscribit Bæta uestis pelliceæ genus, qđ ad utrūq; tempus uideatur appositum. Nā hycme depellit uentos, æstate sole. Iulius Pollux meminit & Bæta, inter uestes coriaceas quam ait tunicā fuisse prælongā, quæ totum cōtegeret corpus. Conuenit igitur de re ad multa usui futura: ueluti de literis, quæ iuuenes iuxta ac senes ornant. Aut philosophia, quæ rebus in prosperis arcet ab insolutia, in aduersis præstat, ne frangamur animo.

Cum cessat boreas.

Quo significabant tempus opportunum prosperæ navigationi, propterea quod austus minus uehemens oritur: definit autem perquam uehemens. Congruit cum illo: Cum pluit, molendum.

Nosce tempus. τυῶδι καλόμ.

Id est, Noueris tempus. Hesiodus:

Obseruato modum, nam rebus in omnibus illud

Optimum erit, si quis tempus spectauerit aptum.

Quam Isocrates ad Demoticum scribit, iniucundum in omni re esse, quicquid intempestiuū sit. Adeo cūstis i negocijs, plurimum habet momenti temporis & opportunitatis obseruatio.

Aliam ætatem, alia decent.

Nec idem decere canum, quod iuuenem aliquando.

Aīξ εἰς

## T E M P E S T I V A.

Αἴξ εἰς τὸ ἔορτῶ .i. Capra ad festum.  
Dici solitū, ubi q̄s in tpe ad negotiū aliquod accederet  
Munus exiguum, sed opportunum.  
Cum munus indicabimus precio quidem perpusillum,  
sed tamen accipienti pro tempore gratissimum.

Audi Chelidonem. πύρε χελιδόνω .i.  
Id est, Audi Chelidonem.i.in tempore curato tua ne-  
gocia. Quidā à theologo quodam ortū autumant, cui  
nomen Cheloni . Nonnulli malunt ad auem hirundi-  
nem referri, q̄ stridula sit avis ac lugubris, siue quod  
Veris prænunciet aduentum.

Aristote. Τοῦ λαυροῦ κορὴ δέ μὲν αἷλα δὲ ὠνειδοῦ .i.

Oleum & salem oportet emere.  
Significat opus esse nonnunquam remedijs contrarijs,  
nunc acrimonia, nunc lenitudoine.

Διός κώδιον .i. Iouis tergus.  
De re sordida quidē, sed tamen in usum aliquē seruata  
Nam olim uictimæ pellem seruabant in pompis Eleus-  
inis circumferendā, uel substernendā pedibus eorū,  
qui piaculo quopiā tenebantur ad expiationem.

Plautus. Nil homini amico ē opportuno amicius.  
Gratissimū est officiū, quod præstatut in tpe. Ediuerso  
nihil differt ab inimicitia, intempestiuā benevolentia.

Οἶκοι τὰ μλήσια .i. Domi Milesia.  
In eos dici solitū, q̄ ibi domesticū luxū celebrat, ubi mi-  
nime probatur . Nā domi liberū est unicuiq; suo more  
uiuere. Suidas hāc refert fabulā: Aristagoras quidam  
Milesius Lacedemonē profectus, postulabat ut Ionis-  
bus à Persis bellō uexatis supprias ferrent. Is autē cū  
in concionē prodiisset, insolita apud Lacedemonios ue-  
stitus mundicie, alijsq; delicijs Ionicis affluens, quidā  
ex Ephoris cum hoc dicto submonuit: Domi Milesia.

Ο φχλο

Ο φαλλός θεός .i. Phallus deo.

Dici solitū, ubi parū quidem honesta, sed tamen apta  
tribuuntur, quasi dicas: In matellā inmeiere. Phallus  
erat effigies obsceni membra virilis. Cur autem id in  
mysterijs ferebatur, causam reddit Plutarchus.

Sacra hæc non aliter constant.

Hoc adagio licet uti, si quando fatebimur culpā, sed  
que rei loco ue conueniat: ueluti si quis in balneis agat  
impudētius: aut rusticus i naui, aut i compotationibus  
ebriorū intēperatiū, aut iter mulierculas incepti⁹ etc.

## T I M I D I T A S.

Vmbram suam metuere.

Γλώ ἀντού σκιὰ μ φοβεῖθαι,  
Id est, suam ipsius umbram metuere. Dicuntur, q pue  
rili trepidant, ubi nihil omnino sit periculi.

Timidior es prospiciente.

Δελότης ει το ωρακνύ πτοντ.  
Id est, Formidolosior es eo, qui prospectat. Dicitur in  
hominem supra modum pauidum.

Δελόπερος πφσάνδρ. i. Timidior Pisandro  
Dicebatur olim ε hoc in immodice formidolosos.

Aliut aut̄ Pisandrū fuisse quēpiā prodigiosa timūditate

Επεο δελόπερος .i. Epeo timidior.  
De magnopere pauido dicebatur. Ab Epeo quopiā du  
ctum, nota timiditatis homine.

Δελός ο πλάτης .i. Timidus Plutus.  
Hmōi ei ε Aristophanes inducit Plutū oia formida  
tem, nulliq; fidentē. Neg; uero disimilē aī habitū opes  
adferunt diuitiib; cū contra paupertas secura in utrāq;  
dormiat aurem. Aristophanes uulgo iustatam indicat  
opulentie timiditatem, cum ait:

Quim id

# T I M I D I T A S.

*Quin id omnes dictitant:*

*Timidiſſimum quiddam eſſe, diuitias. Iuuentalis:  
Pauca licet, inquit, portes argenti uacula puri  
Nocte iter ingressus, gladium contumiq; timebis.  
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram.  
Cantabit uacuus coram latrone uiator.*

*In ſumma, in omni negočio formidolofior eſt diues,  
quam pauper.*

*Timidi nunquam statuerunt trophæum  
Apte dicetur in eos, q per animi ſocordiam, inertiaq;  
nihil egregium, nihil arduum audient aggredi: aut qui  
periculi metu, à magnis abſtinent negočijs. Cum inſi-  
gnis gloria non niſi magnis periculis contingat.*

**Aristop.**

*Abiecit haſtam Rhiplaſpis.  
Qui cauſæ ſue diſiſus, abiſcit animū ac deſinit contra  
conari. Aristophanes i Vefpis: Α πέρι τοῦ ἀστριδεῖ  
Id eſt, Abiecit clypeum. Declarat & Isocrates in ora-  
tione de pace, infames olim habitos, qui uel ordinem  
deſeruiffent, & clypeum abieciſſent.*

*Vel muſcas metuit præteruolitantes.  
Qui adeo ſunt timidi, ut etiam ſi forex obſtrepat,  
protinus expauescant.*

**Zenodot.**

*Rheginis timidior. Ρήγινος δελότερος  
Id eſt, Rheginis formidolofior. Xenarchus apud Ze-  
nodotum Sophronis, qui de mensibus ſcripsit, filius, in  
gratiā Dionyſij tyranni, taxauit Rhegiñēſes ut igna-  
uos in rebus bellicis, animiq; pauidi.*

*Ante tubam trepidas.*

*Id eſt, animo coſternaris, priuſquā appareat periculū.*

*Τοῦ κοκού τρέπεται χώς .i.*

*Ignaui vertitur color.*

*Nam id accidit in metu, ut uultus exalbefcat, maxi-  
me tis-*

*me timidis, uidelicet sanguine ad uitalia refugiente.*

**In pulicis morsu deum inuocat.**

*Ἐπὶ Λύκας δὲ Ηέτη Δεὸν ἐπικαλέστου.  
Id est, In pulicis morsu deum inuocat. In eos dictum,  
qui quantulibet leui de re grauiter perturbantur, per-  
inde ut in maxima.*

**Mulier imperator, & mulier miles.**

*Γυνὴ σφοτήγε, ηγετή γυνὴ σφατύεται,  
Id est, Mulier ex agmen dicit, atque ducitur. Quo-  
ties totum negocium ignavis commissum est. Natura  
non dedit imperare feminis.*

**Ελάφης ἀνή .i. Ceruinus vir.**

*Olim dicebatur formidolosus et fugae fidens magis,  
quam viribus. Ceruus inueniat, pedibus sibi qua-  
rit salutem.*

**Αλεκτριώμ ἐπιπνοδ .i. Gallus insilit.**

*Vbi quis seinel uictus, redintegrat certamen. A Gal-  
lorum certaminibus sumptum.*

**Vir fugiens, & denuo pugnabit.**

*Quo monemur non protinus abiucere animum, si quid  
parum feliciter successerit.*

**ΤΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ ιΧνη ξητεῖς .i.**

**Leonis vestigia queris.**

*Dicerium in eum, qui uerbis ferox esset, re timidus.*

**Initio confidens, in facto timidus.**

*Audax ante negocium plerung; ignavius. Videmus hoc  
usu uenire uulgo, ut qui sunt audacissimi et magnilo-  
quentissimi, priusquam apparcat periculum, ubi res virum  
postulat, ibi sint animi nullius.*

**Γλώττη πλευρίζεπ .i. Lingua bellare.**

*Dicuntur, qui magnifice conuiciantur ac minantur ho-  
sti, sed cum tutum est,*

*Cum ad-*

# T I M I D I T A S.

Cum ad sit vrsus, vestigia queris.

Αρκτου προσεισης ταχινη γνωση.

Id est, vrsi praesentis vestigia queris. De ijs dicitur, q  
timiditate praesens negotiū declinant, atq; ad alias nu  
gas dilabuntur. Translatū à formidolosis uenatoribus  
qui se dissimulant sensisse ursum, et vestigia persequi  
singunt, quo absint à periculo.

Cum ad sit via semitam queris.

Coueniet in tergiuersatores, qui quo praesens negotiū  
suffugiant, diuerticula captant.

Homerus In formidolosum.

In hominem uchementer pauidum, animoq; consternat  
tum, quadrabunt hi uersus Homeri:  
Nec mihi mens constat, sed mota uacillat, et extra  
Pectus cor salit, et trepidant quoq; corporis artus.

Idem. In fugitiuum.

Vbi quis impotenti animi cupiditate ad re quampiā in  
stigatur, praeципue parū honestā: uel magis si quis tur  
piter fugiat, in hunc quadrabit:

Hunc cynamya rapit. Cynamya est musca canina.

Ne my quidem facere audet.

Qui metu non auderent hiscere. Varro putat mussa  
re uerbū deductū à my literē uocabulo, quasi μυζη  
propterea quod muti non amplius sonare queant, quā  
my. Est enim ea litera maxime omnium muta, pra  
sertim in fine os contrahens.

Γενέθλιον.

Proverbio dicunt hiscere seu mutire. Sunt q putant  
γενέθλιον esse, uocem suillam edere.

Corinthijs non indignatur Ilium.

Κορινθίοις δὲ οὐ μέμφεται τὸ ίλιον.

Id est, incusat haudquam Ilium Corinthios. Hoc  
carmine

carmine exprobramus ignauiam alicui, qui ita se ges-  
crit, ut hostes nihil habeant, quod illi magnopere  
indignantur.

Verbis pugnas, non re.

Facile est conuicijs altercari, uerū re uincere difficile.

Λύκη ποτε ιος.

Zenodot.

Olim appellabatur formidolosus. Videlur autem com-  
posita uox ἀπὸ τῷ λύκῷ καὶ ἡ πόρη, quod pallat ple-  
runq; quibus epar est uitiatū, id quod apparet in ani-  
mantibus. Pallor autem formidolosis conuenit.

In pedes retrocedit.

De eo qui metu dat locum posteriori, et renocat  
se in tutum.

Μυσῶν λείδη. i. Myorum præda.

Aristote.

In eos olim dicebatur, q; impune à quibuslibet ledūtur  
ac diripiuntur. Ortū a Mysis, quos aiunt quondam fi-  
nitimorū incursionibus male uexatos fuisse, quo tē-  
pore Telephus rex peregre agebat.

Animus in pedes decidit.

Totus animus nūbi erat in genibus. Homerus:

Pauor ingruit ingens

Omnibus, inq; pedes animus mox decidit imos.

Trepidat in morem galli cuiuspiam.

Aristop.

Πτυοειώς τις αλέκτωρ.

Id est, Trepidat tanquam gallus gallinaceus. In male  
affectum et commotum.

Quem mater amictum dedit obseruare. Quintili.  
Pro eo qd est, pueriliter ex alieno præscripto uiuere.

Nulla candidorum virorum vtilitas.

In molles et effeminatos dictū, ac ueluti uoluptatibus  
natos. Contra, qui nigra sunt cute et hispidi, hi ma-  
gis ad magistratum allegendi.

t Teuthidum

## T O R V I T A S.

**Plutarch.** Teuthidum more.

Quidam Teuthidas putant esse, quas nos uocamus sepias. Sepia autem de genere mollium est, & arbitror huic generi cor non inesse.

**Teretius.** Scrupulum iniçere.

Sollicitudinem iniçere animo cuiuspiam. Et scrupulū eximere, est sollicitudinem tollere.

Non incedis per ignem.

Quo significabant aliquem plus satis festinare.  
Qui uersatur in re periculosa, dicitur & ipse per ignem incedere.

## ΤΟΛΕΡΑΝΤΙΑ.

**Chalcenterus.** χαλκέντρος.

Olim dicebatur insigniter patiens laborum, atq; inde fatigabilis, uelut habens ærea intestina, qualem fabula narrat fuisse Talo custodem insule Cretæ. Hoc cognomen inditum est Didymo grammatico, ob incredibilem numerū librorū, quos scripsit. Eadem de causa Origenes dictus est Adamantinus.

## T O R V I T A S.

**Aristop.** Origanum tueri. οργανον βλέπειν.

Dicebantur, qui robur & masculum animum præferebant. Suidas refert hoc carmen ex Aristophane:  
Præbebo meipsum animo uirilem, ac tuuentem origanū.  
Sumptum ab acrimonia herbae, ut respondeat illis aliis  
bi dictis, tueri sinapi aut nasturtium.

## ΤΟΤΥΜ vt nihil reliqui.

**Zenodot.** Omnia chnaumata. πάντα χναύματα.  
Id est, Omnia chnaumata. Dicebat olim, quoties omne  
negocium

negocium significabant. Χνοει μοτρε enim Græci placentarum, atq; id genus ciborum fragmina uocant Latini quoq; reliquias belli, et reliquias Danaum dicunt simili figura.

### Cum puluisculo.

Quoties omnia sic tolluntur, ut nihil fiat reliqui, ne puluis quidem. Metaphora mutuo sumpta ab ijs, qui frumentum ab area conuerrunt, non sine puluere.

Plautus in Rudentibus: Conuerret hic iam me totum, cum puluisculo. Eodem pertinet Euangelicum illud quo iubentur etiā puluerem excutere Apostoli, id est, ne minimum quidem ab eis auferre secum.

### Vna cum ipsis manipulis.

Suidas.

Αὐταὶ ἀμάλαις, id est,

Cum ipsis manipulis. Cum oīa funditus pereunt, hoc est, cum ne gluma quidem sit reliquum.

### Vna cum templis & aris.

Plutarch.

Inuocantes autē deos, addebat hæc uerba ceu solēnia: Αὔταις ἀμάλαις, καὶ βωμοῖς, id est, vna cū phanis & aris. Proverbio dici solitū, cum nihil omnino prætermissum uolebam significare.

### Ruta cæsa.

Verba sunt peculiaria Iureconsultis, abunde patet ex Pandectarum lib. decimonono, Lege decima octaua. Si ruta, inquit Vlpianus, cæsa excipientur in uenditione, ea placuit esse ruta, quæ eruta sunt, ut harena, et similia: cæsa ea esse, ut arbores cæsas, et carbones, et his similia. Ergo cum significabimus inclemensius tolli omnia, neq; quicquam fieri reliqui, uenuste dicemus: ne rutis quidem ac casis receptis, ut Iureconsultorum more loquar.

## TVMVLTVS.

### Tyria maria.

Tyria maria proverbio dicebatur, de re magnopere tumultuosa, periculiq; plena. Festus Pomp. inde natū adagium indicat: Poeni Tyro oriundi adeo potentes maris fuerunt, ut per hos omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa. Citatq; Afranum, qui scripsit de quopiam, quod Tyria maria conciret, hoc est, ingentes turbas.

## VANITAS.

### Quæ apud inferos. Τὰ σὺν αὐτῷ, id est,



A quæ apud inferos. Citatq; Aristar-  
chum autorem, idq; inde natum putat,  
quod Cratimus finxerit quendam apud  
inferos funem torquentem: asinum au-  
tem arrodentem ea, quæ ille iam tor-  
isset, atque ita maniter laborare, qui torquebat.  
Vnde cum inania somnijsq; similia significamus, apte  
dicemus adagium ex c.

**Aristop.** Deinde expurgiscebar. Εἴτα ἐγχρόμενοι.  
Id est, Deinde expurgiscebar, hoc dicto significabant  
uana fuisse quæ dicerentur. Hic iocus proverbialis etiā  
hodiernis temporibus familiaris est uulgo, quoties quæ  
memorantur uana, somnijsq; simillima uidentur.

Cilix haud facile verum dicit.

Κίλης οὐ γαστιώς ἀληθεύει, id est,  
Cilix haud facile uerū dicit. Dionysius in epistola ad  
Rufum scolasticū: Vetus uerbum est, Cilices haud fa-  
cile uerum dicere.. Quadrabit in hominem audum  
lucri, et ob id se penumero dicente non quæ uera sint,  
sed quæ utilia. Natum adagium à moribus eius gen-  
tis, quo

*tis, quo nomine nunc aulgo notant Traiectinos.*

*Cretiza cum Cretensi.*

*Aduersus mendacē mendacijs utere. Paulus: Cretēs semper mendaces, male bestie, uentres, pigri.*

*Mentiuntur multa cantores.*

*Aristote.*

*Πολλὰ ἡέρωνται κοιδοῖ, id est,*

*Multa mentiuntur cantores. In eos quadrabit, qui ad gratiā loquuntur, et auribus blandiuntur. Inde ductū g. cantores hoc modo spectatēs, ut delectent ac placeat, pleraq; canunt in laudē auditorū falsa. Nihil enī ueritate grauius, nihil assentatione suauius.*

*Fumos vendere.*

*Martialis*

*Pro eo quod est, principum benevolentiam, simulatio commendationis officio, per occasionem familiaritatis, precio uendere. Nam fumus initio quidem magnum quiddam esse uidetur, uerum evanescit ilico.*

*Martialis carmen hoc est:*

*Vendere nec uanos circum palatia fumos:*

*Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.*

*Somnium.*

*Terētius.*

*Rem futilem, inanem et nihil, somnium proverbio dicimus. Teren. in Adelphis: De argento somnium.*

*Lucianus: Oia illa, subuentanea somnia, sicut aiunt, et uerborū umbræ. Plau. Hic uigilans somniat.*

*Ne si bos quidem vocem edat.*

*Hinc dictum est, quod in analibus frequenter commoratur, bos humanam uocem edidisse. Memini legere, ni fallor, apud Platōnē non dissimili figura dictū etiam si quercus eloqueretur. Nam olim ē quercubus Dodoneis reddebat oracula.*

*Hiberæ naniæ.*

*Hierony.*

*Hiberas nanias diuus Hieronymus nugas appellat, in t. 3. præfatio-*

## V A N I T A S.

præfatione, quam præposuit Moyſi Pentateucho: quod  
multi ignorantes, inquit, apocryphorum delyramenta  
sectantur, & Hibernenias.

### Epiphyllides.

Ἐπιφύλλιδες ταῦτ' οἵ τινες σωμάτια.  
Id est, Epiphyllides sunt hæc et ampulle mere. Eum  
senarium Aristophanicū aiunt conuenire in blandilo-  
quos, et phaleris uerborum instructos magis, q̄ egrę-  
gijs factis. Callistratus omnes minutulos racemulos  
Epiphyllidas appellari scribit, q̄ sub pampinis lateant.  
Nam hinc nomen, q̄ folijs adhæreant. Est autem id lu-  
xuriantis arboris argumentum.

### Tantali horti. ταῦτα λου κύπεοι.

Id est, Tantali horti. De bonis, quibus tamen frui nō li-  
ceat, aut de ijs, quæ uideantur aliquid esse cū nihil sint.  
Nota est fabula de Tantalo apud inferos ad aquā stan-  
te, deq; pomis in caput imminentibus, cū sitiens inten-  
rim atq; esuriens neutra possit contingere.

**Diogenia.** Ἀπόλογος Ἀλκινοί. Αὐτόλογος ἀλκινός

Id est, Apologus Alcinoi. De longis et anilibus fabu-  
lamentis. Refertur à Diogeniano.

**Plato.** Ἀνικularum deliramenta. Ῥρωπὸν ὑδάθη

Id est, Anicularū deliramenta. De nugis inanibus, cu-  
iusmodi solent effutire uetulæ.

**Suidas.** Οὐς δωάτος .i. Asini mortes.

Subaudiendum narrat. Dicebatur in eos, q̄ narrarēt  
absurda, ridiculaq; dictu, cuiusmodi fuerit, si quis longa  
narratione persequatur asini pericula.

τηλεύως τίκτε, id est,

Subuentanea parit.

De uanis ac friuolis inuentis. Translatum ab aliis,  
que Venetis imaginatione concipiunt oua, sed inania,  
hoc est,

hoc est, unde non gignatur foetus. Hos conceptus potissimum accidere in his avibus, quae sunt neque uolaces, neque aduncis unguibus, cuiusmodi sunt perdix, gallina.

**Kυπαρισσίας καρπός.** i. Cyparissi fructus. **Plinius.**

De herbus dictu magnificis, ceterum inutilibus. Proverbium fluxit a natura arboris, quam Plinius lib. decimo sexto scribit natu morosam esse, fructu super uacanciam, baccis toruam, folijs amaram, odore uiolentam, ac ne umbra quidem gratiosa.

**Τυφλὸν ὄνειρον.** i. Cæcum insomnium.

De re friuola, uanaq;. Quædam enim insomnia portendunt aliquid, quædam mania sunt.

**Calidum mendacium.**

Calidum facinus, δέρματη ἔργον, pro audaci dicitur Simili figura dici solere calidum mendacium, pro audaci & impudenti. Plautus in Mustelaria: Calidum hercle audiui esse optimum mendacium.

**Pseudacria.**

Scholiastes addit apud Siculos, qui supra nares habent pustulas, quas illi uocant Τύφλεάκια siue ιόνθες pro mendacibus haberi solitos uulgo. Quim & hodie uulgo dicunt: Nasus tuus arguit mihi te mentiri.

**Dosones.**

**Plutarch.**

Plutarchus in uita Pauli Aemyli tradit Antigonum regem, Demetrii Nepotem, eo q. benigne promitteret oib[us], nec præstaret promissa, populari ioco dictum fuisse Dosonem, quasi latine dicat dabonem, quod ille quiduis potentibus respondere soleat: δώσω. i. dabo.

**Ouidius:**

Promittas facito, quid enim promittere ledit?

Promissis diues quilibet esse potest.

## VENE FICIA.

### Manci pera.

Narrant locū fuisse uicinum Hymetto, cui nomē fuerit κυλλος πηρα. Id est, Claudi mantica, in eo fuisse tenuis plum simulq; fontem, unde foeminae steriles bibebant, et fiebant fœcundæ. Suidas indicat et cōpositae dici κυλλοτηρα, admonens esse proverbiū in eos, qui artificio uim admovent naturæ. Hesychius ostendit Aristophanē in Centauro, lupanar appellasse κυλλον τηρα, quod huius nominis locus declivis sit ac præceps. Conueniet in eos, qui bulbis alijs ue medicamentis irritant libidinem. Quidam elleborō succurrunt ingenio, et quibusdam medicaminibus memoriae.

## VICES OFFICII.

Εγκεωτις ἡ μέρα

Plutarchus tradit hoc dici solitum de his, qui conuinuiū agunt aut exhibēt. Idq; inde manasse, quod olim apud Ceos mos fuerit, ut qui magistratum mirentur, epulum exhiberent populo. Quod si quando plures fuissent magistratus, dies inter se distribuebant. Itaq; cū sibi occurrerent, rogabant τις ἡ μέρα. Id est, Quis dies? Ea uox in uulgi iocum cessit.

Αἰτημα τὸ τάξιμον i. Ordinem deserere. Ordinē deserere dicitur, q; deest officio suo i re quapiā peragenda. Ducta allegoria ab his, qui stant in acie.

Plautus.

Pensum persoluete.

Est tuas implere partes, debitoq; perfungi officio.  
Translatum à lanificio muliebri, in quo singulis certum lane pondus, in opus distribuebatur.  
Varro: Nos nostrum pensum absoluimus.

Contribulís factus serua ordinem.

Posteaquam ascitus es in ordinem aliquem, fungere tuo offi-

tuo officio, quemadmodum & ceteri faciunt.

## VICTORIA VTRIS. que tristis.

Flet victor, victor interiit.

Quoties utraq; pars magno suo malo discedit, ita ut plerumq; solet in bellis accidere. Item in litibus forenibus, in contentionibus.

Testa collisa testæ.

Cum duo conflictantur utriusq; malo. Aristophanes. Καὶ τίθος πληγεῖς ὑπὸ ὀργῆς κανθάκωσε μπίθῳ Id est, Ac recalcitrans per iram testa testā uulnerat. Talis est fere cōflictatio regū, inter se belligerantiū, qualis ollæ cum olla collisio. Non nunquā perit uterq;.

Victoria non incruenta.

Facit hoc tum corruptela iudicū, tū patronorū rapacitas, ut ferè litigantiū utræq; partes plectantur, adeo ut non raro poeniteat etiam cum, qui uicit litem.

## VINCERE ET VINCI.

Palmam ferre.

Palmam ferre, ex palmā tribuere, ex palmam præcipere, proverbiali schemate dictæ sunt. Neq; enim palma per se uictoriā significat, sed arborem εὐτελόν φυλλοφ, Id est, perpetuo uirentem frondibus, quam Greci φοίνιξ uocant. Sunt qui putent hanc arborem initio Phœbo sacram fuisse ante laurum, ex antiquissimum uictoris insigne fuisse palmam, non aliam quā plam arborem.

Móv Q. θέωρ εκράτη. Solus currens vicit. De ijs qui uincunt, nemine contra certante. Translatum à stadijs. Nihil autem est negocy uincere si nemo tecum t.s.

## V I N C E R E.

tecum certet.

Extremum occupet scabies.

Olim pueri certantes, clamare solebant: Occupet extre-  
mum scabies, adhortates hac uoce singulos ad cur-  
sum, ac male precantes ei, qui fuerit omnium postre-  
mus. Horati. Occupet extremum scabies, mihi turpe  
relinqui est.

Αγρωτος ονταρχησωε κουκενει. i.

Inuulnerabilis es, ut Cæneus.

De his, qui ledi nō possunt. Est in poëtarū fabulis, Cæ-  
neum munere Neptuni nullo telo uiolari potuisse.

Αντόθερη κατάβολαι.

Id est, Hoc ipso depone loco. Aristides in Pericl. iam  
de loquacibus o Plato, ignavis, ac timidis, protin⁹ de-  
pone, ne forte aliqs deus aliis Troianos erigat. Vsi⁹  
erit quoties statim & absq; mota iubemus aliquid ex-  
hiberi, ueluti probationem eius quod dixerit aliquis,  
uel promissum, vel specimen artis, in qua glorietur se  
se pollere. Vsurpatur & apud Platonem.

Cicero.

Dare manus.

Est se uictum agnoscere. M. Tullius. Ad extremum  
det manus, uinciq; se patiatur.

Fest. Pō.

Herbam dare.

Est uictorem agnoscere, ac se uictū fateri. Inde summa  
ptum, quod ut est autor Festus Pompeius, id erat pa-  
storalis uitæ indicium, propter ea quod antiquitus cur-  
su, aut alio quopiā certamine superati, herbam ex eo-  
dem statim loco decerp tam, aduersario porrigebant  
uictoriae agnitæ symbolum.

Harena cedere.

Pro desistere à certanunc, et uictoriam ultro concede-  
re. Translatum à pugna gladiatoria. Sic & Horatius  
Iā Scy-

## VINCULUM INSOLVILE. 328

Iam Scythæ lasso meditantur arcu Cedere campis.

Hastam abincere.

Cicero.

Est cause diffidere, et contentionē relinquere. Tran  
slatum à militia.

Mea est pila.

Id est, vici, et uoti sum compos: aut res mihi in ma-  
nu est. Consimili figura dixit Plautus in Casina. Sed  
si hera nunc uult facere officium suū, nostra omnis lis  
est, id est, uicimus.

Quid nisi victis dolor?

Vsurpandum ubi palam fit in contumeliam quippiam.  
Huc allusisse uidetur Plautinus Ballio. Væ uictis, cum  
victus uel inquis conditionibus parere cogitur.

Victi non audent hiscere.

Plutarch.

Νικώμενοι ἔνδειγος τῇ ἀγρυπνίᾳ δέσποται.

Id est, Qui uincuntur silentio uincti sunt. Conuenit  
cum superiori.

Ἄρε δάκτυλομ. i. Tolle digitum.

Victum te fatere. Nam hoc signo qui in conflictu suc-  
cubuisset, τὸν ἄγαν agnoscebat. Persius. Nil tibi con-  
cessit ratio: digitum excre, peccas. Hierony. En tollo  
manum, cedo, uicisti.

## VINCULUM Insolubile.

Ηφαίστου οὐσιός. id est.

Suidas.

Vulcanum vinculum.

Vbi quis nodis inextricabilibus esset illigatus, Vulca-  
nijs uinculis teneri dicebatur. Sumpta denominatioē  
ab adamantinis illis uinculis, quibus apud Homerum  
Vulcanus Venerē et Martē sic irretiuit, ut quo magis  
se conarentur explicare, hoc magis inuoluerentur.

VIS IN-

# VIS INVSTA.

Leonis catulum ne alas.

Admonet ad agium non esse fouendā potentiam, quae leges possit opprimere, quod si forte talis quispiā extiterit, non esse ē Repub. decertare cum illo, quē neque as nisi magno reipublice malo deuincere. Tyrannus aut ferendus est, aut non recipiendus.

Leonina societas.

Est, cum omne commodum ad unum aliquē redit, reliquis ui fraudatis. Natum apparet ex Aesopi Græci apolo, de leone, asino, et uulpe.

Aristote. Αττικος πάροικος. i. Atticus aduena.

In uiolētos, et feroceſ uicinos dicebatur. Durys apud Zenodotum ait ex Atticorum moribus natum, quod olim finitimos ē ſedibus suis exigere cōſueuerint. Pro inde proprie quadrabit in eos, qui ita nuper in manus aliquod aſciti ſunt, ut ſuperiores eijciant.

Centaurice. Κενταυρικῶς.

Id est, Centaurice fieri dicebatur, quod immaniter, ferociter, inciuititerue fieret, ſumpta uoce à Centauroſ rum moribus. Aristophanes. Quis oſtium pulſauit ita Centaurice?

Suidas. Αρης τύραννος. i. Mars rex.

In principē qui ui, non legibus Remp. tractat.

Diogenes. Αγροῦ ἡ πόλις. i. Rus ciuitas.

Vbi quis in urbe neglectis legibus, ui, proq; ſua libidine rem gerit. In ciuitatibus enim legibus ex equo uitetur, in agris licentius agitur.

Hospes indigenam. ἔπιλυς τὸν ἐνοικοῦ  
Id est, Aduena inquilinum, ſubaudiendum εξέβαλεμ,  
id est, eiecit. Uſus fuerit, cum alienæ professionis quipiam alium in propria uincit arte.

Αγεωμένης οὐδὲ γένεσις.

Admonet

Admonet iniquum non admittendū. Vnde Lycurgus arithmeticen cēu popularē ac turbulentā eiecit ē La  
cedemone: geometriā induxit, tanquā modestē oligar  
chiae, et legitimo regno conuenientem.

Priusquam sortiaris, communia deuoras. Aristop.

Πειρ λοχεῖη, τὰ κοινὰ κατέθεις.

Id est, Priusquam sortitio facta sit, communia deuoras.

In eū cōpetit, qui non expectata partitione rē inuidit.

Anivitae κινήσ. i. Non mouenda moues.

Quadrabit aut in eos, qui moliuntur ἀδίκωτοι  
aliquid, aut quires sacras uiolant, aut qui pacia mu-  
tante, siue qui conuicijs incessanter eos, quibus ob autoris-  
tatem debetur reverentia.

In antrū haud legitimū stimulū impingis Plutarch.

Εἰς τρυπαὶ λίλων οὐχ' οστίλων κέντρον ωδεῖς.

Id est, In foramen haud licitum, stimulum trudis. Di-  
cterium Sotadis in Philadelphum, qui sororem Arsia-  
noën exemplo Louis uxorem duxerat, quo quidē dicto  
offensus ille, capitī supplicium sumpfit.

Abstinenda vis a regibus.

Qui dicet haud temere manū immittendam in rea-  
ges potentes, aut uiros deo dicatos.

Κέσκον οἰκησ. i. Cescon habitas.

Zenodot.

In stupidum ex bardum dicebatur. Cescos Pamphyliae  
ciuitas, cuius ciues ob uerordiā, stultitiāq; uulgo male  
audiebant. Luxta Cescum urbē fluius erat, cui nomē  
ἐγός, id est, amens.

Κυκλώπιο βίο. i. Cyclopica vita.

Strabo.

Pro uita uehementer effera, ac barbara, quæ neq; legi-  
bus, neq; disciplina ciuili constet, neq; religione deo-  
rum gubernetur.

Cyrrna terra. κυρνία γῆ.

Id est,

## VITA HOMINIS.

**I**d est, Cyrnia tellus, dicebatur regio latrocinijs insa mis, cuiusmodi ferunt olim fuisse Cyrnum. Est autem Cyrnus insula quedam ob latrocinia nauigantibus inaccessa. Proverbium non inepte detorquebitur in hominem alieni rapacem ac uiolentum.

**Suidas.**

Αέρ πεδ' ου. i. Martis campus.

In eos torquebatur, qui militari confidentia prædicti uiderentur, quicq; rem ui, non iudicio gererent.

**Lucianus**

**I**n caput præcipitari. Ετοι κεφαλή ωθεῖσθαι  
**I**d est, In caput impelli. Hoc est, præcipite dari, dicabant cum, qui per summā contumeliam expelleretur, uel qui funditus perderetur.

## VITA HOMINIS misera & breuis.

**Cicero.**

Πομφόλυξ ὁ Ἀιθρωπος. i. Homo bulla.  
Proverbium hoc admonet, humana uita nihil esse frugilius, nihil fugaciū, nihil manius. Est enim bulla tumor ille manus, qui uisitatur in aquis momēto temporis evanescens simul et evanescens.

**Diogeni.**

Σπιθαμή τὸ δισ. i. Spithama vitæ.  
Hoc est, Modus uite perpusillus. Proverbialis est figura mutuo sumpta à rerum mensoribus, apud quos Spithama seu palmus, digitos duodecim cōmet, quātū ferme longissimo digitorū porrectu cōplecti licet. Quin hodie quoq; puifillum homunculū, palmum hominis appellant idiotæ nostrates.

**Plutarch.**

Στιγμὴ ζώντος. i. Punctum temporis.  
Simili figura dixit Terentius: Tum temporis ad hoc punctum mihi est, id est, spacium breuiissimum. Apud mathematicos enī punctū indiuisibilis quedā pars est linea. Plutar. de puc. inst. Temporis punctū est oīs uita Optimum

Optimum non nasci.

Cicero.

Plinius secundus in præfatione. 7.lib. Itaq; multi extitere, qui non nasci optimū censerent, aut quā oxyssia me aboleri. Senserūt ueteres uitā humanā per se misericordiam ex calamitosam esse. Proinde Homerus. οὐλούς λεγοταί, id est. Miseros mortales appellat.

Dimidio vitæ nihil differunt felices ab infelicibus.

Plutarch. Cum exiguum tempus uitæ datū sit hominibus, somnus uelut foenerator dimidium eius aufert. Præterea felicitas iuxta Philosophos, sita est in actu rationis per habitum uirtutis, somnus autem est quietus animi, bonis pariter ac malis communis.

Κρέσιον οὐδὲ πωπόνιον. i. Utilis homo.

Id est, Mollis, imbecillus, fragilis. Ductum à uasis testaceis, quæ facile comminuantur.

Στυπφόμ γράποντιον. i. Stupa seniculus.

De uiribus efficto sene. Sumptū a ligno, quod iam exaruit, exuccumq; redditum est, et marcidum, in stipule morem.

Vita mortalium brevis.

Homerus

Qui monebit dandam operam, ut apud posteros honestæ uitæ memoriam relinquamus, que perpetuo uiuat nam hanc uitam angustis circumscribat esse terminis accommodabit illud. Ast hominis brevibus spacijs constringitur æcum.

Ἐφημέριος ζωῆς. i. Ephemeris vita.

De ijs qui statim emoriuntur, aut pereunt, ab animalibus que sic appellantur, quod ultra diem non uiuant.



VLTIO MALEFACTI.

Κυνός σκύλων. i. Canis vindictam.

Macedoniæ

## VLTIO MALEFACTI.

Macedonicum adagiū in eos, qui pr̄eter expectatio-  
nem pœnas dant ijs, quos aliquando læserunt. Valerius  
Maxi. refert Euripidem cum ab Archelao rege Ma-  
cedonum coene adhibitus fuisse, domū à conviuio re-  
petentē, à canibus fuisse discerptū. Eos canes ab æni-  
lo quopiam immisso fuisse, confirmat Aulus Gellius.  
Canis vindictam, subaudiendū passus est, aut aliud cō-  
modi⁹. Videtur hinc fluxisse, quod hodie pāsim apud  
Germanos dictitat, ubi quid accidit incommodi certi,  
incerto autore: quodq; nemini pōsis imputare, id ca-  
nis accidisse morsu.

**Terētius.** Ornatus ex tuis virtutibus.

Terentius in Adel. ironice loquitur. Si regnum possi-  
derem, ornatus essem ex tuis uirtutibus. Id est, habe-  
res præmia tuis factis digna.

Εὖ γε θεὸς τὸ μὲν ἀλητρόπ. i. Reperit deus nocentē  
Cum ultio cōtingit improbis, quasi diuinitus immissa

Sero Iupiter diphtheram inspexit.

Ο Ζεύς κατέσθιε χρόνιον εἰς τὰς διφθέρας.

Id est, inspexit, & si sero, pellem Iupiter. Senarius  
proverbialis in eos, qui sero quidem, sed aliquando ta-  
men pro malefactis dant pœnas. Antiquitas enim crea-  
didit louem omnia in sua diphthera, hoc est pelle cas-  
prima scribere, ac multa quidē pro tempore disimula-  
re, uerum aliquando de improbis pœnas sumere.

**Sophocl.** Αεὶ πᾶς δένει τερπνά. i. Semper virgines furiae.  
Proverbium obscurius deterret à peccāto. Erinnas  
enim malefactorū ultrices corrumpi non queunt, quo  
minus pœnas sumant de ijs, qui cōmeruerunt, atq; hac  
gratia dictæ virgines.

Mali bibunt improbitatis fecem.  
Dici solitum, ubi pœna maleficiis digna meritis conti-  
giasset.

gisset. Itaq; uoluptatem ex malefactis perceptam, dolor supplicij consequitur.

Sus acina dependes.

Αποτίσθ χοῖς γίγαροε.

Id est, Acinos sus improba pendes, Lues quod admisisti, reddes quod abstulisti, non sine sc̄enore. Quadribit ubi pusillum commodi, magno dependitur malo. Natū apparet à rustico quopiam, qui uerbis hisce cōminatus sit sui pascenti racemos.

Placiadæ.

Plutarch.

Πλακιδοῖς Σέλαχοι.

Id est, Placiadæ etiam Stelæū. Plutarchus ostendit dici consueisse de deprehensis adulteris, & contumeliose, sicut merentur tractatis. Vicus est quidam Atticæ regionis, cuius incolæ Placiadæ uocātur. Apud hos moris erat, ut qui fuissent in adulterio deprehensus, ignominiosas pœnas daret, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos mire magnitudinis esse dicuntur. Quod si raphani forte non fuissent ad manum stelæo utebantur, id est, ligonis ligno.

Hipparchorum tabula.

Zenodot.

Ιππαρχωμ πίναξ.

Dici cōuenet, quoties haud impune futurū significamus, si quid peccetur. A Syracusanis natum adagiū Apud hos enim mos erat, ut Hipparchi, hoc est, equitum præfeti in tabulis describerent militum nomina qui ordinem deseruissent.

Habet.

Teretius.

Cum obtigit alicui quod expetiuit, aut quo dignus est Habet quod amet, similes habent labra lactucas. Sumpturn autem ab aucupantibus, pescantibus. &c.

Longæ regum manus.

Ouidius.

## V L T I O M A L E F A C T I .

Quod ab Ouidio scriptum est. An nescis longas regibus esse manius? Nimirum quod per suos quibus brachiorū uice utuntur, possint etiam procul dis̄itos affigere. Potest & ad tempus referri, quod reges etiā si diutius dissimulent, soleant tamen aliquando poenā sumere de ys, quibus infensi fuerint.

Scarabeus aquilam querit.

Kέρθης ἀετὸν μαίεται.

Id est, Scarabeus aquilam querit. Cum imbecillior, atque impotenter, mali quipiam molitur, struitq; insidiā inimico longe potentiori. Est & altera lectio. Scarabeus aquilæ obstetricatur. Sensus ferme idē est. Super hac refertur apolodus apud Græcos non incle-gans, quem Lucianus indicat Aesopicum esse. &c.

Diogeni.

Promeri canes.

Dici solitum, ubi quis nouo casu poenas daret ijs, quos aliquando lœsisset. Promerus regius quidam minister fuit. Is Euripidem tragicum poëtā, supra modū exossum habebat, delatus ab eodē aliquando, nescio quo nomine apud regē. Quare postea canes quosdā feros in poëtā soluit, a quibus ille deuoratus interiit.

Zenodot.

Cissamis Cous.

Κισσαμίς κώς.

Id est, Cissamis Cous. Hunc aiunt pecuarijs gregibus supra modum diuitem fuisse, Verum anguillam quotānis apparere solitam, quæ pulcherrimam omnium percūde raperet. Ea cum in somnis apparēs hominem cōmonuisset, ut sepeliret sc̄se, & ille negligeret, cuenit ut tū ipse, tū uniuersum illius genus radicitus interieret. Et hoc prouerbium Delium aliquem requirit.

Improbī consilium, in extremum incidit malum.

In cum

In eum, qui posteaquam diu peccauit impune, tandem in calamitatem incidit, ut poenas omnium scelerum dependat.

### Ibyci grues.

Aἰ βύκος γέρανοι.

Id est, Ibyci grues. Quod dici consuevit, quoties sceleribus nouo quodam ex improviso casu proditis, scelasti poenas dant ipsis, quos læserunt. Id ex huiusmodi quodam euentu memorant. Ibycus poëta quidam, cum in latrones incidisset iam occidens, grues forte superuolantes obtestatus est. Aliquanto post tempore, cum ijdem latrones in foro sederent, rursumq; grues superuolarent, per iocum inter se susurrabante in autrem. Ad sunt Ibyci ultores, cum sermonem assidentes in suspicionem rapuerūt, maxime desiderato tā pridē Ibyco. Rogati quid nam sibi uellet ea oratio, hæsitanter atq; inconstanter responderunt: subiecti tormentis facinus confessi sunt. Atq; ita uelut gruū indicio poenas Ibyco dederunt, ac potius suo ipsorum indicio, ut dicitur, perierunt. Menūnū huius adagij Ausonius in monosyllabis. Ibycus ut periret, uindex fuit altiuos lans grus.

### Dijlanios habent pedes.

Plutarchus in problematis scribit Tyrijs fuisse morē, ut deorum statuis uincula iniacerent. Acnigma propter huius indicat, deos ad scelerum ultionem lente quidē procedere, sed tamen aliquando de malefactis poenam sumere uel inopinato.

### Oetæus genius.

Οἰταῖος δοξίμων.

Id est, Oetæus genius. Diogenianus ait hūc ferociam & arrogantiā non sinere multam. Nec præterea u.2. quicquam

Diogeni.

## V L T I O M A L E F A C T I.

quicquam ascribit. Est autē Octa mons finitimus Tra  
chini, atq; eodem nomine ciuitas Meliensium.

Strabo.

Aderit Temesseus genius.

Strabo lib. 6. refert Temessam ab Lao primam urbē  
esse Brutiae, quā ab Ausonijs conditam, Thoantis comi  
tes Aetoli deinde tenuerint, atq; his expulsis Brutij:  
demum Hanibal & Romani funditus cuarterint. Iu-  
xta hanc sacellum fuisse oleastris circumseptum Poli  
te cuidam ex Ulyssis comitibus sacrum. Hunc, quod  
esset à Barbaris uiolatus, graues iras in eos exercuisse  
ad eo ut in proverbum ibierit, dicerentq; cauendum,  
ne Temesseus genius immineret.

Zenodot. Adraстia Nemesis, Rhamnusia Nemesis.

Ἄργεσδε νέμεσις.

Id est, Adraстia Nemesis, subaudiendū, adeſt, aut ade  
rit, aut eiusmodi quipiam. Licebit uti uel in eos, qui  
bus ob insolentiam, arrogantiamq; fortunæ commuta  
tionem minamur, uel qui à rebus florentibus, ad cala-  
mitosam fortunam redacti sunt. Hanc quidam Neme  
sim déam esse putant, insolentie & arrogantie vindi  
cem, quæq; spes immoderatas & uetet, et puniat. Stra  
bo tradit eam Adraстiam dictā, ab Adraſto rege, qui  
primus huic templum constituerit.

Ad deorum aures peruenit.

Εἰς θεῶν ωταὶ ἡλθερ.

Id est, Ad deorū aures peruenit. Vbi facimus aliquod  
clanculū patratū, resciscitur ab ijs, qui possunt uel re-  
munerari recte factū, uel punire secus admissum. Idē  
Ad nostras aures peruenit.

Hierony.

Bos laſſus fortius figit pedem.

A ueteri tritura more ductū apparet, cum circumca  
ctis à bubis super manipulos plaistris, grana excutie  
bantur

bantur, partim à rotis in hoc armatis, partim à tauro  
rum ungulis. Potest allusum uideri ad hoc, quod iuue  
nes corporis agilitate præpollent. Senes in stataria  
pugna, ac uiribus superiores sunt.

Euenit malo male.

Homerus

Cum scelerato cuiquam euenit, quod omnes impreca  
bantur et optabant. Vsurpabitur illud Homeri.  
Explerunt inimica precamina diui.

Salis onus vnde venerat, illuc abiit.

In eos qui parta tueri nequeat. Aut in eos, quibus ma  
le parta, male dispereunt. Natum adagium ab euenu.  
Negociator quidam nauem onustam sale uehebat, nau  
is dormitantibus influxu aquæ marinae, sentina uehe  
menter adacta, et salem uniuersum soluit ac corru  
pit, et nauem ipsam demersit, itaq; quod ex aqua ma  
rina natum fuerat, nam hinc concrescit sal, in eandem  
denuo liquefactum est.

Ἐχει καὶ μῆρα τολμῶσ. i.

Habet & musca splenem.

Simillimum illi. Et pueri nasum rinocerotis habent.  
Item illi. Inest et formicæ bilis.

Αγόμενοι διὰ φρατόρων οἱ κύωμ.

i. Ductus per phratores canis.

Vbi quis inciderit in eos, qbus poenas det. Canis enim  
apud hos protinus occiditur. Apud Athenienses po  
pulus in tribus erat distributus, uniuscuiusque tribus  
tertia pars φρατρία dicebatur, et huic præfectus  
φρατρίας. In comitiis igitur si quis canis intercur  
rit, continuo petebatur a populo.

Inuitus Iuppiter nouit.

Ἄκωμ μενοὶ οἱ ζεὺς οἰδέπ.

Id est, Inuitus quidem Iuppiter nouit. Vbi quis pollu

u.3. cetur

## VLTIO M A L E F A C T I .

cetur quippiam sed inuitus. Mihi uidetur recte quadraturum, ubi serius poenas dant nocētes. Etenim qui sero dat aut punit, grauatum id facere uidetur.

In tergore bouis desedit. Επὶ Εὔρων ἐκαθέζετο  
Id est, In tergore bouis desedit, id est, supplex implorat auxilia. Natum adagium à consuetudine uernacula Scythis, quemadmodum testatur Lucianus in Tōxaride. Nam apud hos si quis forte læsus esset, neque suppeteret ulciscendi facultas, immolato bove, carnes minutim sectas coquebat, ipse in tergore humi strato sedebat, manibus in tergum reductis. Idq; maximum supplicādi genus apud illos habebatur. Accedebat qui cunq; uellet opitulari, et carnium portione gustata, dextroq; pede tergori imposito pollicebatur pro uiribus auxilio futurum. Atq; hoc fœdus apud Scytas fallitissimum habebatur.

### Inest & formicæ, & Serpho bilis.

Ινεσι κάρη μύρμυκι κάρη στέφω κολπή.

Id est, Formicæ inest sua bilis, et Serpho sua. Nullū est animal tam pusillum, neq; tam inuolidum, quod lacebitum, non cupiat ulcisci sese. Serphus minutū animal est non dissimile formicæ.

Stultus, qui patre caeso liberis pepercit.  
Erit usus adagio quoties admonebimus, aut non esse prouocandos homines, aut ita conficiendos, ne in posterum reliquæ nos exerceant.

Nūn dñe i mānoegs. i. Nunc dñi beati.  
Vox erat uelut adgaudentis et adgratulatis, quoties nocentibus supplicium meritis dignum contigisset, perinde quasi dijs et iucundū et honestum sit, ut scelerati dent poenas. Cōtra probrosum si uiris improbis res secundæ sint.

Avḡ 501

Ανάσοι γέδε ωάντα λέπαργε. i.

Super te haec omnia Leparge.

Hemistichium heroicum dici solitum in eum, cui ne post laborem quidem exhaustū datur respirare. Trās sumptum à bubus, quibus perfundis iam agricolandi labore labor is etiā reliquias est, ut aratrum, reliquias instrumenta domū referant. Ea solent imponi, qui sit ē duobus robustior. Taurum autem λέπαργον appetat, ob candorem pili.

Anus simia sero quidem.

Anus simia sero quidem capit, sed tamen aliquando capit. Vbi uersutus aliquis, qui diu eluserit, tandem dat poenas.

Boliti pœnam.

Βολίτς δίκιος.

Id est, Boliti pœnam, dicunt, ubi quis de refrinola, nī biliq; plectitur. Bolitus autem Græcis significat ster-  
cus bubulum. Porro Solon legē tulit que pœna mina-  
batur etiam ijs, qui bubulum stercus furto sustulissent

Vel capra mordeat nocentem.

Diogenes

Καπούζ δάκη ἀνδρος πονηόμ.

Id est, Mordebit uel capra nocentem. Nam capra mi-  
nime aliqui mordax est, nisi quod improbis omnia  
sunt infesta.

Virum improbum vel mus mordeat.

Καπούζ δάκοι ἀνδρος πονηόμ.

Id est, Vel mus mordeat uirum improbum. Quo si  
gnificatum est, quacumq; ratione uindictam non decen-  
se malis, sed eas aliquo pacto meritas dare pœnas. Co-  
petit ergo in eos, qui de re quantūvis friuola rixam mo-  
uent, seq; lajos queruntur.

In me haec cudetur faba.

Terentius.

## V L T I O M A L E F A C T I .

Terentius in Eunicho. At enim isthæc in me cuditur fabæ. Hoc est in me malum hoc recidet; in me hæc uim dicabitur culpa. Translatum uel à faba, quæ cum filia quis exuitur, ac batuitur, aut fustibus intertunditur, ita ut sit in areis more rusticorum.

Ob textoris erratum.

Ob textoris erratum, hypetes uapulanit, cū quod hic peccauit, alius dependit.

Aesopicus sanguis.

Ἄισώπῳ οὐαῖον.

Id est, Aesopicus sanguis. Delphi Aesopum quendam nihil commeritum interemerunt.

Homerus Deus vlciscetur.

Cum significabimus nobis in præsentia deesse facultatem depellendi, uerum optare, ut superi puniant alii quando, usui fuerit illud Homeri.

Ast equidem immortales implorauero diuos,  
Sifors Iuppiter ipse uices aliquando reponat.

Flagitorum turpis exitus.

Cum res perperam instituta, male cedit. Conueniet illud Homeri. Haud bene succedunt facta improba.

Plautus. Male parta, male dilabuntur.

Plautus in Poenulo. Male partum, male differit. Ecce stus Pompeius ex Nevio citat.

Diogeni. Mala proditio.

Κακὴ πρόδοσις.

Id est, Mala proditio. Vbi quis pactam mercedem non accipit cum turpem præstiterit conditionem.

Malis ter mala.

Τοῖς κακοῖς τρὶς κακά.

Id est, Malis ter mala. Hoc est, digna dignis eueniunt.  
Miseram

Miseram messem metere.

*Est pro malefactis luere poenas. Ut sementem feceris,  
ita et metes.*

Canis saeuens in lapidem.

*In eos, q mali sui causam imputant, non ipsi autori, sed  
altri cuiquam.*

Canis peccatum, suis dependit.

*To κυνός κακόμ, ὃς & τέτισε, id est,  
Canis malum, suis dependit. Quoties pro ijs, quae pec-  
cauit alius, alius dat poenas.*

Fortis in aliud fortiorum incidit.

*Vbi quis nimium fretus suis uiribus, aliquando nanci-  
scitur, a quo uincatur.*

Ne spina quidem vulnerabit bonos.

*Μηδ ἄκονδα αλύχη τὸν διγαδούς .i.  
Ne spina quidē vulnerabit bonos. Nemo molestus fue-  
rit innocentia. Nam spina natura pungit quilibet. Sed  
ubiq; tuta est innocentia, uit. eq; integritas.*

Sui cuiq; mores fingunt fortunam.

*Viro bono fortuna suppeditat bona.*

Fumantem nasum vrsi ne tentaueris. Martialis  
Admonet non esse tentandos, qui possint nocere.

Martialis:

Rabido nec perditus ore

Fumantem nasum uiui tentaueris ursi.

Vindicta tarda, sed grauis.

Homerus

*Vbi qui diu multa patravit impune, tandem in extre-  
mum malum adducitur, semelq; dependit flagitia, co-  
gruet illud Homeri:*

Nunc cuncta lues semel adglomerata.

Vitanda potentum offensæ.

Homerus

*Qui dicet formidandas diuitum et principū offensas:*

*u.s. Sunt for*

V O T V M.

Sunt formidandæ regum offensæq; minæq;  
Aratro iacularis.

Diogenia.

Ἄροτρῷ ἀκοντίζειν, id est,  
Aratro iaculari dicuntur, qui quipiam incircunspicte faciunt, haud prospicientes, quid sit in posterum euenturum, aut qui suo magno incommodo conantur alterū ledere. Quisquis enim iacto aratro petit aliū, is quo morem gerit irā, semet re necessaria priuat, cuius usum paulo post sit desideraturus. Translatum uideli potest a bellī temporibus, quibus uomeres, mārtae, et sarcula, reliquæq; agriculturæ arma, in Martia diffinguntur arma.

Dulce pomum cum abest custos.

Γλυκὺ δὲ πώρος φύλακι οὐκέλελοιπότε.

Id est, Custos ubi deest, dulce pomum est scilicet. Cum significamus impunitate malos ad peccandum provocari. Aque furtiæ dulciores sunt.

Sero molunt deorum molæ.

Dici solitū de his, qui licet serius, tamen aliquando possunt dant malefactorum vindici deo.

V O T V M.

Vtinam mihi cōtingant ea, quæ sunt inter Corinthum & Sicyonein.

Poterit per iocum torqueri in eum, qui quod assequi non potest, id uotis tamen quasi somniat. Id inde uenit in adagiū, q; urbs utraq; esset opulentissima, agricōp feraciissimi interiacerent.

Omne æs alienum cepe, & multa allium  
Cum quis obstrictus multo ære alieno, optat ut paruo  
dependere possit quicquid debet.

Εὖχε

Εὐχὴ μεγαλοδύωσι. i. Votum munificum. Lucianus.  
Vbi quis aīo spes regias cōcipit, iamq; uoto diues est.

Alia dantur, alia negantur.

Homerus

Quoties ē duobus naturae dotibus altera contigit, altera negata est. Veluti si cui formae decus adsit, desit ingenij laus. Siue cum ē duobus postulatis, alterum duntaxat impetratur, quadrauerit illud Homeris:

Annuit hoc illi diuīm pater, abnuit illud.

Canis panes somnians.

καὶ γαρ σὺν ὑπονοῖς

Πάσσοι κύωροις πέτραις μαυρίνεται, ἵχθυα κίργαροι,  
Id est, Siquidem omnis  
Panes in somnis canis ariolatur, at ipse Pisces.  
Sensus est, unicuique ea per somnum occurrere, quæ im-  
pense desiderat.

Etiā dormiens somniat.

Οὐαροπολεῖ καὶ καθεύδωρ, id est,  
Somniat etiam dormiens. Quoties significant ali-  
quem toto pectore rei cuiquam addictum, deditumq;.

Terentius:

Num ille somniat ea, quæ uigilans uoluit?

Ne contra bouem opta.

Diogenis:

Μή κατὰ βοὸς εὔχου, id est,  
Ne contra bouem opta. Admonet adagii, non esse ui-  
tam instituendā iuxta uotū animi, neq; quiduis speran-  
dum a superis, sed ut ea duntaxat sibi quisq; promittat  
quæ possit industria consequi. Ductum ab agricola, q  
negligens adhibere bouis operā in colēdis agris, optat  
ut citra suum laborem proueniat seges.

Adoraturi sedeant.

Plutarch.

Καρδιῶδει προσκυνήσονται, id est,  
Adoraturi sedeant. Significat nota certa cōcipere opor-  
tere, et

V O T V . M.

tere, et in his quae sunt optima perseverare. Quidam arbitrantur aliū subesse sensum, q[uod] oporteat eos, qui sa cris operantur, nō obiter ac uelut aliud agentes hoc facere, sed uacuos ac totos rei diuine intentos.

Homerus

Non quiduis continget, quod optaris.  
Qui negabit oīa contingere hoi que sperarit, animoq[ue] conceperit, accommodabit illud Homeri:  
Friuola scilicet existunt, et mania quedam  
Somnia, nec quocunq[ue] uides, sic euenit omne.

Quæcunq[ue] in somnio videntur.

Oσσας ἐν ὀνείρῳ βλέπεται, id est,

Quæcunq[ue] p[ro] somniū uides. De uotis immodicis dicitur.  
Nam quicq[ue] optaris, id somniare cōtingit quibuslibet

Theocritus:

Possideo quæcunq[ue] solent sub nocte uideri  
In somnis, uim magnam ouium, multasq[ue] capellas.

Vergilius

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

Vergilius:

Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.  
Nam quod quisq[ue] sperat, facile credit.

Theocritus:

Somnia cuncta canum panes, ego somnio pescem.

Quid non fies, profectus Arbelas?

Ti ou γενήσῃ, iώμη ἀρβέλας, id est,

Quid non fies, Arbelas profectus? De eo dici solitum  
qui peregre proficisciens, ingentia sibi pollicetur, fre  
tus gentis, ad quam demigrat inscitia, barbarieq[ue]. Si  
quidem Arbelas Siciliæ ciuitas, cuius ciues male audie  
bant olim, ut stupidi, et quibus facile imponeretur.

Semper superioris anni meliora.

Aεὶ τὰ πέρυσι βελτιόν, id est,

Semper superioris anni res meliores. Cum præsentia  
dissipis

displacent, ex anteferuntur anteaacta.

Horatius:

Laudator temporis acti Se puer.

## VS V R A.

Citius usura curtit, q̄ Heraclitus.

Σάτηον ὁ τόκος ἡρακλεῖτω ποδινέω τρέχει.  
Id est, Citius usura, quam Heraclitus celerrimus curtit. Admonet ad iūm abstinendum a mutua pecunia, que credatur ad usuram. Nam opinione celestius recurrere diem usurarium. Sumptum ab Heraclito quodam celeritate currēdi præter ceteros eximio, atque excellenti.

Est Pylus ante Pylum.

In eos accommodabitur, quibus alia usura ex alia nascitur. Pylus enim Messeniorum est ciuitas.

Felix, qui nihil debet.

Εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὁφείλωμ.

Id est, Felix, qui nihil debet. Quid enim calamitosius, quam toties erubescere, toties perficcare faciem, fugitare, latitare, mentiri, dissimulare: nunc supplicem agere, nunc flagitare: palam appellari, uitari, notari digito, breuiter nunquam tui iuris esse? Nam hæc, cumq; his multa alia incommoda secum adfert & alicnum. Carmen Automedontis:

Qui nulli debet, fortunatus ille est.

Proximus huic cœlebs, tertius orbus erit.

Quod si quis demens uxorem duxerit, illi

Hæc ita res demum commoda grata feret:

Eueniat si fors, ut grandi dote recepta,

Primitus uxorem deferat in tumulum.

Hec do-

V S V R A.

Hec doctus sapias, Epicurum querere frustra  
 Qua sit mane finas, quaeque sicut monades.

Plutarchus scribit Persis duo fuisse peccata. Primum, debere: proximum, mentiri. Nam ea iudicabant coherere, q. qui sunt obserati, sepius cogantur mentiri.

**Terentius.** Animam debet.

τών ψυχών ὁφείλει, id est,  
 Animam debet. Donatus proverbum esse admonet,  
 de eo, qui immodico ære alieno teneatur, ut plus, quam  
 omnes facultates debeat, ac denique seipsum debeat.  
 Terentius in Phormione: Quid si animam debet?  
 Erat enim antiquitus lex, ut qui soluendo non esset, is  
 nexus addiceretur creditori, luiturus corpore, id est,  
 opera, quod ære non posset.

**Suidas.** Semel rubidus, ac decies pallidus.

ἄταξ πυρρός, οὐδὲ δέκατον χλωρός.  
 Id est, Semel rubidus, ex decies pallidus. Suidas ad monet dictum de ijs, qui mutuum accipiunt, quos nesciisse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pallescere. Rubescere, dum petunt mutuum: Pallescere, dum soluendo non sunt, ex metuunt, ne trahantur in ius; aut in neruum.



Omnium Adagiorum Erasmi Rot.

F I N I S.

SEQVITVR INDEX.  
 EORVNDEM.

# AUTORVM CATALO-

*gus, non omnium, nam id fuerat Bibliothecæ in-  
dicem scribere, sed præcipuorum, è quo-  
rum monumētis collectæ sunt Chi-  
liades Adagiorū, præter  
eos, quos ab alijs  
citatos de-  
pre-  
hendit.*

## AUTORES GRAE HISTORICI.

### C I POETAE.

Homerus.	Herodotus.
Eustathius huius interpres.	Thucydides.
Pindarus.	Plutarchus de uitis.
Pindari interpres.	Dionysius Halicar.
Aeschylus tragicus.	Xenophon.
Sophocles.	Pausanias.
Euripides.	Iosephus.
Aristophanes & in hunc com- mentarij.	Herodianus.
Epigrāmata Greca diuersorū	Diogenes Laërtius.

### COSMOGRAPHI.

Callimachus.	Strabo.
Aratus.	Stephanus.
Apolloni Argonauticoru- tor, & huius interpres.	Ptolomeus.

### CORATORES.

Nicander.	Demosthenes, & interpres.
Oppianus.	Aeschimes.
Lycophron, & huius interp.	Iſocrates.
Phocylides.	Aristides.
Theognis.	Lyrias.
Theocritus.	Synesius.
Theocriti interpres.	Alciphron.
Hesiodus.	Aphthonius.

Ae

Lucius

## A V T O R V M

*Lucianus.*

*Philostratus*

*Hermogenes*

*Syrianus*

### PHILOSOPHI.

*Plato. Proculus.*

*Aristoteles*

*Themistius*

*Io.Grammaticus*

*Alexander Aphro.*

*Theophrastus.*

*Plutarchus de mora.*

*Dioscorides*

*Hippocrates.*

*Galenus.*

*Aesopus*

*Horus.*

### THEOLOGI.

*Origenes*

*Tertullianus*

*Hieronymus*

*Ambrofius*

*Basilius*

*Nazianzenus*

*Chrysostomus*

### GRAMMATICI MIXTI.

*Suidas.*

*Eudemus.*

*Etymologicon.*

*Stephanus*

*Iulus Pollux.*

*Atheneaeus*

*Ni.Stobaeus.*

*Zenodotus.*

*Apostolius Byzantius.*

*Diogenianus*

*Phurnutius.*

*Hesychius.*

### LATINI POETAE.

*Plautus.*

*Terentius.*

*Vergilius*

*Horatius.*

*Ouidius*

*Catullus.*

*Lucanus*

*Lucretius*

*Martialis*

*Persius.*

*Iuuenalis.*

*Aufonius.*

*Tibullus.*

*Propertius.*

*Claudianus.*

*Publius Mimogra.*

*Statius.*

*Silius Italicus.*

### HISTORICI.

*Salustius.*

*Liuius.*

*Aelius Lampridius*

*Iustinus*

*Julius Capitolinus*

*Valearius maximus.*

### GRAM.

CATALOGVS.

¶ GRAMATICI.	Asconius Pedianus.
Nonius Marcellus	¶ M I X T I.
Festus Pompeius	Plinius Aunculus.
M. Varro.	Aulus Gellius.
Diomedes	Macrobius.
Donatus.	Arbiter Petronius.
Seruius.	Angelus Politianus.
Porphyrius.	Hermalanus Barbarus.
Acron.	¶ PHILOSOPHI.
¶ ORATORES.	Pandectæ iuris
M. Cato.	M. Varro.
M. Tullius	M. Cato.
Quintilianus.	Columella.
Seneca.	Vitrinius.
Plinius Cæcilius.	Vegetius.

Aa.2. INDEX LO:

F I N I S.



# INDEX LOCORVM

H V I V S O P E R I S S E C V N D U M  
seriem literarum, quo facilius lector, id quod querit, inueniat.

## A.

<b>A</b>	Berrandi Folio. 3. Beneficium corruptum	40
	Ab initio ad finem 4. Bibacitas.	codem
	Absurda. Indecora. Bonae fortune, Copiae. Felicitas.	
Prepostera	6 tatis, aut Ominis	codem
Accessio pusilla aut nimia. 13. Breuiloquentia.		47
Ad rem pertinentia	codem	
Adulatio	14. Caeutientia.	codem
Aequanimitas	16 Calumnia.	49
Aequalitas	codem Carpentis seipsum	50
Alia alijs placent	codem Causa indefensa	codem
Alibi diminutum, alibi reddi=	Cedendum multitudini	51
tum.	17 Cū auxilio Citra auxiliū. codē	
Aliena à re	18 Citra laborem.	53
Aliena curantis	20 Clamosus	54
Alijs sapere.	codem Commodo magno emptum.	55
Alieno periculo	codem Commodū interuersum. codē	
Amicitia	21 Conatus.	codem
Amor	25 Concordia	57
Anceps et Dubius	26 Coniecturæ	codem
Aperte et Crasse	29 Consilium	60
Approbandi	codem Cōtemptus et Vilitatis. codē	
Arrogantia, Iactantiaqz.	30 Contagio morum	69
Asperitas. Morositas.	34 Contra	70
Afiduitas	36 Contrarium philautiæ. codem	
Attentio et contra	37 Correctio dicti.	codem
Audacia	38 Crudelitas	71
Auxilium infirmum.	39 Curiositas	codem
	Damina	

## B.

## C.

# INDEX LOCORVM.

<b>D.</b>		
Damnandi	71 Festinationis	108
Decretum	72 Festinatio. Properatio.	110
Degenerantium in peius. cod.	73 Fides & Grauitas	111
Deprecatis et abominatis.	74 Focus.	113
Derisio	75 Forma. Deformitas	codem
Desperatio	codem Fortitudo	115
Difficultatis	76 Fortunæ commutatio	116
Diffidentia	77 Fortunata stultitia	118
Differentiæ.	78 Fraus ab amico	119
Dignitatis	79 Frugalitas	codem
Diligentiæ	81 Frustrata spes	120
Discordia.	84 Fuerunt non sunt.	123
Discriminis	codem	<b>G.</b>
Dissimilitudinis.	88 Garrulitas	124
Divitiae	91 Gratitudo	128
Divitium prærogativa.	93	<b>H.</b>
Diuturnum	97 Hereditate	129
Docilitas	codem Honos indigno habitus.	codem
Domi uiuere	codem Hospitalitas	codem
<b>E.</b>		
Elabendi	codem Ignavia & Inscititia.	130
Excellentia. Inequalitas	98 Ignoratio	133
Execrandi	103 Impossibilia	134
Ex euentu indicium.	codem Illecebra mali.	136
Exitium honestum	104 Imperitia	137
Exilium.	codem Imposturæ	codem
Experiencie seu periclitatio-	Improbi	138
nis.	codem Impudentia	142
Ex sece	106 Inanis metus	codem
<b>F.</b>		
Facundia	Inanis opéra	143
Fumes	codem Inequalis pensatio	154
	107 Incertus euentus	155
		<i>Ag. 3.</i>
		Incitare.

# INDEX LOCORVM.

<i>Incitare</i>	156 Lauticie.	codem.
<i>Inconstantie. Perfidiae. Ver- sutiæ.</i>	157 Liberalitas	203
<i>Inculpatus</i>	165 Libertas. Veritas.	codem
<i>In delicijs.</i>	codem. Longæuitus.	209
<i>In deprehensos</i>	166 Lucrum ex scelere	212
<i>Indiligentia</i>	167 Luxus et Mollicies	codem
<i>Industria.</i>	168	¶M.
<i>Infacundia</i>	170 Magnifica promissa.	218.
<i>Infortunij siue exitij.</i>	codem Magni momenti	219
<i>Ingeny malicia et iſtitutioſi</i>	177 Maledicentia.	codem
<i>Ingratitudo</i>	178 Mali retaliatio	220
<i>Ingrata ob uetus statem</i>	180 Malum conduplicatum.	codem.
<i>Initium laudatum</i>	181 Malum uertens bene	222
<i>Iniustitia</i>	codem Malum affuetum.	codem
<i>Insalubritas.</i>	codem Malum accersitum	223
<i>Insidiae.</i>	182 Malum male uitatum	229
<i>Instans</i>	183 Malum immedicable	codem
<i>In stupidos</i>	codem Malus uicinus	codem
<i>Intemperantia. Libido</i>	189 Mansuetudo	codem
<i>Intempestiuſ et Inepta.</i>	193 Memoria.	230
<i>Internitio</i>	195 Metus ex conscientia.	codem
<i>Inuidia. Aemulatio</i>	196 Metus poenæ	231
<i>Ira</i>	197 Minantis.	codem
<i>Iteratio citra tedium.</i>	codem Mira noua	232
<i>Iteratus error.</i>	198 Mixta	233
<i>Judicandi recte, secus.</i>	codem Modestia, Modusq;	234
<i>Iuuentuſ</i>	200 Molesti. Intolerabiles	237
<i>Iuſtitia.</i>	201 Multi	codem
	Munerum corruptela.	codem
<i>Laceſſentis.</i>	203 Munus non munus.	239
<i>Lætitia. Trifſtitia.</i>	204 Munus aptum, aut ineptum.	240
<i>Languor. Vehementia</i>	206 Munus boni consulendū.	241
	Mutanda	

# INDEX LOCORVM.

Mutanda sententiae	241 Perspicuitas	267
Mutati instituti.	242 Pertinacia.	codeme
¶N.	Philautia.	268
Neceſſitas	243 Potentes	270
Nobilitas. Obscuritas	245 Prælongi	codeme
Non solus ille	codem Præter spem bonum aut ma-	
Notus	246 lum.	271
Nouitas.	codem Probrum. Gloria.	273
Nugalia	247 Proclivitas	274
Nunquam	codem Proficiētiū in melius.	275
Nupera.	codem Profusio	276
Nusquam	codem Proprij cōmodi studiū.	278
Nuncius Letus	codem Proximis utendum	279
¶O.	Prudentia	281
Obliuio.	248 Prudentia senilis	codem
Obscuritas.	codem Prudētia cōiuncta virib⁹.	282
Obsecundantis.	249 Pudicitia	283
Obtrectatio. Maledicētia.	250 Pudor.	codem
Occasio.	252 Puniri pro alio.	codem.
Occulta	codem	¶R.
Occupatio. Ociūm.	254 Rapacitas. Avaritia.	284
Odium.	codem. Raritas	288
Ominandi	255 Refugiam	codem
Omnia.	256 Repellentis	codem
Originis.	codem Rigor.	289
¶P.	Risus	codem
Parasiti.	257 Rixosus	290
Paupertas	codem	¶S.
Pensatio beneficij.	260 Salubritas	291
Perficiēdi sive absoluēdi.	262 Scurrilitas	codem
Perfidia	265 Secunde experientie	292
Perplexus.	codem Securitatis ex tute rei. eodē.	
Perſpicacitas.	266 Semper	295
	Aa.4.	Semium

# INDEX LOCORVM.

<i>Senium præmaturum, aut</i>	<i>Temeritas</i>	318
<i>Mors.</i>	<i>Tenacitas</i>	319
<i>Sera poenitentia.</i>	<i>codem Temperantia.</i>	<i>codem</i>
<i>Serum remediū aut tem.</i>	<i>296 Tempestiuſ</i>	320
<i>Seruire tempori</i>	<i>297 Timiditas</i>	321
<i>Seruitus</i>	<i>codem Tolerantia</i>	322
<i>Similitudinis &amp; congru. cod.</i>	<i>Toruitas</i>	<i>codem</i>
<i>Simulatio. Dissimulatio.</i>	<i>303 Totum ut nihil reliqui.</i>	<i>codē.</i>
<i>Solitudo</i>	<i>306 Tumultus</i>	324
<i>Solicitudo.</i>	<i>codem</i>	<b>¶V.</b>
<i>Somnolentia</i>	<i>307 Vanitas</i>	<i>codem</i>
<i>Sordes et parcimonia. codem</i>	<i>Veneficia</i>	326
<i>Spes pertinax</i>	<i>310 Vices officij.</i>	<i>codem</i>
<i>Subitum exitium</i>	<i>311 Victoria utriſq; tristis.</i>	327
<i>Subiti interuentus</i>	<i>codem Vincere &amp; Vinci</i>	327
<i>Sumptuosa</i>	<i>codem Vinculum insolubile.</i>	328
<i>Surditas</i>	<i>codem Vis iniusta.</i>	<i>codem</i>
<b>¶T.</b>	<i>Vita hominis misera &amp; bre</i>	
<i>Taciturnitas laudata</i>	<i>312 uis.</i>	329
<i>Taciturnitas illaudata. codē.</i>	<i>Vltio malefacti</i>	330
<i>Tedium ex iteratione</i>	<i>314 Votum</i>	335
<i>Tarditatis &amp; cunctatiōis.</i>	<i>316 Vsura</i>	337

F I N I S.



# INDEX

PROVERBIORVM SECUNDVM  
ORDINEM ALPHABETI.

<b>A</b>	B asino lanam.	135	Acanthia cicada.	33
	Ab asinis ad bo.	275	Acarnuci equi.	101
	Ab asino delapsus.	131	Accersitum malum.	224
	Abdera pulchra Teio.co.	288	A capite usq; ad calcem.	4
	Abderica mens.	189	Accipit & glebam erro.	208
	AbEteobutadis ducit ge.	769	Accissare.	304
	Abiit & taurus in syluam.	23	Accessei luna.	317
	Ab impijs egressa est ini.	257	Acessas medicatus est.	74
	Ab incunabulis.	5	Acesei & Heliconis opa.	102
	Ab ipso lare.	4	Acetum habet in pectore.	281
	A bis septem undis.	87	Aχρόγελως.	290
	Abhorretis ac detestatis.	74	A cælo ad terram.	6
	Abiecit hastā Rhipsaspis.	321	Actum est	75
	Abiiciendum procul.	73	Actum agere.	158
	Ab ipsa messe.	311	Adactum iuriandum	245
	Abominandus scarabeus.	66	Ad amusim.	81
	Ab ouo usq; ad mala.	5	Ad amusim applica lapi.	202
	Abronis uita.	216	Adamantinus	115
	Absq; baculo ne ingredit.	231	Adamantis tenere.	25
	Abstinentia uis à re.	329	Ad ambas usq; aures	91
	Absit clamor in collo.	55	Ad aquam malus	171
	Ab transenna cibum pete.	183	Ad aras.	318
	Ab uno diagrammate.	302	Ad bonam frugem.	243
	Abydene illatio.	55	Ad calcem peruenire.	5
	Abydus, Abydenus.	50	Ad consilium ne accesseris.	S.
	Acarcere.	4	Ad coruos	171
	A carceribus.	4	Ad Coronidem usq;	263
	Acanthida uincit cornix.	98	Ad cibrum dicta.	210
			Aa.5.	Ad Cy-

# INDEX

<b>Ad Cynosarges.</b>	171 <i>Ad sint dij beati</i>	255
<b>Ad deorū aures peruenit.</b> 332 <i>ad scolon nec profi.</i>		86
<b>Addere manum</b>	137 <i>aduersus solem ne loquitur.</i> 9.	
<b>Ad digituli crepitum.</b> 249 <i>ad utrumuis paratus</i>		26
<b>Aderit Themesseus ge.</b> 332 <i>ad uiuum resecare</i>		289
<b>Admetinenia</b>	204 <i>ad unguem.</i>	82
<b>Admoto capite</b>	254 <i>adulterinus</i>	138
<b>Adonidis horti</b>	191 <i>ad umbilicum ducere.</i>	263
<b>A Dorio ad Phrygum</b>	243 <i>edib⁹ in nostris, quæ praua.</i> 13	
<b>adoraturi sedeant.</b>	336. <i>edilitatem gerit sine.</i>	319
<b>ad felicē inflectere parie.</b> 24. <i>Aegæum nauigat</i>		86
<b>ad finem ubi peruenetis.</b> 16. <i>Aegypti nuptiæ</i>		176
<b>ad fractam canis.</b>	144 <i>ægre, sed tamen contingit.</i> 76.	
<b>ad Græcas calendas.</b>	247 <i>ægre quidē, sed facimus tñ.</i> 76	
<b>ad Herculis columnas.</b>	263. <i>ægroto dum anima est.</i>	310
<b>adhortantis ad gloriam.</b>	273. <i>Aιγυπτιαξδη</i>	163
<b>adhuc coelum uoluitur.</b>	310. <i>Aegyptius laterifer</i>	236
<b>adhuc aliquis deus ref.</b>	310. <i>æqualis æqualem de.</i>	298
<b>ad id quod erat opus.</b>	233 <i>æqualitas haud parit bellū.</i> 202	
<b>adiurantis se facturū ali.</b>	103 <i>æquales calculi</i>	72
<b>ad mensuram aquam bibūt.</b> 11. <i>æqualē tibi uxore quære.</i> 298.		
<b>admirabiles in necten.</b>	161 <i>æqua concertatio.</i>	16
<b>adminicula uitæ.</b>	92 <i>aërem uerbero</i>	148
<b>ad pedes ad caput.</b>	93 <i>Aesopicus graculus</i>	306
<b>ad phasim usq; nauiga.</b>	264 <i>Aesopicus sanguis.</i>	334
<b>ad pedem.</b>	241 <i>æstate penulam deteris.</i>	110
<b>ad pileum uocare.</b>	218 <i>ætate prudentiores red.</i>	282
<b>ad porcellum da mihi iuu.</b>	75 <i>Aethna Athon.</i>	237
<b>ad pristina præsepio.</b>	117 <i>Aethiopē ex uultu iudico.</i> 57	
<b>Adraſtia Nemesis</b>	332 <i>Aethiopem dealbus</i>	143
<b>ad restim funiculum.</b>	315 <i>Aethiopem lauas</i>	143
<b>ad restem res abiit.</b>	75 <i>Aethiops non albe scit.</i>	177
<b>ad suum quemq; quæſ.</b>	278 <i>à fronte precipitiū, à terg.</i> 85 <i>à fronte</i>	

# A D A G I O R V M

à fronte simul ex occi.	281	aliam quercum excute.	288
à fronte atq; à tergo.	6	alia Menecles, alia Porcel.	18.
Afra avis	207	alia Lacon, alia asinus	305
à furijs oriundus.	114	alia dantur, alia ne.	336
Agamemnonis hostia	35	alium atatem, alia decent.	320
Agamemnonij putei	232	à limine salutare.	167
egas ascellum	233	à linea incipere.	5
Agathonia cantio.	191	alio relinquente fluc.	174
Αγεωμέτρητος οὐ	328	aliorum medicus, ipse hul.	12
Αγεστοι καὶ φέροι.	237	aliquid mali propter uici.	229
Aiacis risus.	290	Αλιθέαι.	140
Alabanda fortunatissima.	101	Alpha penulatorum	102
à lasso rixa queritur	36	aliud flans, aliud sedens.	158
alba avis	288	alius alijs in rebus præs.	102
album panem pinfo tibi.	218	aliud cura	293
alba amuſi	200	aliud noctua sonat, alia.	89
album calculum addere	29	aliter catuli longe olenit.	89
albe gallimæ filius	41	aliud genus remi.	24.6
albus an ater sis nescio.	133	à lupi uenatu.	14.9
albo rete aliena cap.	49	alterum pedem incymba.	212
ale luporum catulos	178	altera manufert a.	265
alienum arare fundum	149	altera manufert lapid.	eodem
alieno auxilio potentes	52	alter Hercules.	39
alienam metis messem.	21	altera nauigatio	280
alijs lingua, alijs dentes.	97	altera manufert la.	160
alia uoce psittacus, alia co.	89	alter lanus	281
alijs propiciens, non sibi	20	Alybantis hospitis mu.	218
alieno ferox præsidio	52	Ama Azefiam repe.	318
aliena iacis	121	Amazonum cantilena	217
alijs quidem sementem fa.	55	ama tanquam osurus	21
alia uita alia dieta.	116	amantium iræ.	eodem
alia committenda, alia.	312	Ambrosia alendus	102
alia res cœptrum, alia plec.	89	ambatus manibus haur.	208.
		amens	

# INDEX

<b>A</b> mens longus.	271 animus est in corijs	307
<b>A</b> meles angulus	132 animus habitat in aurib.	204
<b>A</b> micitia stabiliū. Felicitas.	21 animam debet	259
<b>A</b> micus certus in re incer.	24. animus Heptaboeus.	38
<b>A</b> micitias immortales.	25 annus est	317
<b>A</b> amicos tragœdos emu.	268 annus clibanum.	232
<b>A</b> micorum omnia coia.	22 anno senior fio	237
<b>A</b> micitia, equalitas	codem annosam arborem transf.	195
<b>A</b> mica amico.	codem annus producit, non ager	94
<b>A</b> micorū est admonere mu.	23 ansam querere.	252
<b>A</b> micus magis necessarius.	22 argosa uulpes haud cap.	281
<b>A</b> mortuo tributum exi.	284 antiquiora diphthera loq.	180
<b>A</b> mphidromiam agis	217 ante pedes.	183
<b>A</b> μεθαλής ἔρως.	24 ante uictoriā encomiū ca.	110.
<b>A</b> mphictyonum concessus.	132 ante hæc putabam te ha.	64
<b>A</b> moύσι.	131 ante tubam trepidas	32
<b>A</b> musi τίνδυ.	130 ante lenta augere ollam.	110.
<b>A</b> myclas perdidit silenti.	314 Antiopæ luctus.	176
<b>A</b> myris insanit.	281 Αντιπελοχεγγῆμ.	128
<b>A</b> Namaco	180 antiqs debetur ueneratio.	101
<b>A</b> nagyrim commoues	228 antiquior quam chaos et.	180
ancora domus.	52 antiquior Codro.	81
anchoras tollere	56 Antronius asinus	187
ancipitis animi.	28 anulus aureus in narib⁹ eius.	9
anceps euentus rei.	156 anus simia sero qui.	334
ancipitis consiliij	28 anus cothonissat.	12
Andabatae.	319 anus saltat.	codem
Anicularum deliramenta.	325 anus bacchatur.	194
anguillim captare.	278 anus Eriphus.	12
animus in pedes dc.	323 anus hircifans.	194
āio egrotanti, medicus est.	23 anus subsultans multū ex.	282
animus presens.	38 anus uelut equus.	131
anuma ex uita.	207 apage hospitem in temp.	194
		aperit.

A D A G I O R V M.

aperte musarum ianue.	97 arare littus	146
aperte simpliciterq; loqui.	210 arbore deiecta quiuis	94
aperto pectore.	codem Arcadiam me postulas.	224
apertis tibijs	54 Arcadicum germen	187
Aphya ad ignem.	109 arcem ex cloaca facis.	30
aphyarum bonos	298 Archidamicum bellum	255
apio est opus	84 Archimenes non pos.	267
Απὸ ἀκροφυσίων.	233 archidamicum bellum.	176
apio mollior, aut mi.	230 Archilochum teris	250
apologus Alcinoi	325 Archilochia dicta	251
apta prouincia.	240 Archytæ crepiaculum	124
apud finum odorum ua.	152 Archilochi patria	251
apud nouercam queri	148 arctum annulum ne ges.	307
à puro pura defluit a.	165 arcus tensus rumpitur	236
aqua preterfluit	38 ardens uestis	176
quam igni miscere.	10 argenteis hastis pugna.	239
quam è pumice postul.	143 argentifontes.	268
quam bibens nihil bo.	259 Argiuos uides.	204
quam in mortario tund.	151 Argiuua calumnia.	50
quilam testudo uincit	134 arietem emitit.	203
quila in nubibus.	100 argentangimam patitur	237
quilam noctuæ comparas.	98 argenteus puteus	40
quila thripas afficiens.	60 Arguii fures	286
quilam uolare doces.	144 aries cornibus lasciuens.	192
quila senecta. Corydi iu.	99 Arcades imitans	187
quilam cornix prouocat.	60 à remo ad tribunal	117
quila nō captat muscas. codē.	Argi collis.	176
quinq; scopolis de.	76 aries nutritionis mer.	178
Arabicus tibicen	124 arripienda quæ offc.	241
aranciarum telas texere	146 ariolari.	218
araneas ejcere	258 arripe negotij curam	83
aratro iacularis	335 Aristoph. et Cleantis lu.	82
arator nisi incurvus pre.	83 arrogantia non ferenda	31
	artem	

# I N D E X

<i>Artem queuis alit terra.</i>	169	<i>A subeunte portum nauis.</i>	109
<i>A sacris abstinet manū.</i>	202	<i>Affuerit malis</i>	222
<i>A sexaginta uiris ue.</i>	291	<i>A teneris unguiculis</i>	5
<i>Asciscē ad extremum sciē.</i>	85	<i>Ανθρώπου</i>	62
<i>A sinu sub freno cur.</i>	148	<i>Atheniensium inconsul.</i>	118
<i>A sinus avis</i>	6	<i>Athos celat latera Lem.</i>	237
<i>A sinus apud Cumānos.</i>	303	<i>Atlas cœlum</i>	224
<i>A sinus in pelle leonis</i>	229	<i>Attagenæ nouilunium.</i>	93
<i>A sinus in unguento.</i>	89	<i>Atqui non apud aram cō.</i>	296
<i>A sinus balneatoris.</i>	153	<i>Atrei oculi</i>	205
<i>A sinus inter apes</i>	171	<i>Attagen</i>	64
<i>A sinus inter simas</i>	170	<i>Attica fides</i>	114
<i>A sinus ad lyram</i>	88	<i>Attica musa</i>	106
<i>A sinus in paleas</i>	40	<i>Atticus aspectus</i>	142
<i>A sinus portans mysteria.</i>	89.	<i>Attica bellaria</i>	207
<i>A sinus ad tibiam</i>	88	<i>Atticus in portum</i>	34
<i>A sinus esuriens fustē neg.</i>	61.	<i>Atticus adueni</i>	328
<i>A sinus compluitur.</i> eodem.		<i>Atticus testis</i>	111
<i>A simi caput ne laues ni.</i>	144	<i>Atticus moriens porri.</i>	286
<i>A simi mortes.</i>	325	<i>Attica Eleusinia.</i>	253
<i>A simi cauda.</i>	135	<i>Attollere supercilium</i>	30
<i>A simi mandibula</i>	216	<i>Auarus nisi cum moritur.</i>	319
<i>A simum tundes</i>	143	<i>Audi que ex aio dicuntur.</i>	218
<i>A simum in rupes pro.</i>	187	<i>Audi Chelidonem</i>	320
<i>A simos nec curio</i>	65	<i>Audiens non audit</i>	305
<i>A simos Plutos</i>	70	<i>Aues queris</i>	153
<i>A spersisti aquam</i>	143	<i>Aufer Mothonem à remo.</i>	90
<i>A spendius citharœdus</i>	278	<i>Augiae stabulum repurga.</i>	135
<i>A spis à uipera</i>	300	<i>A uicinis exemplū habet.</i>	274
<i>A spira uita, sed salu.</i>	120	<i>Aulœdus sit, qui citharœ.</i>	280
<i>A spuerantius dicere.</i>	220	<i>Aureos polliceri montes.</i>	218.
<i>A simua stilla saxum ex.</i>	36	<i>Aureæ compedes</i>	25
<i>A stutior Coccycæ.</i>	279	<i>Aurcus in Olympia statu.</i>	217
		<i>Aurem</i>	

A D A G I O R V M.

<i>Aurem uellere</i>	230	<b>B</b> <i>Albus balbū recti.</i>	302.
<i>Auribus lupum teneo</i>	265	<i>Bacchæ more</i>	312
<i>Auris Batava</i>	188	<i>Balneator</i>	126
<i>Auricula infima mollior</i>	229	<i>Balla non credit</i>	8
<i>Auribus arrectis</i>	38	<i>Batti Silphium</i>	80
<i>Aurificem te futurū cre.</i>	122.	<i>Barbarus ex triuio.</i>	130
<i>Aurum igni probatum</i>	165	<i>Barbam uellere</i>	69
<i>Aurum suberatum.</i>	306	<i>Barbatenus sapientes</i>	305
<i>Aurum habet Tolosanum.</i>	172	<i>Batolus.</i>	189
<i>Aurum Colophonum</i>	165	<i>Βαπτηριζεμ.</i>	179
<i>Auro loquente, nibil pol.</i>	33	<i>Βατακάρας</i>	68
<i>Austrum perculi.</i>	148	<i>Battologia</i>	126
<i>Ausculta et perpende.</i>	38	<i>Beta tum hyeme, tum.</i>	320
<i>Aut manenti uincen.</i>	115	<i>Becceselenus.</i>	183
<i>Ante barbam doces senes.</i>	12	<i>Bellerophontes literas.</i>	226
<i>Αὐτότερη κατάβασις.</i>	327	<i>Bellum Cononi curæ fuerit.</i>	20
<i>Aut bibat, aut abeat</i>	297	<i>Bellum omnium pater</i>	84
<i>Aut piscem olet aut florē.</i>	300	<i>Bellicum canere Recept.</i>	264
<i>Aut minus animi, aut.</i>	269	<i>Bellum haud quam la.</i>	222.
<i>Aut quinq; bibe, aut tres.</i>	27	<i>Bello parta.</i>	277
<i>Aut ter sex, aut tres tes.</i>	105	<i>Benefactorum memoria.</i>	128
<i>Aut oportet tragœdias.</i>	27	<i>Bene loculis, bene scrinio.</i>	92
<i>Aut piscem olet aut flo.</i>	41	<i>Bene plaustrū percudit.</i>	274.
<i>Aut regem aut fatuum.</i>	184	<i>Bene sit</i>	255
<i>Aut mortuus est aut do.</i>	27	<i>Benevolus trucidator</i>	306
<i>Aut ipse fuisisti aut tui.</i>	299	<i>Benignior pellace uulpe</i>	15
<i>Aut cucurbitæ florem</i>	27	<i>Bibere mandragoram.</i>	248
<i>Aut Plato Philonissat. eodem</i>		<i>Bipedium nequissimus.</i>	138
<i>Autoritas diuinitus</i>	46	<i>Bis interimitur, qui suis.</i>	225.
<i>Autor omnium et fons.</i>	257	<i>Bibe elleborum</i>	186
<i>Αὐτωλήχυδοι</i>	191	<i>Bis ac ter quod pul.</i>	297
<i>Azanza mala.</i>	77	<i>Bis pueri senes</i>	183
		<i>Bis dat</i>	

# I N D E X

Bis dat, qui cito dat	208	Bos ad presepe.	46
Bis septem plagiis Poly.	36	Bos Cyprius	309
Bithus contra Bacchium	302	Bos apud aceruum.	46
Blandius alloqui.	14	Bos in lingua.	238
Bocchyris	208	Bos sub iugum.	248
Bœotica ænigmata.	249	Bos Homolottorum	64
Bœotica cantilena.	185	Bos porrecto ultra Tayg.	136
Bœoticum ingenium.	codé	Bos in quadra argentea.	129
Bœotica auris	185	Bos alienus subinde foras.	97
Bœotijs usticinare.	225	Bos in ciuitate.	82
Boetica sus.	185	Bos lassus fortius figit.	332
Boliti poenam	50	Bos aduersus scipsum.	227
Bolus creptus è faucibus.	121	Boue uenari leporem	10
Βωμολοχός	139	Boues meßis tempus ex.	46
Bonus dux, bonum reddit	Bouem faucibus portat.	238	
co. 94.	Botrus oppositus botro.	260	
Bonus cantor, bonus cu.	302	Brasidas quidem uir bo.	245
Bona est etiam offa post.	280	Bubo canit lusciniæ.	99
Bona terre	44	Budoro more	71
Bona porsene.	209	Bulbos querit.	144
Bona Cillicon	219	Bullatæ nugæ	34
Bona nemini hora est	118	Bunas iudex est	316
Bona spes ostensa	45	Buthus obambulat	287
Boni pastoris est tunde.	285	Βυασοδ' ομεύφη	182
Boni ad honorū coniuia.	298	Byzenilibertias.	210
Bonorum mare	43	C. C.	
Bone fortune.	45	Cæcus cæco dux	49
Bonis auibus. Malis auib.	42	Cæci dies, et occulata dies.	77
Bone leges ex malis mo.	256	Cæcum insomnium	326
Boni uiri lachrymabiles.	71	Cæcus et claudus non int.	81
Bonorum Myrmecia.	44	Cæca speculatio.	49
Bonorum aceruuus.	codem	Cæcus auribus.	188
Bonorum glomi.	codem	Cæcior Lcheride	48
		Cædimus	

# A D A G I O R V M

Cedimus inq; uicē, præb.	220	Canis circum inteffina.	285
Cœni hasta	33	Canis mendico auxilians	119
Cadmea uictoria.	172	Canis sœuiens in la.	335
Calamoboas	55	Canis festinans cæcos pa.	110
Camæleonte mutabilior.	157	Canis in uimcula.	171
Calabri hospitis xenia.	67	Canis panes somnians.	336
Calculum reducere	242	Canis uiuens è mag.	68
Calcar addere currenti	274	Canis peccatum sus de.	335
Calculo mordere	72	Canis vindictam.	330
Calidum mendacium	326	Canis digna sede	79
Calicum remiges	40	Canis reuersus ad uo.	198
Calidam ueruti partem.	227	Canis	150
Callippides.	317	Canes timidi uehemen.	143
Calidum prandium co.	225	Cani das paleas	12
Caligare in sole	11	Canem excoriatam exco.	10
Caliga Maximini	270	Canina facundia	290
Calliphanes.	34	Caninum prandium	309
Callum ducere.	222	Cantharo astutior.	164
Camelus saltat.	12	Cantherium in fossa	11
Camelus uel scabiosa com.	98.	Cantherius in porta	98
Camelus desiderans cor.	225	Cantilenam eandem canis.	315.
Caluum uellis.	143	Capere ciuitatem	77
Caluus comatus	90	Capere prouinciam. eodem	
Cancrum ingredi doces	152	Capra contra scse cor.	227
Cancros lepori comparas	98	Capra ad festum.	320
Candidum linum lucri	287	Capra Scyria	40
Cancer leporem capit.	7	Capra nondum peperit.	9
Canere ad myrtum.	170	Capra gladium	225
Canis tanq; Delum na.	293	Capram portare nō possis.	135
Canere de Telamone	204	Capram coelestem orientē.	45
Cane Tellenis cantī.	127	Caprius in æstu.	192
Canens uitæ pal.	310	Captantes capti sumus	223
Canis in præsepi	90	Caput	5

# I N D E X

<i>Caput artis est, decere.</i>	10	<i>Cepas edere aut olfa.</i>	205
<i>Caput sine lingua</i>	313	<i>Cera tractabilior</i>	230
<i>Caput scabere, &amp;c con.</i>	82	<i>Cereri sacrificant.</i>	309
<i>Caput vacuum cerebro.</i>	184	<i>Cercyrae scutica</i>	233
<i>Carbone notare</i>	29	<i>Cercopum cœtus</i>	140
<i>Carcini poëmata.</i>	233	<i>Cerite cera dignus.</i>	273.
<i>Caricum sepulchrum</i>	277	<i>Cercopissare</i>	140
<i>Carica uictima.</i>	309	<i>Ceram auribus obdis</i>	38
<i>Carica musa.</i>	65	<i>Ceruus canes trahit.</i>	10
<i>Caricus hircus</i>	67	<i>Certiſima paupertas</i>	260
<i>Carpathius leporem</i>	227	<i>Certum proſpicio.</i>	59
<i>Carpet citius aliquis.</i>	251.	<i>Certamen non excipit ex.</i>	87-
<i>Cascus cascam ducit.</i>	300	<i>Cestreus ieunat</i>	107
<i>Cassioticus nodus.</i>	164.	<i>Cestum habet Veneris.</i>	25
<i>Cataſtrophe fabulæ.</i>	117	<i>Cefcon habitas</i>	329
<i>Catulæ dominis imitan.</i>	299	<i>Ceruinus uir</i>	322
<i>Cauam Arabiam ferere</i>	146	<i>Chalcenterus</i>	323
<i>Cauda de uulpe testatur.</i>	58	<i>Chalcidifſare.</i>	197
<i>Cauda pilos equinæ pau.</i>	316	<i>Charybdis, Barathrum.</i>	285
<i>Cauda tenes anguillam</i>	148	<i>Charetis pollicitationes</i>	218
<i>Cauda blandiri</i>	14.	<i>Charontis ianua.</i>	172
<i>Cae thoracem</i>	86	<i>Chironium uulnus.</i>	229
<i>Cauentis clancularias in.</i>	182	<i>Chius</i>	50
<i>Cauendū ab eo, qui se.</i>	198	<i>Chius ad Coum</i>	301
<i>Cauius amor</i>	25	<i>Chius dominum emit.</i>	223
<i>Cautus eum metuit.</i>	231	<i>Chœnici ne insideas</i>	292
<i>Caute loquacior</i>	125	<i>Chord.e uice.</i>	53
<i>Cecidis &amp; Buphoniorum.</i>	66	<i>Cibumi in matellam ne im.</i>	89.
<i>Cedendum multitudini</i>	51	<i>Cicada uocalior.</i>	126
<i>Celerius elephanti pa.</i>	316	<i>Cicade apem comparas.</i>	98
<i>Celerius quam Butes</i>	108	<i>Cicada cicade chara.</i>	299
<i>Centaurice.</i>	328	<i>Cicadam ala corripuisti</i>	227
<i>Centum plauſtri trabes.</i>	77	<i>Cicadis pleni</i>	31
		<i>Cicerinus</i>	

# A D A G I O R V M

Cicerus Bacchus	65	Cochlæ uita.	308
Ciceris emptor.	68.	Cocta numerabimus exta.	103
Cilix haud facile ue.	324	Codali chœnix	209
Cilicij imperatores	119	Cœlum territat	32
Cimmeria tenebræ.	48	Cœlum digito attingere.	32
Cinyræ opes. 91. Cinculus.	258	Cœnare me doce.	319
Circumtondere comam.	138	Cœno puram aquam tur.	226.
Circulum absoluere.	262	Colophonem addidit.	262
Cissamis Cous.	331	Colophonium suffragium. eo.	
Citius Telegore donarim.	94	Colophonia ferocitas	268
Citius elephantem sub.	135	Colossi magnitudine.	270
Citius usura currat.	337	Colubrum in sinu fouere.	225.
Citius quā asparagi co.	108	Columnen familiæ.	80
Citius in nauī cadens.	134	Columnas rumpere.	55
Citis quadrigis, Iouis qua.	108	Commune naufragium.	177
Citra arationem, citraq.	54	Cominus atq; eminus.	203
Citra unum temulentia	127	Communis Mercurius.	209
Citra puluerem.	53	Compressis manibus	168
Ciuitates ludimus	279	Compendiaria res im.	148
Clamosior lauro ardente	54	Complura masculi ca.	192.
Claudus optime uirū agit.	17.	Compluriū thriorū ego.	232.
Claudi more tenere pi.	131	Conchd dignus.	60
Claudiana tonitrua.	54	Conciliante homines mala.	24.
Clauam extorquere Herc.	76	Concordia	57
Clavi findere ligna, &c.	12	Concordia fulciūtur opes. eo.	
Clauum clavo pellere.	301	Concupiuit assamfarinam.	121
Cleocritus	192	Confringere Tesseram.	77
Clematis Aegyptia.	270	Cōgregare cum leonibus.	90.
Cleomenes cubile superat.	260	Comæ calculus	67
Clinacides.	16	Conos arto. 155. Cōniuere.	304
Cliftenem uideo	191	Conscientia mille testes.	231
Cnips in loco.	158	Consulendum ex consilijs.	38.
Cochlare crescit.	67	Cornicibus uiuacior.	212.

Bb.2. Consilijs

# I N D E X

<i>Consilijs simul exfacto.</i>	282	<i>Coruus serpentem.</i>	225
<i>Consilium in melius cō.</i>	242.	<i>Corui luscinijs hono.</i>	101
<i>Contemnentis inimicum.</i>	68	<i>Coruum delusit hiantem.</i>	120
<i>Contemnentis dicterium</i>	68	<i>Coryceus auscultauit</i>	72
<i>Contigit ex malis ue.</i>	43	<i>Corytheo deformior</i>	115
<i>Conto nauiga.</i>	300	<i>Cotem alis</i>	149
<i>Contorquet piger funi.</i>	150	<i>Cothonissare</i>	40
<i>Contra stimulum calces.</i>	152	<i>Cothurno uersatilior.</i>	158
<i>Contra retiarium ferula</i>	72	<i>Coturnissare</i>	207
<i>Contra torrentem niti.</i>	152	<i>Coturnix Herculem</i>	271
<i>Contrahere supercilium.</i>	206	<i>Craßiore musa</i>	29
<i>Contribulis factus serua.</i>	326	<i>Craßa Minerua.</i>	codem
<i>Conuenerunt Attab. ex.</i>	301	<i>Crater litium.</i>	50
<i>Conuiua non conuiua.</i>	310	<i>Crambe bis posita mors</i>	314
<i>Conuertere pollicem</i>	29	<i>Crepitu probabis.</i>	59
<i>Copie cornu</i>	44	<i>Creta notare</i>	29
<i>Coriaceum auxilium</i>	39	<i>Cretensis mare</i>	304
<i>Corinthijs non indig.</i>	322	<i>Cretenses sacrum.</i>	123
<i>Corinthiari</i>	190	<i>Cretensis Cretensem</i>	301
<i>Corinthus ex collibus sur.</i>	35	<i>Cretensis cū Aegineta.</i>	codē.
<i>Cornicum oculos confi.</i>	233	<i>Cretiza cum Cretensi</i>	301
<i>Cornix scorpium.</i>	227	<i>Cribro dixinare</i>	58
<i>Cornicari.</i>	125	<i>Cribro aquam baurire.</i>	146
<i>Coronā quidē gestans, cæ.</i>	217	<i>Crobyli iugum.</i>	299
<i>Cor ne edito.</i>	307	<i>Cræso, Crasso ditior.</i>	91
<i>Cornea fibra.</i>	34	<i>Crocodili lachrymæ</i>	306
<i>Cornutam bestiam petis.</i>	227	<i>Crotone salubrius</i>	291
<i>Corpus sine pectore</i>	187	<i>Crotoniatarū postremus.</i>	98
<i>Corectio dicti</i>	70	<i>Crudelis Bacchus</i>	71
<i>Corrigentis quod di.</i>	codem	<i>Cubito emungere</i>	68
<i>Corrumput bonos mo.</i>	codē.	<i>Cucurrit quispiam ne plu.</i>	229
<i>Corrupta iudicia</i>	239	<i>Cuculus</i>	167
<i>Coruus aquat.</i>	317	<i>Cucurbitas lippis</i>	48
		<i>Cucurbita</i>	

# A D A G I O R V M.

Cucurbita sanior	291	Cum hasta,cum scuto.	56
Cui ista arrident,meis.	255	Cum principe nō pugnan.	76
Cui multum est pi.	278	Cum puluisculo	324
Cuiusmodi portento me.	175	Cum Minerua ma.	168
Culicem colant.	13	Cupidinum crumena	277
Culicem elephanti con.	99	Cura esse,quod audis	14
Cumani sero sapiunt.	295	Curare cuticulam	215
Cumini sector	308	Cur cessatum est?	156
Cum ad sit uia semi.	322	Curretum os.	210
Cum amico non certan.	24	Cur non suspēdis te?	274
Cum aqua fauces stran.	8	Currentem incitare.	cōdē
Cum ad sit ursus ues.	322	Currus bouem trahit	7
Cum Care carizas	301	Cursu lampada trado	264
Cum Delphis sacrifici.	240	Cyclobori uox	54
Cum dijs non pugnandū.	147	Cyclopis domum	239
Cum plurimum laboraue.	150	Cyclopica uita	329
Cum laruis luctari	eodē	Cydi poenam debet	50
Cum sis nanus,cede.	101	Cygnea cantio	106
Cū exobis suū rodit pc.	258.	Cypariſſi fructus	326
Cum sacco adire.	240	Cyprio boui merendam.	309
Cum puluisculo	284	Cyrbes malorum	174
Cum cane simul eg.	195	Cyrrnia iactura	176
Cū Nibas coccysſuerit.	247.	Cyrrnia terra.	329
Cum sarcinis enature.	297	Cythnicē calamitates	176
Cum cessat boreas	320	Cythonymi probrum	273
Cum paruula est,bona ui.	181.	Cyzicenu stateres	232
Cum uterq; concedit alt.	249	<b>D</b> A mihi mutuū te.	261
Cum licet fugere,ne.	254	Dāda uenia lapsō.	292
Cum musis	255	Danace.	6.213
Cum mula pepererit.	247	Dares Entel .pro.	224
Cum dijs pugnare	149	Dare manus	327
Cum Coryco luctari	eodem	Dare uerba.	137
Cum deo quisq; ergaudet.	116	Dasypus carnes desiderat.	12

Bb.3. Dathus

# I N D E X

<i>Dathus bonorum</i>	<i>44 De lautitijs.</i>	207
<i>Date mihi peluum.</i>	<i>315 Delius natator.</i>	248
<i>Dat ueniam coruis</i>	<i>203 Delphimum cauda ligas</i>	144
<i>Datyli dies</i>	<i>42 Delphinū natare doces.</i>	144
<i>Daulia cornix</i>	<i>125 Delphicus gladius</i>	28
<i>Dauus sum, non Oedipus.</i>	<i>249 De manu in manum</i>	22
<i>De alieno liberalis</i>	<i>209 Demulcere caput.</i>	14
<i>De alieno ludis corio.</i>	<i>20 Dentem dente rodere</i>	154
<i>De asini prospettu</i>	<i>144 Dentata charta.</i>	251
<i>De asini umbra</i>	<i>145 Dente Theonino rodi</i>	codē
<i>De calcaria in carbona.</i>	<i>242 De pilo pendet</i>	85
<i>Decempes umbra</i>	<i>216 De plaustro loqui.</i>	209
<i>Decernetur equa Thessali.</i>	<i>80 De possessione deicere</i>	266
<i>Decipula murem cepit.</i>	<i>166 De pulmone reuellere.</i>	32
<i>Decipienti semel.</i>	<i>198 De pulchro ligne uel str.</i>	104
<i>De coelo ad synagogam</i>	<i>319 Deserta causa.</i>	51
<i>Decora teipsum.</i>	<i>278 Desertum obtueri.</i>	185
<i>De curru delapsus</i>	<i>19 Destitutis uentis, remos.</i>	292
<i>Dædali opera</i>	<i>161 De toga ad pallium</i>	159
<i>Dedecus publicum</i>	<i>273 De tuo capite agūtur co.</i>	84
<i>Dedi malum et accepi</i>	<i>220 Deuotionis templum.</i>	103
<i>De facie noſſe.</i>	<i>58 De impudentia</i>	142
<i>De fera comedisti.</i>	<i>14 Deo fortuneq; committo.</i>	105
<i>De fece haurire</i>	<i>65 Deorum manus.</i>	27
<i>De filo pendet</i>	<i>85 Deus ex improviso appa.</i>	271
<i>De fructu arborem cognoscere.</i>	<i>57 Deus ulciscetur</i>	334
<i>De fumo disceptare.</i>	<i>144 Deus undecunq; iuuat, si.</i>	45
<i>De gradu deicere</i>	<i>266 Deum eſſe, Deum facere.</i>	46
<i>De grege illo eſt</i>	<i>297 Deum sequere</i>	249
<i>De gustu cognosco.</i>	<i>57 Deorum cibus</i>	206
<i>Deinde expergiſcebar.</i>	<i>324 Dextro Hercule, aut ami.</i>	92
<i>De lana caprina</i>	<i>145 Dextrum pedem in calc.</i>	163
<i>De lapide emptus</i>	<i>64 Diagoras melius</i>	139
	<i>Diametro</i>	

A D A G I O R V M.

Diametro distant.	89	Divitiae non semper op.	92
Dicas tria ex curia	171	Diu disimulatū ape.	306
Dicendo dicere discunt.	36	Diu delibera.	317
Dictum ac factum	112	Docui te urinandi artem.	228
Dies admittit ægritud.	222	Dodoneum æs	125
Difficilis uir	36	Diues factus iam.	275
Difficilia quæ pulchra	76	Domesticum thesaur. ca.	50
Dignum propter quod ua.	80	Domesticum dißidium.	84
Dignus obelisco	79	Domestice notus.	246
Dignum patella opercu.	300.	Domesticus testis.	112
Dignus argiuo clypeo	79	Domesticum malum.	106
Digna canis pabulo.	codē	Domi Milesia.	320.
Dignus qui cum in tene.	80	Domi manendum.	97
Digna cedro	79	Domi manere oportet bel. eo.	
Dignū propter quod ua.	219.	Domi coniecturam facere.	58.
Dignus qui cum in tene.	112	Domi habet, domi nasci.	106.
Dij omnia possunt	102	Domus optima	97
Dij facientes adiuuant	168	Domus recta.	235
Dij laneos habent pe.	332	Domus amica, domus op.	97.
Dij hominibus q; plau.	42	Domum cum facis, ne re.	263.
Dij tibi dant tuam mentē.	141.	Donū quodcunq; dat ali.	241
Dimidio uitæ nihil.	330	Dorica musa.	238
Dimidiū plus toto.	235	Dormientis rete trahit.	118
Dimittere se ad aliorū.	234	Doryphorematis ritu.	314.
Diolygium malum	173	Dosones	326
Diomedes ex Glauci per.	155.	Drachmæ grando.	278
Dionysius Corinthi.	117	Duabus ancoris ful.	292
Diomedea necessitas	244	Duabus sedere sellis.	159
Dionis gry.	69	Dubia coena.	207
Δις δια πασῶν	78	Dulce bellum inexpertis.	137
Diues aut iniquus est, aut.	92.	Dulce pomum cum abest.	335.
Diuersarum partium.	159	Ductus per Phratores canis	333
Divinū excipio ser.	34,	Dulcis cubitus.	74
	Bb. 4.	Dum claus.	

# I N D E X

<i>Dum clavum rectum te.</i>	202	<i>Ede nasturtium</i>	183
<i>Dum genua uirent</i>	10	<i>E dolio hauris</i>	277
<i>Duos parietes de ea.</i>	159	<i>E duobus tria uides</i>	49
<i>Duobus pedibus fugere</i>	108	<i>Efficimus pro nostris op.</i>	234
<i>Duobus pariter euntibus</i>	52	<i>E fimbria de textu iudico.</i>	57
<i>Duodecim artium.</i>	159	<i>Effugi malum, inueni bo.</i>	43.
<i>Duos insequens lepores</i>	122	<i>Effugi malum, inueni.</i>	276
<i>Duplices uiros.</i>	159	<i>E flamma cibum petere.</i>	67
<i>Duplex cappa</i>	139	<i>Effeminatorū etiā oratio.</i>	58
<i>Dureus equus</i>	182	<i>Effœta senecta</i>	214
<i>Durus alloquijs</i>	35	<i>Ego tibi de allijs lo.</i>	18
<b>E</b> Adem tibi & Pythia.	311	<i>Ego ex bono in bonū tra.</i>	276
Eadem per eadem.	315	<i>Ego faciam oia more Ni.</i>	219
Eadem mensura.	261	<i>Ego ac tu idem trahi.</i>	299
Eadem cera	299	<i>Eiusdem musæ emulus.</i>	302
Eadem oberrare chorda.	198	<i>Eidem inhibentes testa.</i>	129
Eadem pēsari trutina.	201	<i>Electro lucidior</i>	267
Eamus Athenas	74	<i>Elephantus nō capit murē.</i>	60
Eandem tundere incudem.	315	<i>Elephantum ex musca fa.</i>	10.
Ea tela texitur	5	<i>Elucet egregia uirtus</i>	101
Ebur atramento candeface.	11.	<i>E Massilia uenisti.</i>	192
E canis podice	85	<i>Embarus sum.</i>	186
E cantu dignoscitur avis.	58.	<i>Emere malo, quā rogare.</i>	106.
Echinus partum differt.	227.	<i>Emori risū.</i>	290
Echino asperior.	35	<i>E multis paleis parum.</i>	146
Eclibano boues.	215	<i>Empedoclis simultas</i>	255
Eklivīσα.	97	<i>Emunctæ naris. Mucco.</i>	199.
Eκπόδικίσαι.	eodem	<i>E nassa escam petere.</i>	86
E Creta raptus	25	<i>Endymionis somnum dor.</i>	307
E culmo spicam conijcere.	58	<i>Eγκεώτις ἡμέρα.</i>	326
Edax currus	286	<i>Eodem bibere poculo.</i>	220
Edentulus uescientium dē.	196	<i>Eodem in ludo docti.</i>	302
		<i>Επανλίας</i>	

# A D A G I O R V M.

<i>Eπούλιας δύρες.</i>	218	<i>Et nati natorum</i>	97
<i>E Patroclis domo ue.</i>	308	<i>Etiā Betylum deuo.</i>	107
<i>E perforato poculo bi.</i>	163	<i>Etiā capillus unus</i>	26
<i>Epeo timidior.</i>	321	<i>Etiā corchorus inter ole.</i>	63
<i>Epheſiæ literæ</i>	138	<i>Etiā in dcorū cœtu</i>	258
<i>Ephemeri uita</i>	330	<i>Etiā dormiens somniat.</i>	336.
<i>Episcythizare</i>	216	<i>Etiā quercus bacchatur</i>	35
<i>Epimenidium corium</i>	214	<i>Etiā si lupi memi.</i>	388
<i>Epiphyllides</i>	325	<i>Et puerō perspicuum est.</i>	267
<i>Επιδυμοδείπνου</i> Q	257	<i>Etiā si Cato dicat</i>	78
<i>Epopa cum signis</i>	7	<i>E tribus malis unum</i>	173
<i>Equi dentes inspicere do.</i>	241	<i>Euenit malo male</i>	333
<i>Equ⁹ me portat, alit rex</i>	294	<i>Euentus præter expedita.</i>	272
<i>Equis albis precedere</i>	108	<i>Euestigio</i>	108
<i>Equum habet Scianum.</i>	172	<i>Euitata Charybdi im.</i>	229
<i>Equi senecta</i>	151	<i>Eum ausculta cui qua.</i>	282
<i>Erecti</i>	38	<i>Eundē calceū omni pe.</i>	308
<i>Erethriensium Rho.</i>	290	<i>Euparyphus ex comœ.</i>	93
<i>Ergini cani</i>	295	<i>Euripus homo.</i>	158
<i>Ermyns ex tragœdia</i>	205	<i>Eurybatizare.</i>	139
<i>Εσκιμαχίχδαι</i>	75	<i>Eurycles</i>	224
<i>Eſernius cum Pacidiano</i>	302	<i>Ex æquo partire</i>	202
<i>E squilla non nascitur ro.</i>	256	<i>Ex Academia uenls.</i>	32
<i>E sublimi me derides</i>	75	<i>Exacta uia uiaticū querere.</i>	11
<i>Eſurienti uulpi ſom.</i>	304	<i>Ex amphitheo bibisti</i>	217
<i>Est Pylus ante Pylum</i>	221	<i>Ex aspectu nascitur amor.</i>	25
<i>Esto promus</i>	80	<i>Excubiarum cauſa canens.</i>	154
<i>E Tantali horto</i>	154	<i>Excubias agere in Naupa.</i>	27
<i>E tardigradis afinis</i>	256	<i>Ex diametro opposita</i>	89
<i>Et fama fuit, et eras</i>	210	<i>Ex eodem ore calidū et</i>	163
<i>Et me mater et c.</i>	270	<i>Execrationes ferere</i>	219
<i>Et meum telum cuſſpi.</i>	231	<i>Ex exercitatio potest plu.</i>	37
		<i>Ex fronte perspicere.</i>	58
		Bb.5. Ex hares	

I N D E X.

<b>E</b> x harena funiculū necis.	135	<b>E</b> x tremis digitis attinge.	168
<b>E</b> x habitu bonum uirum	58	<b>E</b> x tremā linea	208
<b>E</b> xigua res est ipsa iustit. 201		<b>E</b> x tremū occupet scab.	327
<b>E</b> xiguum malū, m̄ḡes bo.	256.	<b>E</b> x tremā extre morū ma.	173
<b>E</b> xiguum oboli precium	62	<b>E</b> x tritum ingenium	69
<b>E</b> xigit & à statuis fa.	284	<b>E</b> x tripode	111
<b>E</b> ximere è manu ma.	252	<b>E</b> x tua officina.	257
<b>E</b> x inanib: paleis.	151.	<b>E</b> x umbra in solem	170
<b>E</b> x loui tabulis testis	111	<b>E</b> x uno multa facere	32
<b>E</b> x ipso boue lora sumer.	223	<b>E</b> x uno omnia specta.	58
<b>E</b> x minimis initij maxia.	256	<b>E</b> xurere mare.	153
<b>E</b> x cuo prodijt	114	<b>F</b> Aber compedes, quas se	
<b>E</b> xordiri telam	5	cit, ipse gestet	226
<b>E</b> x ore lupi.	87	<b>F</b> aber cum sis.	10
<b>E</b> xpecta bos aliquando	318	<b>F</b> acere fucum	137
<b>E</b> xpecta anus	codem.	<b>F</b> acile cum ualemus	20
<b>E</b> xpedit habere plura co.	163.	<b>F</b> acie tua cōputat annos.	211.
<b>E</b> xpertes inuidentiae mu.	196	<b>F</b> aciē pfricare, Frontis p.	142
<b>E</b> x quercubus ac saxis na.	256	<b>F</b> aciunt et phaceli immu.	272
<b>E</b> x sc̄ finxit, uelut ara.	164	<b>F</b> acta iuuēnū, consilia med.	17
<b>E</b> x stipula cognoscere	58	<b>F</b> actum stultus cognos.	295
<b>E</b> x tempore uiuere.	293	<b>F</b> alces postulabam	18
<b>E</b> xtis pluit	45	<b>F</b> allacia alia alia tru.	221.
<b>E</b> xtra oleas fertur.	90	<b>F</b> ames Melica	259
<b>E</b> xtra chorūm saltare	18	<b>F</b> ames & mora bīlēm	107
<b>E</b> xtra telorum iactum.	294	<b>F</b> amis campus.	259
<b>E</b> xtra publicam uiam ne	51	<b>F</b> arcire centones	128
<b>E</b> xtra periculum ferox.	294	<b>F</b> atale tempus uit.e ex.	213.
<b>E</b> xtra oleas fertur	19	<b>F</b> atis adactus.	244
<b>E</b> xtra quercere sese	306	<b>F</b> atis imputandum	codem
<b>E</b> xtra organum.	91	<b>F</b> atum ineuitabile.	243
<b>E</b> xtra cautionem.	eoādem	<b>F</b> austus exitus	46
<b>E</b> xtra lutū pedes habes.	294	<b>F</b> astuosus maximus.	32
		<b>F</b> ecem bibat	

# A D A G I O R V M.

<b>Recem bibat, qui uimū bib.</b>	<b>228</b>	<b>Fiducia pecunias amisi</b>	<b>77</b>
<b>Feles Tartessia</b>	<b>188</b>	<b>Figulus figulo inuidet, fa.</b>	<b>196</b>
<b>Feli crocoton</b>	<b>89</b>	<b>Filum contentiois tūc erat.</b>	<b>86</b>
<b>Felix Corinthus, at ego</b>	<b>16</b>	<b>Filius degenerans</b>	<b>74</b>
<b>Felicitas multos habet ami.</b>	<b>24</b>	<b>Finem uita specta.</b>	<b>264</b>
<b>Felix qui nihil debet.</b>	<b>337.</b>	<b>Fixis oculis intueri</b>	<b>82</b>
<b>Felicibus sunt et trimes.</b>	<b>93</b>	<b>Flamma fumo est proxima.</b>	<b>85</b>
<b>Felicium multi cognati</b>	<b>24.</b>	<b>Flugitiorū turpis exitus.</b>	<b>334</b>
<b>Felicitas à deo</b>	<b>46</b>	<b>Flere ad nouerçæ tumulu.</b>	<b>303</b>
<b>Fenestram aperire</b>	<b>252</b>	<b>Flet uictor, uictor inte.</b>	<b>327</b>
<b>Feri puer.</b>	<b>157</b>	<b>Flocci nō facio, aut flocci fa.</b>	<b>62</b>
<b>Feras, nō culpes, quod</b>	<b>244</b>	<b>Fluuius quæ procul sunt ir.</b>	<b>6.</b>
<b>Ferrum ferro acuitur</b>	<b>261</b>	<b>Fluuius cum mari certas</b>	<b>99</b>
<b>Ferre iugum</b>	<b>141</b>	<b>Fluuius nō semp fert sc.</b>	<b>112</b>
<b>Ferreus. Abeneus</b>	<b>34</b>	<b>Focus luculentus in ædib.</b>	<b>114</b>
<b>Ferrum natare doces</b>	<b>148</b>	<b>Fœdum est et mansisse.</b>	<b>123</b>
<b>Fertilior seges est alieno.</b>	<b>197</b>	<b>Fœmina nibil pestilentia.</b>	<b>113</b>
<b>Feruet olla, uiuit amicitia</b>	<b>258</b>	<b>Fœnū esse. Ambrosia alc.</b>	<b>184</b>
<b>Festum multas habens</b>	<b>254</b>	<b>Fœnum habet in cor.</b>	<b>268</b>
<b>Festina lente.</b>	<b>316</b>	<b>Folio ficolio tenes anguil.</b>	<b>166</b>
<b>Festo die si quid pro.</b>	<b>277.</b>	<b>Folium Sibylle</b>	<b>iii</b>
<b>Festiuus sermo</b>	<b>206</b>	<b>Fontes ipsi sitiunt.</b>	<b>34.</b>
<b>Festucā ex alterius ocu.</b>	<b>269.</b>	<b>Fontibus apros, florib⁹ au.</b>	<b>218</b>
<b>Ficos diuidere</b>	<b>308</b>	<b>Foras Cares nō amplius an.</b>	<b>192</b>
<b>Ficus ficus, ligonem ligo,</b>	<b>211</b>	<b>Fores habet tritas, ut.</b>	<b>130</b>
<b>Ficum Mercurio.</b>	<b>66</b>	<b>Fores aperire.</b>	<b>6</b>
<b>Ficum cupit</b>	<b>14.</b>	<b>Formica camelus.</b>	<b>101</b>
<b>Ficus post pisces.</b>	<b>299.</b>	<b>Fortes fortuna adiuuat</b>	<b>38</b>
<b>Ficus auibus gratae.</b>	<b>216</b>	<b>Fortis in aliū fortiorem.</b>	<b>335</b>
<b>Ficulnus.</b>	<b>66</b>	<b>Fortuna æstuaria</b>	<b>117</b>
<b>Ficulnus gladius.</b>	<b>eodem.</b>	<b>Fortuna reddit insolētes.</b>	<b>269</b>
<b>Ficulnum auxilium.</b>	<b>39</b>	<b>Fortuna prorsus aduersa.</b>	<b>177</b>
<b>Fidus amicus.</b>	<b>23</b>	<b>Fortunatior Strobilis Car.</b>	<b>172</b>
		<b>Frater uiro</b>	

I N D E X.

Frater uiro adsit	51	Gallorū incusare uentrē.	276
Fratrum inter se irā.	255	Gargara bonorum	44
Fricantem refrica	261	Gaudium dolori iunctum	26
Frigidam aquam suffund.	156	Generosior Codro	245
Frons occipitio prior	83	Generosus es ex crumena.	64
Frontem contrahere.	205	Generosior Sparta.	245
Frontem exporrigere. eodem	257	Generosioris arboris sta.	
Frusto panis	62	Genius malus	173
Frustra habet, q nō utitur	6	Genu sura propius	279
Frustra canis	151	Genuino mordere	251
Frustra currit	eodem	Gigantum arrogantia	33
Frustratus conatus	57	Gladium dedisti, qui.	252
Frustra Herculi.	50	Gladium acutum auertas	87
Fuere quondā strē. Mile.	124	Gladiatorio animo.	267
Fuga tutior.	84	Gladiator in harena con.	297
Fuge procul à uiro ma. codē.	Glaucus comesa herba ha.	81	
Fuimus Troes	124	Glaucus poto melle re.	272
Fuit ex Mandroni fi..	276	Glaucus alter	277
Fulgur ex pelui	69	Glauci ars	233
Fumantem nasum ursi	335	Gleba aruum	13
Fumi umbra.	69	Gloria futuri	273
Furē fur cognoscit, &c.	299	Gloriosum ex apud post.	272
Fures clamorem	230	Glossogaftores	16
Furari littoris harenas.	9	Gnomon ex regula	199
Fumos uendere	325	Gorgonem Perseus ag.	102
Fumū fugiens, in ignē im.	229	Græca fides	161
Funem abrumpere.	235	Graculus inter musas.	89
Funem reducere	242	Grata nouitas	246
Funiculū fugiunt miniaturū.	231	Grata breuitas.	47
Fungus. 184. Futilis hō.	330	Grauiora Sambico pa.	175
<b>G</b> Allus in suo sterqui·30 Grues lapidem deglu.			83
Gallus insilit	322	Γεύχειν	322
Gallos quid execas?	10	Gutta uini	13
		Gygis anu	

A D A G I O R V M.

Gygis anulus	43 Hercules hospitatur	313
Γύργαχδορ φυσᾶς	154 Herculis cothurnos ap.	6
<b>H</b> Abet & musca s̄ples	Heri & nudiustertius	247
nem.	333 Hermionis uice	203
Habet	333 Herniosus usq; ad gulam.	189
Hæc Helena.	166 Heroum filie noxae.	73
Hæc iustitia	202 Hesiodi senecta.	212
Hæc potior	101 Heterognatus es	216
Hæret in uado	265 Heteromolia causa	50
Hæsitantia catoris iussu.	304 Hiberæ nenias.	325
Halcedonia sunt apud fo.	294 Hic honorū uirorū morb.	273
Hamaxi ea.	31 Hic Rhodus, hic saltus.	33
Hanc technā in teip. stru.	223. Hic funis nihil attraxit	122
Harene mandas semina	145 Hinc belli initium.	257
Harenam metiris.	codem Hinc illæ lachrymæ.	166
Harena cedere	327 Hinnulus leonem	190
Harmodij cantilena	204 Hippocrorum tabula	331
Hastam abiucere	328 Hippoacteū præco.	251
Hasta caduceum	28 Hipparchi murus	311
Haud annuncias bellum.	247 Hirudo totos schoenos an.	99.
Haud canit paternas canti.	73 Hirundinū musca	125
Haud contra ostium	19 Hirūdines sub codē tecto.	178
Haud perficiet.	264 Histris ceta.	252
Haud impune uinde.	51 His Medus non insi.	292
Haud quaquā difficile Ath.	14 Hoc calciamentū confu.	160
Haud unquam arcet os.	129 Hoc nouerā priusquam Theo	
Hecatæ coena	119 gnis.	64.
Hedera post Anthisteria.	296 Hodie nullus, cras max.	276
Herbam dare	327 Holerum appositiones	13
Hercules & Simia	101 Homini diligenti semp	83
Herculei labores	153 Homo bombylius	31
Herculanus morbus.	182 Homo bulla.	329
Herculana scabies	codem Homo homini deus.	271
	Homo ho-	

# I N D E X.

<i>Homo homini lupus.</i>	78	<i>Ignis ad torrem</i>	275
<i>Homo Thales.</i>	281	<i>Ignis, mare, mulier, tria.</i>	113
<i>Homo treſsis.</i>	60	<i>Ignis nō extinguitur igni.</i>	220
<i>Homo trioboli.</i>	62	<i>Iisdem uescentes cepis</i>	302
<i>Hoies frugi oia recte fa.</i>	201	<i>Iisdem ē literis Comœdia.</i>	28.
<i>Horna meſsis</i>	44	<i>Ilias malorum.</i>	174
<i>Hos̄ps indigenam</i>	328	<i>Ilico hyems erit</i>	221
<i>Hospitis habenda cura.</i>	219	<i>Iliësis tragœdos cōduxit.</i>	223
<i>Hostis domesticus.</i>	129	<i>Ilo respiciens, sed hic</i>	305
<i>Hostium munera non mu.</i>	78.	<i>Ilotis manibus.</i>	319
<i>Hostimentū est opa pro.</i>	261	<i>Ηυρόνοιστ Θ.</i>	287
<i>Hostis non hostis</i>	179	<i>Imitabor Nepam.</i>	242
<i>Huius non facio</i>	62	<i>Imi subsellij.</i>	65
<i>Humi hauris.</i>	153	<i>Imis ceris eradere</i>	248
<i>Hydram secas.</i>	149	<i>Immolare boues</i>	277
<i>Hydrus in dolio</i>	166	<i>In modo uenare leporem.</i>	276
<i>Hylam inclamas</i>	149	<i>Imperator bon⁹, et idē r.</i>	282
<i>Hypsea cæcior</i>	48	<i>Impete peritum artis</i>	148
<i>Hyperi uertigo.</i>	315	<i>Imperitus subligaculo ind.</i>	32.
<i>Hyppolytum imitabor.</i>	283	<i>Impossibilita capti⁹.</i>	135
<i>Hyperberetæa</i>	318	<i>Improbi consilium in.</i>	331.
<i>I Actantie comes inuid.</i>	196	<i>Improbitas muscæ</i>	39
<i>Iactare iugum.</i>	16	<i>In absurde locutum.</i>	73
<i>Ialemo frigidior</i>	170	<i>In acie nouaculæ</i>	66
<i>Iœu Biȝȝp</i>	219	<i>In ere meo est</i>	24
<i>Ibyci grues.</i>	332	<i>In aëre piscari.</i>	10
<i>Idem Accij, quod Titij</i>	214	<i>In alieno choro pedem po.</i>	20
<i>Iccit Achilles du. tes.</i>	43	<i>In alio mundo</i>	133
<i>Ignauis semper feriae.</i>	132	<i>In alieno foro litigare, eodem</i>	
<i>Ignaui uertitur color</i>	321	<i>Inanis conatus.</i>	152
<i>Ignem palina</i>	109	<i>Inaniū inania consilia</i>	303
<i>Ignem igni ne addas.</i>	220	<i>Inani ſpe flagrat.</i>	122
<i>Ignem dissecare</i>	145	<i>Inaniter aquam consumis.</i>	150.
		<i>In antrum</i>	

A D A G I O R V M.

In antrum haud ligi.	329	In discrimine appa.	39
In angulo	254	Indoctior Philonide	67
In antro Trophonij uati.	204	In dolio figularē artem	104
In aphannis.	247	In durum & implaca.	36
In apes induxisti.	171	Indulgere genio.	214
In aqua scribis	245	Industriam adiuuat deus.	169
In aqua heret.	265	Induitis me leonis ex.	90
In aqua sementem facis.	146	Indus Elephantus non cu.	67
In armis accissat	269	In easdem ansas ue.	166
In area latitas.	166	In eadem es naui.	85.
In aurem dicere	253	In eburna uagina, plumb.	90.
In beatam.	171	Inelegantior Libethrijs.	130
In canis podicem inspice.	48.	In eodem hæsitatis luto.	150
In caducum parietem in.	123.	In eo ipso stas lapide	75
In capras sylvestres	74	Inertium chorus.	67
Incaprificatus es	53	Inest & formice ex	333
In caput præcipitari.	329	Inescare homines	182
In care periculum	104	Inevitabile fatum.	243
Incidit in fouē quam sec.	223.	Inexorabilis.	34
Incitare currentem.	275	Inexplibile dolium	287
Incita equum iuxta nissam.	19.	Inexploratus homo	139
In clamosos.	54	In fermento iacere	197
In cœlo esse	147	Inflare buccas	206
In cœlum iacularis	150	Inflige plagam ab ara.	116
In cœlum expuis.	224	Influit quod exhaustur.	154.
In cotyla gestaris.	207.	Infixo aculco fugere	250
Incidi reddere	82	in foribus adesse	108
In culmo arare	237	in foribus urceum	66
Incus maxima non	60	In formidolosum	322
In dexteram aurem.	294	In fngitium.	eodem
In diem uiuere	293	Ingens rerum multi.	44
Indignus qui illi matellā por		Ingens interuallum	79
rigat.	68.	Ingens discrimin.	88

Ingens t c=

I N D E X.

<i>Ingens telum necessitas</i>	244.	<i>In planiciem equum.</i>	274
<i>Ingratitudo uulgi.</i>	179	<i>In periculo negocio.</i>	88
<i>Ingredi Iunonium</i>	32	<i>In pedes retrocedit</i>	323
<i>In barena ædificas</i>	146	<i>In portu nauigare</i>	292
<i>In harenam descendere</i>	104	<i>In portu impingere.</i>	98
<i>In herba esse</i>	156	<i>In pulicis morsu deū imuo.</i>	322
<i>In holmo cubabo.</i>	281	<i>In puteo constrictus.</i>	70
<i>Initio confidens, in fact.</i>	322	<i>In puteo cum canibus pug.</i>	171
<i>Iniquum petendū, ut</i>	236	<i>In Pythij templo cacare</i>	84
<i>Inimicus &amp; inuidus uici.</i>	196.	<i>In quadrum redigere.</i>	82
<i>In lapicidas</i>	171	<i>In quinq; iudicū genibis.</i>	198.
<i>In laqueum inducere.</i>	138	<i>In re mala, aio si bono.</i>	16
<i>In laqueos lupus.</i>	166	<i>In numerato habere</i>	275
<i>In lente unguentum</i>	90	<i>Insana laurus adest</i>	290
<i>In limine offendere</i>	98	<i>Insannia non oibus eadem.</i>	142
<i>In lipsydrio pugnas</i>	116	<i>In saxis seminas.</i>	146
<i>In magnis &amp; uoluisse.</i>	56	<i>Inscitia confidentiam pa.</i>	319.
<i>In matellam immeire.</i>	300	<i>In senem ne quod col.</i>	179
<i>Initium belli</i>	256	<i>In se descendere.</i>	234
<i>In mari aquam queris.</i>	9	<i>In senem libidinosum.</i>	195
<i>In me haec cudetur faba</i>	334	<i>In simulo</i>	253
<i>Immunem uiuere.</i>	308	<i>In syluam ferre ligna.</i>	150
<i>In nocte consilium</i>	82	<i>In solā Sparta ex.</i>	23
<i>Innocuus aliū aspiciā, meū.</i>	21.	<i>Insuperabilem uitam a.</i>	272
<i>In nihil sapiendo iucun.</i>	118	<i>In spēm frustratam.</i>	122
<i>In occipitio oculos gerit</i>	82	<i>In sinu gaudere</i>	312
<i>In omni fabula &amp; Dæda.</i>	103	<i>In sinu manum habere</i>	310
<i>In omnia potentes</i>	270	<i>Intempestiuia benevolentia.</i>	22
<i>In orbem circumiens</i>	151	<i>Intempore cauenda pœ.</i>	231
<i>In orci culum incidas</i>	172	<i>In tenebris saltare.</i>	253
<i>In ostio formosus.</i>	14	<i>In terra pauperem</i>	293
<i>In pace leones</i>	195	<i>Inter os &amp; offam</i>	155
<i>In parte uel ignem præ.</i>	155.	<i>Intersecta musica</i>	127
		<i>Inter indo-</i>	

# A D A G I O R V M.

Inter indoctos etiam Cory.	63	In utrūis dormire ocu.	codē.
Inter sacrum & saxum	85	Inus dolores.	175
Inter malleū & incudē.	codē.	In uino ueritas	210
Intervallo perit fames.	318	Inuulnerabilis es, ut	327
Inter lapides pugnabant.	146	Iocaq; <sup>s</sup> , seriaq; <sup>s</sup>	256
Inter cœcos regnat strab <sup>9</sup> .	101	Io Pæan	25
Inter pueros senex.	27	Iouem lapidem iurare.	33
Intoga saltantis personā in.	12	Iouis suffragium.	132
Intra suas præsepes	293	Iouis sandalium	32
In transcurſu	168	Iouis cerebrum	206
In tranquillo eſt.	292	Iouis tergus.	320
Intra septimam	109	Iouis Corinthus	314
In transennam inducere.	183	Yπδμαζῆρ	207
In triuio ſum	28		
In tua ipſius barena.	133	Iπτομανῆρ.	192
In tuam pelliculā te.	234.	Ipsa dies quandoq; pa.	117
In tuo luco & fano eſt ſi.	293	Ipsa olera olla legit	300
In tuo regno.	codem.	Ipsa ſenectus morbus eſt	182
Intus canere	278	Ipsē ſibi perniciem accer.	224
In tuum ipſius malum	224	Ipsē ſibi mali fontem re.	226
Intus & in cute	246	Ipsē dixit	33
In uado	292	Ipsē ſemet canit.	25
In uenatu perijt	223	Ipsi curandum	14
Inueni non quod pueri	43	Ipsi testudines edite.	226
In neruum ire	85	Ipsis placet	269
In uia ne feces lig.	307	Ipo horreo	208
Inuitos boues plauſtro in.	152	Ipo craterē.	218
Inuitis canibus uenari.	codem	Ipsum oſtij limen tetigisti.	13
Inuita Minerua	70	Ira oīm tardifīſime ſc.	255
In uoti compotem	40	Iritare crabrones	228
Inuitus Iupiter nouit.	333	Ire per extentū funem.	76
Inutilior Blace	69	Irrisibilis lapis	204
In utramuis dormire au.	294	Ito, Codro pauperior	258
		Cc	Iſſa.

I N D E X

<b>I</b> ssa	173	<b>L</b> aborem ferere	149
<b>I</b> sthnum perfodere	145	Labore laboriosus.	173
Ιθμίας	181	Labrax Milesius	287
Ita fugias ne præter cas.	234	Labyrinthus	266
Iterum eundem ad la.	198	Lacerat lacertū Largi.	139.
Iterū atq; iterū ad py.	314	Laconismus	47
Iterum tranquillitatē ui. codē.		Λακωνικόπλοιοι	93
Ithorus	82	Lac gallinaceum	45
Iubentis aperte loqui	209	Laciadæ.	166
Iucunda rerū uiciſſi.	236	Laconicæ lune	317
Iucundi acti labores.	230	Lampon iurat per anserē.	162
Iucundissia nauigatio iux.	235	Lapidi loqueris.	148
Iugulare mortuos	8	Lapidem decoquis	codem
Jungere uulpes.	codem	Lapsana uiuere	308
Iuppiter orbus.	codem	Laqueus laqueum cepit	166
Iuppiter aquilam delegit.	80	Laque⁹ auxiliari uidetur.	222
Iustitia oculus	201	Largitio nō habet fund.	277.
Iustitia iustior	codem	Lari sacrificant	310
Iustitia in ſe uirtutem.	codem	Larus.	284
Iuuentia uiribus pollet.	200	Larus parturit	123
Iuuenari	codem	Larus hians.	185
Iuxta melam.	81	Larus in paludibus.	209
Iuxta fluum puteum fo-		Laterem lauas	148
dit	9	Late uiuens	133
Iuxta nauem	241	Latū unguem, ac similes.	36
Iuxta cubitum pro.	276	Lauares Peliam.	272
Iyngē trahor.	25	Laudant ut pueri pa.	286
<b>K</b> ερασόλαρ.	36	Laureum baculum gesto.	46
κλειτοριάς.	191	Lemnia manu	71
корибантіяр	185	Lemnium malum	173
χρουνοχιτρολήραιορ.	247	Lentiscum mandere	192
κυαθίζεμ	40	Lenticula angulo tenes	135
		Leo cordula uinctus.	297
		Leoniscus	

# A D A G I O R V M.

<b>Leonis catulum ne a.</b>	328	<b>Lignum tortū haud unq.</b>	177
<b>Leonina societas</b>	codem	<b>Limenesenctæ.</b>	214.
<b>Leonis uestigia quæris</b>	322	<b>A mod' węſiſ.</b>	259
<b>Leonem larua terres</b>	152	<b>Lindy sacrum</b>	290
<b>Leonis exuuiū sup cro.</b>	"	<b>Lingere salēm</b>	308
<b>Leonem uidere, hoſtium</b>	59	<b>Lingua quo uadis?</b>	127
<b>Leonem ex unguibus æſtimare.</b>	Lingua ſcorſum iciditur.	128	
	re.	57 Lingua bellare	322
<b>Leonem ſtimulas</b>	228	<b>Lingua amicus</b>	24
<b>Leonem radere</b>	codem	<b>Lingua iurauit</b>	162
<b>Lepos Atticus.</b> Eloquentia	Linum lino neclis	148	
Attica.	106	Lis litem ſerit	228
<b>Leporem non edit</b>	114.	Litem parit lis, noxa.	codem
<b>Leporis uita</b>	294.	Litem mouebit, ſi uel	290
<b>Lepori eſuriēti etiā pla.</b>	244	Litem incipere.	codem
<b>Lepus apparens infortu.</b>	177	Littore loquacior	125
<b>Lepus pro carnibus</b>	87	Littori loqueris	144
<b>Lepus dormiens</b>	306	Lityersam cantionem ca.	204
<b>Lerij mali</b>	138	Locrenſis bos	64
<b>Lerna malorum</b>	274	Locrenſe pactum	159
<b>Lesbiari</b>	190	Locupletum redditus.	43
<b>Lesbius prylis</b>	281	Lolio uictitante	47
<b>Lesbijs digna</b>	190	Longe, lateg.	78
<b>Lesbia regula</b>	200	Longe uicit	100
<b>Letale mulſum</b>	15	Longe regum manus.	331
<b>Leuiſima res oratio</b>	127	Longum ualere iuſit	242
<b>Lex ex regio</b>	249	Loripedem rectus deri.	75
<b>Λύκηπτοις.</b>	323	Lotium guftauit.	136
<b>Liberæ capre ab aratro.</b>	131	Lucerna pinguior.	185
<b>Liberorū amantior q̄ Gel. 25.</b>	Lucernā adhibes in meri.	12	
<b>Libera Corcyra, eaca.</b>	211	Lucrum pudori pres.	284
<b>Liberi poëte ex picto, codem</b>	Lucri bonus est odor.	codem.	
<b>Libyca ſcra</b>	163	Lumen ſoli mutuas	6

Cc. 2. LUNAM

# I N D E X

<b>Lunam detrahere</b>	224	Mactata hostia lenior	229
<b>Lupi alas queris</b>	10	Mæsonica dicteria.	219
<b>Lupi illum uidere pri.</b>	238	Magis gaudet eo, qui se.	205.
<b>Lupi decus.</b>	140	Magis mutus q̄ piscis.	313
<b>Lupinum potum</b>	109	Magis ipse Phryx.	15
<b>Lupo agnū eripere pos.</b>	136	Magis sibi placent q̄ Pe.	33.
<b>Lupus aquilam fugit.</b>	230	Magis impius Hippo.	14.
<b>Lupus circū puteū cho.</b>	121	Magis uarius q̄ hydra	162
<b>Lupus in fabula.</b>	311	Magnetum mala.	173
<b>Lupus hiat</b>	122	Magna ciuitas, mag.	233.
<b>Lupus ante clamorem fes.</b>	231	Magnum os anni	93
<b>Lupus pilum mutat</b>	177	Magnorū fluminū nauig.	257
<b>Lutum sanguine maceratū.</b>	71	Magnus uersator in re.	161
<b>Lutum nisi tundatur, non.</b>	169	Magistratū gerens, audi	16
<b>Lutum luto purgare</b>	221.	Magistratus uirū indicat.	103
<b>Lusciniæ nugis insidentes.</b>	125	Mala attrahens ad sc, ut	224
<b>Lusciniæ deest canto.</b>	136	Mala proditio	334.
<b>Lux afful. 45. Lychnobij.</b>	245	Mala senium accelerant	213
<b>Lydus cauponatur</b>	190	Mala ultro adsunt	173
<b>Lydus ostium clausit</b>	78	Male parta , male di.	334
<b>Lydus in meridie</b>	190	Male coniugati	113
<b>Lydi mali post hos Ac.</b>	138	Maleam legens, quæ sunt	87
<b>Lydio more.</b>	191	Mali bibunt improbita.	330
<b>Lydius lapis, siue Hera.</b>	199	Mali commatis.	138
<b>Lydorum caricae</b>	208	Mali thripes, mali ipes	302
<b>Lydam in planicie pro.</b>	274.	Mali corui, malū ouum	257
<b>Lydius currus</b>	102	Malis mala succedunt	174.
<b>Lynceo perspicacior.</b>	266	Malis ferire	238
<b>Lysicrates alter</b>	93	Malis ter mala.	334.
<b>Lysistrati diuitias habes</b>	91	Malorum thesaurus	175
<b>M</b> <i>Acilēta manu pī.</i>	258	Malorum affectudo	212
<b>Machinas post bel-</b> <b>lum ad.</b>	317	Malo accepto stultus sa.	295
		Malorum obliuio	248
		Malorum	

# A D A G I O R V M.

<i>Malorū panegyris</i>	175	<i>Mare malorum.</i>	174
<i>Malo nodo malus quæ.</i>	303	<i>Mare proluit oīa mor.</i>	141.
<i>Malum munus</i>	240	<i>Mare prius uitē tulerit</i>	134
<i>Malum Hærcules</i>	65	<i>Margites</i>	184
<i>Malū bene conditū ne</i>	228	<i>Mari ē fossa aquam</i>	11
<i>Malum uas non fran.</i>	119	<i>Maritimus cum sis, ne</i>	243
<i>Malum est bonum.</i>	195	<i>Maritimi mores.</i>	160
<i>Malum malo medicari</i>	221	<i>Mars haud concutit sua</i>	302
<i>Malum consilium</i>	225	<i>Mars rex</i>	328
<i>Malum bono pensatum</i>	155	<i>Martis pullus.</i>	38
<i>Malum lucrū, æquale disp.</i>	181	<i>Martis campus</i>	329
<i>Malus cū malo colli.</i>	298	<i>Maschalam tollere</i>	217
<i>Malus ianitor</i>	167	<i>Matiolæchus</i>	35
<i>Manci pera</i>	326	<i>Matris ut capra dicitur.</i>	245
<i>Mandrabuli more res.</i>	73	<i>Moct̄næzep</i>	207.
<i>Mandare laqueum</i>	63	<i>Matura satio sāpe de.</i>	109
<i>Manliana imperia</i>	71	<i>Mature fias senex</i>	212
<i>Maniuoro uinculo.</i>	237	<i>Mazam pīnsuit à me.</i>	55
<i>Manica.</i>	100	<i>Mea est pila.</i>	328
<i>Manibus pedibusq;</i>	56	<i>Medium ostendere digitū.</i>	63
<i>Manum admouere</i>	169	<i>Medius teneris</i>	166
<i>Manu longa et manu bre.</i>	113.	<i>Megaricū machina</i>	162
<i>Manum admouenti fortu.</i>	168	<i>Megaricæ sphinges.</i>	285
<i>Manum non uerterim.</i>	61	<i>Megarenſiū lachrymæ</i>	304
<i>Manu serendum nō thy.</i>	234.	<i>Megarēses neq; terciij, ne.</i>	67.
<i>Manus manum fricat</i>	260	<i>Melanionē castior.</i>	283
<i>Manū habere sub pallio.</i>	206	<i>Melle teipsum perun.</i>	190
<i>Manum de tabula</i>	231	<i>Melle litus gladius</i>	305
<i>Manu fingere</i>	169	<i>Mellis medulla</i>	207.
<i>Manū ferule subduxim⁹</i>	199	<i>Melitæus catulus</i>	165
<i>Manticulari</i>	285	<i>Melitæa catella</i>	165
<i>Maras.</i>	201	<i>Meliacum nauigium.</i>	327
<i>Mare cœlo miscere</i>	1. 57	<i>Meliores nancisci aues</i>	276
		<i>Cc. 3. Melius</i>	

# I N D E X

<i>Melius nobis est, q̄ heri.</i>	<i>276 Mineruæ suffragium.</i>	<i>152</i>
<i>Me mortuo, terra mis.</i>	<i>19 Minimo prouocare.</i>	<i>63</i>
<i>Memorē mones Doctū do.</i>	<i>152 Minore finire pomœrio.</i>	<i>47</i>
<i>Mense Maio nubunt male.</i>	<i>193 Minus de istis laboro.</i>	<i>67</i>
<i>Mendicorū loculi semp.</i>	<i>284 Minutula pluuiia im.</i>	<i>36</i>
<i>Mendici pera non im.</i>	<i>eodem Minus habet mentis, q̄</i>	<i>186</i>
<i>Mendico ne parētes qui.</i>	<i>260 Minxit in patrios cime.</i>	<i>177</i>
<i>Mendax atraphraxis</i>	<i>269 Mira de lente</i>	<i>18</i>
<i>Mens nō inest centau.</i>	<i>183 Miscebis sacra prophanis.</i>	<i>56</i>
<i>Mens est in tergoribus</i>	<i>3c 6 Miscream messem mē.</i>	<i>335</i>
<i>Mens lœua</i>	<i>173 Miserrimū fame mori</i>	<i>107</i>
<i>Mens peregrina</i>	<i>37 MIT&amp; XEGO'S ūd̄w̄e.</i>	<i>257</i>
<i>Mentam belli tempore.</i>	<i>193 Mitte in aquam</i>	<i>171</i>
<i>Mentiūtur multa canto.</i>	<i>325 Mitior columba</i>	<i>230</i>
<i>Meos corymbos nocto</i>	<i>19 Moderator negocij,</i>	<i>282</i>
<i>Messena scruior.</i>	<i>187 Modio demetiar.</i>	<i>218</i>
<i>Mercurius infans</i>	<i>7 Modis omnibus incitat</i>	<i>156</i>
<i>Mercator nauiga &amp; ex.</i>	<i>275 Mœnia Semiramidis</i>	<i>293</i>
<i>Mercator est</i>	<i>279 Mœnia ferrea, non terrea.</i>	<i>115</i>
<i>Merx ultronea putet</i>	<i>66 Molestū sapientem apud.</i>	<i>195</i>
<i>Messe tenus propria uiue.</i>	<i>235 Molestus iterpellator uē.</i>	<i>107</i>
<i>Metiri digitis</i>	<i>83 Molli brachio, leui bra.</i>	<i>168</i>
<i>Metū inanem metuisti</i>	<i>143 Momo satissacere</i>	<i>30</i>
<i>Metus infamie</i>	<i>231 Monophagi</i>	<i>308</i>
<i>Midæ diuitiae</i>	<i>91 Monogrammi</i>	<i>115</i>
<i>Midas in tessaris con.</i>	<i>46 Mons cū monte non.</i>	<i>303</i>
<i>Midas auriculas asini</i>	<i>184 Monstrari digito</i>	<i>102</i>
<i>Mibi ista curæ futura sunt.</i>	<i>84 Monstrum alcre.</i>	<i>253</i>
<i>Mibi iſtic nec seritur, nec</i>	<i>19 Mopso Nisa datur</i>	<i>272</i>
<i>Mibi curæ erit hoc ne.</i>	<i>83 Morbum morbo addere</i>	<i>221</i>
<i>Militavit cū Erasi.</i>	<i>176 Mordere frenum.</i>	<i>197</i>
<i>Milium torno sculpere</i>	<i>151 Mordere labrum</i>	<i>eodem</i>
<i>Mineruæ felem</i>	<i>100 Mordicus tenere.</i>	<i>267</i>
	<i>Mores am̄e.</i>	

# A D A G I O R V M.

<i>Mores amici noueris</i>	21	<i>Multa nouit ulpes</i>	168
<i>Mores hoīm regioni ref.</i>	303	<i>Multa in bellis mania</i>	143
<i>Morsus aspidis</i>	251	<i>Multa Syrorum olra</i>	62
<i>Moschus canens Baō.</i>	126	<i>Multas amicitias filētiū di.</i>	23
<i>Mors optima rapit</i>	213	<i>Multam syluam gestas</i>	114
<i>Mors oībus cōmunis.</i>	244	<i>Multi te oderint, si.</i>	270
<i>Mortuus iacet pedens</i>	306	<i>Multi Mannij Aricie.</i>	246
<i>Mortuus p̄ somniū ua.</i>	59	<i>Multi, boniq;</i>	codem
<i>Mortui non mordent</i>	250	<i>Multi thyrſigeri</i>	303
<i>Mortuo uerba facit.</i>	144	<i>Multi qui boves sti.</i>	codem.
<i>Mortuum flagellas.</i>	143	<i>Multi discipuli præstan.</i>	101
<i>Mortuū unguento pungis.</i>	8	<i>Multis ictibus deicxitur q.</i>	37
<i>Mortuis non conuiciandū.</i>	250	<i>Multis parasangis præ.</i>	99.
<i>Mortuos uidens</i>	59	<i>Multorū festorū louis gl.</i>	281
<i>Mouebo tulū à sacra li.</i>	105	<i>Multitudo imperatorū Ca.</i>	93
<i>Mouere Camarinam</i>	228	<i>Munus exigū, sed opo.</i>	320.
<i>Mox sciemus melius uate.</i>	103	<i>Munus leuidense</i>	65
<i>Mulier pudica ne sola.</i>	113	<i>Munerū autē animus op.</i>	248
<i>Mulier imperator,</i> &	322	<i>Muneribus res agitur.</i>	239
<i>Mulieris animus</i>	158	<i>Munerū corrup.</i>	codem
<i>Mulieris podex.</i>	132	<i>Muneribus uel dij cap.</i>	238
<i>Mulieris oculus</i>	113	<i>Murus aheneus</i>	73
<i>Mulieri ne credas, ne</i>	codem	<i>Muris circūcurrentibus.</i>	253
<i>Mulierum exitia</i>	codem	<i>Mus albus</i>	165
<i>Mulierem ornat silen.</i>	312	<i>Mus picem gestans</i>	295
<i>Mulgere hircum</i>	8	<i>Mus non ingrediens an.</i>	11
<i>Muli Mariani</i>	170	<i>Muris interitus</i>	311
<i>Multæ regū aures atq; o.</i>	72	<i>Muris in morem</i>	codem
<i>Multæ rotæ uoluentur</i>	117	<i>Murē pro leone ostēudit</i>	123
<i>Multæ manus onus</i>	53	<i>Muscæ.</i>	257
<i>Multa cadunt, inter ca.</i>	155	<i>Muscas depellere</i>	153
<i>Multa noris oportet</i>	163	<i>Muscum demetere.</i>	110
<i>Multa docet fames</i>	259	<i>Mustelæ seum</i>	274
		<i>Cc. 4. Mustelam</i>	

# I N D E X

<i>Mustelam habes</i>	172	<i>Ne Aesopum quidem tri.</i>	132
<i>Musicam docet amor</i>	25	<i>Ne à chytropode cibum.</i>	285
<i>Mutabilior Metra Eri.</i>	157	<i>Ne allia comedas</i>	290
<i>Mutus magis q̄ sca.</i>	313	<i>Ne alij quidem caput.</i>	62
<i>Mutus Hipparchion</i>	codem	<i>Ne altero quidem pede</i>	37
<i>Muta persona</i>	codem	<i>Ne Apollo quidem intel.</i>	249
<i>Muti magistri.</i>	codem	<i>Ne ad aures quidem.</i>	254
<i>Muti citius loquentur</i>	312	<i>Ne bolus quidem relictus.</i>	195.
<i>Mutua defensio tutissima.</i>	57.	<i>Nebulæ in pariete</i>	63
<i>Mutua defensatio.</i>	codem	<i>Nebulas diuerberare</i>	144
<i>Myconius uicinus</i>	189	<i>Ne caprea contra leonem.</i>	102
<i>Myconius calvus</i>	114	<i>Nec aures habeo, nec tango.</i>	9.
<i>Mylus omnia audiens</i>	71	<i>Nec dignus, q̄ me intue.</i>	100
<i>Myrteam coronam ambis.</i>	81.	<i>Nec elephantus eiberet.</i>	40.
<i>My sortitus es</i>	175	<i>Nec mulieri, nec gremio.</i>	13
<i>Mysorū ac Phrygū ter..</i>	78	<i>Nec omnia, nec paſsim</i>	284
<i>Mysorū ultimus nauī.</i>	318	<i>Nec obolū habet unde re.</i>	258
<i>Mysorum præda</i>	323	<i>Nec sibi, nec alijs uti.</i>	138
<i>Mysorum postremus.</i>	67	<i>Nec uno dignus.</i>	62
<b>N</b> ā illi iā non sunt.	123	<i>Necessarium malum</i>	26
<i>Naribus trahere.</i>	187	<i>Ne cinerē uitans, in pru.</i>	229.
<i>Naso suspendere</i>	75	<i>Ne contra bouem op.</i>	336
<i>Naturam expellas fur.</i>	177.	<i>Ne decima quidem Syra.</i>	91
<i>Nauci nō facio.</i> Nauci fac.	61.	<i>Ne de lite pronuncies</i>	51
<i>Naues onustæ cōuicijs</i>	251	<i>Ne depugnes in alieno ne.</i>	20.
<i>Nauis annosā haudquaq.</i>	240.	<i>Ne dij quidē à morte lib.</i>	244
<i>Nauis aut galerus</i>	28	<i>Ne è quoquis ligno Mer.</i>	240.
<i>Nauibus atq̄ quadrigis</i>	108	<i>Ne exceſtides quidē ui.</i>	266.
<i>Nauiges Træzenem.</i>	114	<i>Ne festuca quidem</i>	62
<i>Nauiges in Maſiliam.</i>	216	<i>Ne ignifer quidem reli.</i>	195
<i>Nauphracton tueri</i>	30	<i>Ne genu quidem flexo</i>	37
<i>Nauson Naucrati</i>	301	<i>Ne gladium collas mulier</i>	51
		<i>Neglectis</i>	

# A D A G I O R V M

Neglectis urenda filix	132	Ne nummus quidem plum.	62
Negocium ex ocio.	272	Ne optolemu vindicta.	220.
Negocium non aptum	240	Ne patris quidem nomen.	245
Ne gry quidem.	33	Ne per somnum quidem.	123.
Ne guttam quidem.	62	Nephalia ligna	309
Ne Hercules quidē aduer.	51.	Nephasti dies.	175
Ne incalceatus in mon.	319	Nephaliū sacrum	309
Ne in Melampygū incida.	86	Ne pictum quidem uidit.	133
Ne in neruum erumpat	87	Ne puerō gladium	87
Ne in pelle quidem	258	Ne punctum quidem	79
Ne inter apia quidem sunt	6	Ne quere mollia, ne tibi.	122
Ne intra uestibulum qui.	269.	Neq; cæcum ducem, neq;.	49.
Ne Iuppiter quidem oībus.	30	Neq; compluitur, neq; sole.	130
Ne ligula quidem dignus.	60.	Neq; cū malis, neq; sine ma.	26
Ne maior Thylaco accessio.	13	Neq; cælum, neq; terrā at.	13.
Ne magna loquaris.	268	Neq; enim ignari sumus	222
Ne malorum memineris.	248	Neq; Lydorum carycas	235
Nemini fidas, nisi cū quo.	77	Neq; mel, neq; apes.	168
Ne mihi Suffenus essem	33	Neq; naturæ, neq; literas.	130
Ne mihi uacuam ab.	232	Neq; nulli sis amicus, neq;.	22.
Ne moue festucam	36	Neq; p̄c̄simus, neq; prim⁹.	235
Ne my quidem fa.	322	Neq; quicquam sapit, qui.	278
Nemo mortaliū omnibus.	117.	Ne quid nimis	235
Nemo bene imperat, nisi.	94.	Ne quid suo suat capiti	224
Nemo benemerito bouem.	179	Ne quis unquam Megar.	184.
Nemo nos insequitur.	316	Ne quid mouare.	39.
Nemo cogēdus officij cau.	243	Ne ramenta quidem	62
Nemo malus hoc sciet.	76	Nestorea eloquentia	106
Ne moueto lineam	202	Nestorea senecta.	212
Nemo quenquam ire pro. codē	Ne si bos quidem uo.	325	
Ne musca quidem.	306	Ne sis patruus mihi.	205
Ne nimium callidum hoc.	109	Nescit capitis ex in.	185
Ne nomen quidem,	72	Nescis quid serus uesper.	156
		Cc. 5.	Nespinā

# I N D E X

<i>Ne spina quidem uulne.</i>	335	<i>Nihili cotio est</i>	69
<i>Ne supra pedem cal.</i>	codem	<i>Nil homini amico est</i>	310
<i>Ne sutor ultra crepidam.</i>	33	<i>Nil intra est oleam, nil.</i>	8
<i>Ne temere Abydum</i>	86	<i>Niobes mala.</i>	176
<i>Ne terra quidem iuuit</i>	62	<i>Ni pater es</i>	72
<i>Ne Terunciu quidē insūm.</i>	61.	<i>Ni purges et molas, nō.</i>	168
<i>Ne tria quidem Steficho.</i>	130	<i>Nisi crura fracta fūe.</i>	268
<i>Ne uerba pro farma.</i>	154	<i>Nisi si qua uidit avis</i>	253
<i>Ne uia quidem eadem.</i>	255	<i>Noctua uolat</i>	45
<i>Ne uidit quidem oleum</i>	133	<i>Noctuae Lauriotice.</i>	92
<i>Ne umbram quidē eius no.</i>	62	<i>Nocte lucidus, interdiu.</i>	8
<i>Ne una naui facultates</i>	86	<i>Noctuimum ouum.</i>	288
<i>Ne unquam uiri senis.</i>	195	<i>Nocuit et nocebit</i>	85
<i>Nihil ab elephante dif.</i>	183	<i>Nodum in scyrpo queris</i>	72
<i>Nihil ad Bacchum.</i>	18	<i>Nodum soluere</i>	262
<i>Nihil ad fides</i>	codē	<i>Nolens uolens.</i>	26
<i>Nihil ad Parmenonis suē.</i>	100	<i>Nomine tantum notus.</i>	133
<i>Nihil ad rem.</i>	19	<i>Non abiicit animum</i>	39
<i>Nihil ad uersum</i>	18	<i>Non absq; Thesco</i>	51
<i>Nihil agere</i>	147	<i>Non admodum misces</i>	68
<i>Nihil aliae ciuitates ad.</i>	100	<i>Non capit somnum, nisi.</i>	139
<i>Nihil cum amaricimo sui.</i>	88	<i>Non cedendum malis</i>	39
<i>Nihil differs à Chere.</i>	183	<i>Non certatur de oleastro.</i>	87
<i>Nihil ex agro dicis.</i>	107	<i>Non Chius, sed Ciui.</i>	163
<i>Nihil graue passus es, ni.</i>	106.	<i>Non curat numerum lu.</i>	186
<i>Nihil graculo cum fidibus.</i>	88	<i>Non decet principem, s.</i> 307.	
<i>Nihil minus expedit, quā.</i>	234	<i>Non enim spīnæ</i>	276
<i>Nihil profuerit bulbus</i>	52	<i>Non eras in hoc albo.</i>	298
<i>Nihil recusandū, quod do.</i>	241	<i>Non es laudandus, ne.</i>	141
<i>Nihil sacri es</i>	62	<i>Non est beatus, esse qui sc.</i> 70	
<i>Nihil sanum</i>	codem	<i>Non est cuiuslibet Corin.</i>	76.
<i>Nihil simile</i>	99	<i>Non est curæ Hippocliди.</i>	68.
<i>Nihil de uitello.</i>	308	<i>Non est Dithyrambus, si.</i>	260
		<i>Non est</i>	

# A D A G I O R V M

<i>Non est oleum in lecytho.</i>	71	<i>Non quiduis contingit.</i>	336
<i>Non est eiusdem &amp;c.</i>	126	<i>Non semper erit æstas</i>	252
<i>Non est meum negocium</i>	211	<i>Non statuar leæna in ma.</i>	249
<i>Non filius Achillis</i>	302	<i>Non sum ex istis heroi.</i>	298
<i>Non idem sunt scrip.</i>	161	<i>Non sunt amici, amici qui.</i>	23
<i>Non inest illi dentale</i>	188	<i>Non statim decernendum.</i>	316
<i>Non inest remedium ad.</i>	49	<i>Non statim finis appetet</i>	111
<i>Non incedis per ig.</i>	323	<i>Non suscipiendum nego.</i>	319
<i>Non interpellandus fa.</i>	107	<i>Non tam aqua similis a.</i>	299
<i>Non magis parcemus, quā.</i>	71	<i>Non tam lac lacti si.</i>	codē
<i>Non liberat podagra cal.</i>	229.	<i>Non tam ouum ouo simū.</i>	299.
<i>Non licet bis in bello.</i>	198	<i>Non uidemus mantice.</i>	268.
<i>Non luctu, sed remedio</i>	19	<i>Non una manu capere.</i>	83
<i>Non missura cutem</i>	315	<i>Non una uehit nauis.</i>	237
<i>Non mouenda mo.</i>	329	<i>Non ut prior lædam.</i>	203
<i>Non nauigamus ad Hip.</i>	278.	<i>Non vulgari ancora ni.</i>	294.
<i>Non nauigas noctu</i>	83	<i>Nosce teipsum</i>	234.
<i>Non nouit natos</i>	133	<i>Nosce tempus</i>	320
<i>Non nostrum onus, bos.</i>	240	<i>Nostræ farine</i>	298
<i>Non omnis fert omnia tel.</i>	18	<i>Nostris ipsorum alis ca.</i>	227.
<i>Non omnia eueniunt, que.</i>	123	<i>Nostro Marte</i>	52
<i>Non omnes qui habent.</i>	303	<i>Notum lippis ac tonso.</i>	267
<i>Non omnia possumus oës</i>	17	<i>Notari ungui, Carbone no.</i>	72
<i>Non omnibus contingit</i>	76	<i>Nota res mala, optima.</i>	222
<i>Non omnibus dormio.</i>	305	<i>Noua hirundo.</i>	138
<i>Non omnino temere</i>	273	<i>Nouacula in cotem.</i>	170
<i>Non persuadebis, ne siper.</i>	77	<i>Nouit hæc Pylea &amp; Ty.</i>	286.
<i>Non pluit. &amp;c.</i>	281	<i>Nouit mala &amp; bona.</i>	200
<i>Non pluris quam simias.</i>	69	<i>Nouit quid albū, quid ni. codē.</i>	
<i>Non possum non dicere</i>	210	<i>Nouit uias quibus effu.</i>	162
<i>Non potes Tethydē simul.</i>	21.	<i>Noui Simonem, &amp; simoni.</i>	301
<i>Non probantis</i>	72	<i>Nouos parans amicos.</i>	24
<i>Non quantum lusciniæ dor.</i>	83	<i>Nox humida.</i>	49

Nucces

# I N D E X

Nicles relinquere.	24.2	Nunc tuum ferrum in ig.	252
Nucleum anisi, reli.	123	Nunquid & Saul inter pr.	89
Nude gratiæ.	24.	Nunquā efficies ut recte.	135
Nudior Leberide	258	Nunquā enim meos boues.	203
Nudior paxillo	codem	Nunquā ex malo pa.	256
Nudo mandas excubias.	10	Nutricum more male.	287
Nudo capite	14.2	O Bedictia felic. ma.	177
Nudo uestimenta detrahe.	10.	O obolū reperit par.	138
Nudus tanquam ex ma.	258	O bixere canib. agn.	86
Nugas agere	151	Obliquus cursus	164
Nulla candidorum uirorū.	323	Oblitionis campus	248
Nullam bodie lineam duxi.	131	Obsequium amicos, ueri.	210
Nullius indigens deus	93	Obtestatio ueterum me.	128
Nullum officium serius	254	Ob textoris erratum.	334
Nullum animal, quod aial.	306	Obturbas frustra uc.	152
Nullo scopulo iacu.	156	Obtrudere palpum	137
Nullus emptor diffi.	308	Obuijs ullis.	208
Nullus malus magnus pis.	271.	Occasione dūtaxat opus.	178.
Nullus delectus	200	Occisionis ala	311
Nullus sum.	75	Occulte musices nul.	252
Numerus	66	Ociosus esto	292
Numeris Platonicis ob.	24.9	Octapedes	92
Numero dicis	47	Octipedem excitas	218
Nunc bene nauigaui	212	Oculis magis habenda fid.	112.
Nunc contingat seruari.	84	Oculate manus	77
Nunc dij beati	333	Oculus dexter mihi.	45
Nunc illa aduenit Da.	41	Ocyor accipitre	108
Nunc in regionem ueni	13	Odium agreste	254
Nunc ipsa uiuit sapientia.	107	Oderint dum metuant.	254
Nunc ipsa floret musa	codē	Odi puerulos præcociſa.	111
Nunc leguminum meſis.	320	Odium nouercale	254
Nunc mee in arctum co.	70	Odium Valinianum.	codē
Nunc pluit & claro	116	Odorari	266
		Odi me-	

# A D A G I O R V M.

Odi memorem compo.	248	Omne tulit punctum.	30
Odit cane peius & an.	255	Omne & alienum cepe.	335
Oedipi imprecatio.	103	Omnem mouere lapidem.	104
Oenoē charadram.	227	Omnem facultatem indu.	260
Oestro percitus	206	Omnem iacere aleam	105
Oetus genius	332	Omni telorum genere op.	56
Officere luminibus.	98	Omni conatu inuadere.	203
Officium ne collocaueris.	245	Omni pedi eundum cal.	19
Officium humilius.	240	Omni certaminis genere.	56
Ogygia mal <i>i</i>	173	Omni deuorato boue,	in. 264
Oleo incendium restring.	220	Omni pede standum	56
Olico tranquillior	230	Omnia bonos uiros decent.	124
Oleum camino addere	220	Omnia ex sententia cedūt.	42
Oleum & salem opor.	320	Omnia sub unam My.	308
Oleum & operam perde.	147	Omnia similia	299
Oleum in auricula fer.	269	Omnia esculenta obseſſis.	244
Olet lucernam	82	Omnia idem puluis.	300
Ollæ anticitia	24	Omnia chnaumata.	323
Ollæ uestigium in cine.	248	Omnia secunda saltat se.	278
Ollam exornas.	147	Omnia octo.	263
Ollas ostentare.	codem	Omnium horarum homo.	297
Ollas alere.	131	Omnium rerum uiciſſitud.	117
Ollaris deus	66	Omnium calculis	30
Ollas lippire	48	Omnibus neruis	55
Ominabitur aliquis te con.	114	Omnibus armis, præſi.	76
Omnibis rugis, rem experi.	14	Omnibus uestigijs inquire.	59
Omnissa hypera pedē inſe.	19	Omnibus anteuerienda uit.	81
Omutte uatem.	196	Onabatis	140
Omnis herus seruo mon.	71	Onus nauis	236
Omnes attrahens ut mag.	224	Opera Sylosontis ampla.	78
Omnes laqueos effugere.	77	Oportet testudinis carnes.	27.
Omnes sibi melius esse.	279	Oportet omnibus corydal.	182
Omnem rudentem moue.	104	Oportet agrum imbecil.	236
		Oportet	

# I N D E X

Oportet remum ducere.	318	Panidis suffragium	199.
Optat ephippia bos pi.	197	Panicus casus	142
Opta uicino ut ha.	279	Pannus lacer	69
Optimum obsoniū labor.	169.	Papæ Mixus	268
Optimum condimentū fa.	207	Papyri fructus non pos.	53
Optimum aliena insania.	296.	Pardi mortem ass.	164
Optimum non nasci.	330	Pari iugo	16
Orci galca	42	Paries dealbatus	305
Ordinem deserere.	326	Parieti loqueris	146
Oresti pallium texere	254	Parni scaphula.	315
Origanum tueri.	323	Par pari referre	268
Ornatus ex tuis uir.	330	Parturiunt mōtes, nascentur ri	
Oscitante uno, deinde os.	69	diculus mus.	121
Osce loqui	242	Parit puella etiam si. "	108.
Osculana pugna	118	Partitio non præfocatio	207
Os ineſt orationi	211	Paruuſ ſemper tuuſ pul.	25
Os inferne	226	Paruo emptas carnes	309
Os ſublimere	137	Paſtillos Ruiſillus olet Gor.	79
Oſtium obdite prophani.	253	Patacione calumniosior	50
Ouem lupo commifisti;	86	Patris eſt filius	298
Ouium nullus uſus	184	Patrie ſumus, igni alie.	270.
Ouium mores.	codē	Patrocli occasio	305
Ouo prognatus codem.	299	Patroclo ſordidior	308
Ouum adglutinuſ	147	Pauciloquus ſed eruditus.	47
<b>P</b> Actoli opes	91	Pauper, ſed ingeniosus	259
Palimodiam canere.	241.	Paupertas sapientiam for.	258
Palmam ferre	327	Paufone mendicior.	260
Palpari in tenebris	49	Pecunie uir.	92
Palumbem pro columba.	154.	Pecuniae obediunt omnia.	239.
Pamphili uindicatio	286	Pecuniarū cupiditas Sp.	237.
Panagaea Diana	157	Pedem conſerre	14
Pandeletias ſententias.	35.	Pedere thus.	269
Panis lapidofus.	40	Pedetentim.	316
		Pedem	

# A D A G I O R V M.

Pedem conferre	104	Per nebulam, per ca.	167
Pedem ubi ponat non ha.	258.	Per parietem loqui	9
Pedibus trahere	101	Perplexus	265
Pedibus in sententiam dis.	29.	Perplexus animi con. eodem	
Pediculi Platonis	308	Perq; enses, perq; ignem.	87
Pedum uisa est uia	137	Perpetuum bellum.	255
Pegaso uelocior	108	Per tenebras, quæ apud.	175
Peius Babys tibia canit	170	Per transennam inspi.	167
Pelopis talenta	91	Persepe sacra haud sa.	286.
Pellenea tunica.	181	Pertimax contentio	16
Pellem caninam rodere.	250.	Phalaridis imperium.	71
Penelopes telam texere.	147	phallus deo	321
Pennas nido maiores ex.	33	Phanæ ianua	31
Penissare	192	Phani ostium.	167
Pensum persoluere	326	Phaselitarum sacrificium.	309
Πενταελόος	233	Phicidissare	191
Pepones	190	Philauti	269
Per antiquum diem.	180	Philippide tenuius	308
Perendinum uentū prædis.	281	Phocensium execratio	103
Perdicis crura	114	Phocensium amolitio.	103
Perdere nauum	195	phoci conuiuium.	226
Perdidisti uimum infu.	40.	Phœnicum pacta	159
Per fluuium traducere	39	Phœnice rario.	288
Per hastæ cuspidæ currere.	87	phœnices uiuator	212
Pergracari	215	phormionis thori.	119
Per ignem incedis	85	phryndonas alter.	139
Periit sus	147	Phryni ci lucta.	153
Perierunt bona	75	Phryx plagi emendatur.	186
Peribis si non feceris	266	Pica cum luscinia certat.	7
Periculosem est canem in.	136	Pili non facio.	68
Periculum proræ felis.	85	Pinguis uenter non gig.	272
Per manus tradere	118	Pilos pro lana	155
Per medium anulum tra.	173	Pingui Minerua.	29.
		Piscis	

# I N D E X

Piscis primum à ca.	257 Porro à Ioue atq; ful.	294.
Pinus in morem.	75 Porcellus Acarnanius	165
Piscis nequam est, nisi re.	180 Post Lesbium cantorem.	100
Piscis repositus.	codem Post folia cadunt arbo.	84
Piscator ictus sapiet.	295 Posterioribus meliorib.	292.
Piscem natare doces	10 Post acerba prudentior.	296
Pistillo retusius.	186 Postica summa	75
Pistillo caluior.	114 Post principia.	294
Pistillo nudior.	258 Post Marathonem pug.	228
Pitana sām	117 Post malam segetem, serē.	106
Placiadē	331 Post festum uenisti.	317
Placide bos.	316 Post bellum auxilium	296
Plaustra conuicijs onusta.	258. Præbere uiros	116
Plena manu.	277 Prædiues	92
Plus aloes, quā mellis hab.	26. Præmansum in os in.	29
Plus apud Campanos un.	99. Præmatura mors.	295
Pluris est oculatus testis.	77. Premere pollicem.	29
Plures adorant solē oriē.	24. Præmouere uenatum.	110
Plures thriobolos, pau.	303 Præsentem mulge, quod.	280
Plures Callicyrijs	315 Præsentem fortunam bo.	280.
Plurium calculus uincit	51 Præsens abest.	37
Plumbeo iugulare gladio.	64 Præstat habere acerbos.	15
Podex lotionem uincit	178 Præstat inuidiosum esse.	197
Polypi.	287 Præstat uni malo ob.	211
Polypi caput.	26 Preter Sibyllam leget ne.	77.
Polypi meutem obtine	158 Preuertit ancoræ lactum	123
Pollicentis se promissa re.	112. Premenda occasio.	252
Polycrates matrem pascit.	15. Prienensis iusticia	201
Pomarius Hercules.	65 Primum Aegina pueros.	181
Ponere supercilium	30 Primoribus labijs degus.	168.
Pontificalis coena	215 Primum recte ualere.	46
Porcum immola.	186 Primum Mars in fi.	
Porrectis pedibus dor.	293 Prima facie, prima fronte.	35
		princeps.

A D A G I O R V M

Principes inter se noti	246	Pronomi barba	374.
Princeps indiligens	167	Pro parca scorp	154.
Principatus Scyrius	68	Propria uimeta cætre	50
Principium dimidiū totius. 5.	Proprij nois obliuisci.	248	
Principum fauor necessa.	255.	Prora ex puppis.	4
Prior occupat	109	Prorsus ignotus.	133
Prius antidotū, quā uenenū. 9.	Proteo mutabilior	158	
Priusquam sortiaris	329	Proteruiam fecit	277
Prius locusta bouem pa.	134.	Protinus apparet, que pl.	59.
Prius ouem lupus du.	134	Prouoluitur ad miluios.	247.
Prius duo Echini am.	134	Prudens in flammam.	225
Priusquam affa sit farina.	9	Prudentia coniuncta cū.	282.
Priusquam mactaris exco. eo.	Psecas aut ros.	29	
Prius testudo leporē præ.	134	Pseudacris	326
Priusquam gallus iterū.	109	Ψυρόπιρα διοπτατά	232
Proba est materia, si.	169	Psyra Bacchum	309
Pro beneficentia Aga.	179	Psyrike facta	309
Pro bonis glomi	128	Πτερυγίδημ	193
Pro cæco exoculatus est.	221	Ptolemaicalis	298
Procridis telum	48	Pudebat recusare, ex nō.	283.
Procul ab auribus nūcius.	74.	Pudor in oculis	codem
Procul à pedibus equim.	294.	Pudor ex metus.	codem
Pro Dclo Calauriam	261	Puer glaciem	226
Prodico doctior	102	Pueri, senesq.	237
Pro dignitate cuiusq;	81	Pugnis ex calcibus.	203
Pro eleganti medico, ma.	242.	Pulchre fallit uulpem.	183
Projectus ad apaturia.	317	Pulchre dixti, Belle narras.	15
Profundum sulcum	211	Pulchrorum etiam autum.	114.
Prolixius iliade	125	Pulmo prius uenisset.	168
Pro malo cane suem.	155	Puluerem oculis offunde.	49
Pro mea uirili	56	Punica fides	168
Promus magis, quā cond.	209	Functum temporis	329
Promeri canes.	331	Purgatis auribus	37

# I N D E X

- Purior clavo. 165 Quantum habet 92  
 Purpura iuxta purpurā. 200. Quanta mus apud Pisam. 104  
 Pusillus, quantus Molon. 271. Quasi Sutrium cane. 153  
 Putre falsamentum ama. 241. Quasi millus cani. 295.  
 Pygmeorum acrothinia. codē. Quarta luna nati 20  
 Pyrausta interitus 228 Quatuor obolis non æstim. 62  
 Pyrausta gaudes gau. 225 Quavis re dignus. 80  
 Pyrrhandri commen. 162 Quando id fieri non po. 180  
 Pyrrichen oculus præse. 206. Queruli in amicitia. 24  
 Python formosus. 14 Quid Achiuos à turri. 294.  
**Q** Væ apud inse. 324 Quid ad farimas 15  
 Quæcūq; in som. 336 Quicquid in linguam ue. 117  
 Quæ dantur. 280 Quid ad Mercurium? 18  
 Quæ dolent, ea molestū. 230. Quid cæco cum speculo? 88.  
 Quæ diuinitus contin. 46. Quid cani cum balneo? codē  
 Quæ ex antiqua 175 Quid de pusillis mag. 194  
 Quæ nō posuisti, ne toll. 202. Quid distent æra lupinis. 79.  
 Quærens obsonium ueſtē. 122. Quid nisi uictis dolor? 328.  
 Quærende facultates, de. 260 Quid non fies, pro. 336  
 Quæ sero contingunt 318 Quid opus erat longis? 147.  
 Quæ sub alis fiunt. 192 Quid primum aut ultimū. 26  
 Quæ supra nos, nihil ad. 20. Quid si cœlum ruat? 136  
 Quæ uis terra patria 47 Quid tandem nō efficiat? 169  
 Qualis hera, tales pe. 299 Quid tibi Apollo cecin. 248.  
 Qualis uir, talis oratio 59 Quem fortuna pinxe. 273.  
 Quām apes apud si. 299 Quem mater amictū de. 323  
 Quām curat testudo mus. 61. Qui amant ipsi sibi 336  
 Quām facile uulpes py. 275. Qui arat oliuetum 169  
 Quām quisq; norit artem. 319 Qui bene coniūctet hūc ua. 59.  
 Quanquam non dixeris, ta. 59 Quibus nec ara, neq;. 160  
 Quanto asinis præstan. 99 Qui canem alit ex. 178  
 Quantum non milius ob. 92. Qui circa salem ex fabam. 22  
 Quantum ex Bacchanali. 180 Quicquid in buccā ue. 127  
 Qui

# A D A G I O R V M

<b>Qui conturbat omnia.</b>	237	Quod alibi diminutum, ex. 17.
<b>Qui continet arca</b>	312	Quod alius condit co. 118
<b>Qui cum contemptu uite.</b>	39.	Quocunq; in solum uenit. 5.
<b>Qui domi compluitur</b>	133	Quod dedi, datum nolle. 296
<b>Qui eget in turba uer.</b>	260	Quod factum est, inf. 244
<b>Qui iure perierunt.</b>	195	Quod index auro, id. 199
<b>Qui modus equitum</b>	247	Quod in corde sobrij. 210
<b>Qui mori nolit ante tem.</b>	181.	Quod non est opus, ass. 61
<b>Qui multum obsuit.</b>	176.	Quod scis, nescis. 312
<b>Qui multa rapuerit</b>	239	Quo properas: num ad. 1. 2
<b>Qui nimium prope.</b>	110	Quo semel est imbuta. 178
<b>Qui nocere potest, ex idē.</b>	28	Quos non tollerent cen. 236.
<b>Qui non litigat, cœlebs est.</b>	113	Quo transgressus? 50
<b>Qui obticescit.</b>	312	Quot scruos habemus 78
<b>Qui omni in re, ex.</b>	243	Quot homines, tot sentent. 17
<b>Qui per se sufficit</b>	53	R Adit usq; ad cutē. 289.
<b>Qui paratus ad resistend.</b>	132.	Rana aquam. 7
<b>Qui possum ab hoc cepu.</b>	208	Rana cum locusta. 98.
<b>Qui que uult dicit.</b>	220	Rana Seriphia 313.
<b>Qui probus Atheniensis.</b>	101.	Rana Gyrima sapi. 184
<b>Quis aberret à ianua.</b>	3	Ranis uimum premū. 240
<b>Qui sese non habet.</b>	11	Rapina Cotyrijs. 235
<b>Qui semel scurra.</b>	177	Rara avis 288
<b>Qui sunt apud inferos.</b>	252	Recipe animum. 94
<b>Quisquis is fuerit</b>	78	Rectam ingredi uiam. 202
<b>Quis parentem lauda.</b>	74	Reddidit Harpocratem. 313
<b>Quisquis tarde uenit</b>	317	Refricare cicatricem. 228
<b>Quis usus cepis putridi.</b>	69	Refutantis laudem immod. 14
<b>Qui uitat molam, ui.</b>	169	Regia uaccula. 80
<b>Quo ad uixero.</b>	295	Reycientis culpm. 74
<b>Quocunq; pede sferent</b>	27	Reycientis autorem for. 116
<b>Quod adeſt boni consule.</b>	280	Relinque quippiam ex. 377.
<b>Quod alijs uitio uert.</b>	203	Rem acutetigisti. 13

Dd.2. Rem fām

# I N D E X

<b>Rem factam habere</b>	293	Rudem accipere, Rude.	264.
<b>Rem nouam aggredior.</b>	56	Rudentes et remos cum.	242
<b>Remis uelisq;.</b>	codem	Rudius ac planius.	267
<b>Re opitulandum non uerb.</b>	53.	Ruminare negotium	82
<b>Repariazare</b>	160	Rupta ancora	177
<b>Reperit deus nocentem.</b>	350	Ruris fons	82
<b>Reperire rimam</b>	97	Rus ciuitas	318
<b>Reprehensio cogitatiōis.</b>	242	Rusticanū oratorem ne cō.	67
<b>Rerum omnium uicissitu.</b>	117.	Ruta cesa.	324
<b>Res ad Triarios redyt</b>	105	P <small>Y</small> Π <small>Υ</small> Π <small>Ο</small> Κ <small>Ο</small> Β <small>Ω</small> Δ <small>Υ</small> Λ <small>Ω</small>	310
<b>Res Cannace</b>	180	S <small>Α</small> burratus.	127
<b>Res est in cardine</b>	86	S <small>Α</small> cra celerius absol.	109
<b>Res in foro nostro uerti.</b>	117.	S <small>Α</small> cram ancoram sol.	105
<b>Res indicabit</b>	103	S <small>Α</small> cra haec non aliter cō.	321.
<b>Res sacra consultor</b>	60	Sacer manipulus.	39
<b>Respublica iurum docet.</b>	104	Sacra nihil sunt	310
<b>Reti uentos uenaris.</b>	145	Sacrum sine fumo	309
<b>Rex aut asinus</b>	105	Sepe etiam est holitor.	124
<b>Rhadamanthi ius iurandū.</b>	111.	Saguntina fames	259
<b>Rhadamantheū iudiciū.</b>	codē	Salem uehens dormis	307
<b>Rhamnusius</b>	201	Salsuginosa uicinia	229
<b>Rhamnusia Nemesis</b>	332	Salem lingere	120
<b>Rhegini timidior.</b>	321	Salem et fabam.	303
<b>Rhodiorum oraculum</b>	315	Salem et cascum edere.	120
<b>Rhodij sacrificium</b>	290	Salem et mensam ne pret.	22
<b>Rifus Chius.</b>	289	Sale perunctus hic ad..	215
<b>Rifus Ionicus</b>	codē	Sale emptum mantipium.	64.
<b>Rifus Megaricus</b>	codē	Salis onus unde uenc.	333
<b>Rifus Syncrusius.</b>	290	Salizam imbibere	178
<b>Romanus sedendo uincit.</b>	316.	Salsitudo non inest illi.	185
<b>Rore pascitur</b>	308	Sambucam citius	135
<b>Rosam cum anemona conf.</b>	98	Samiorum flores	189
<b>Rosam que praeferit</b>	193	Samiorum laura.	190

Samiorum

A D A G I O R V M.

<i>Samiorum mala metuis</i>	238 <i>Scopas dissoluere.</i>	code
<i>Samijs mores</i>	50 <i>Scrupulum iniucere</i>	323
<i>Samijs literati</i>	297 <i>Scytharum solitudo</i>	306
<i>Samium comatum</i>	390 <i>Scytharum oratio</i>	35
<i>Sanguine flere</i>	206 Σκύθη βλέπει	307
<i>Sanior est pisce</i>	291 <i>sedens columba</i>	229
<i>Sapere patruos</i>	205 <i>Sedecim pedib⁹ superauit.</i> 99	
<i>Sapiens sua bona secum.</i>	43 <i>Secundo astu.</i>	42
<i>Sapientum octauis</i>	80 <i>Secundis uentis</i>	eodem
<i>Sapientia uino obumbra.</i>	216. <i>Sciuncta sunt Mertha e.</i> 78	
<i>Sapientis tyranni sa.</i>	25 <i>Selmis in ferro</i>	100
<i>Sardi uenales</i>	43. <i>Sellissare</i>	34
<i>Sardonius risus</i>	289 <i>Semel rubidus ac de.</i>	337
<i>Sardanapalus</i>	190 <i>Semper Africa noui ali.</i>	162
<i>Sarone magis nauticus</i>	206 <i>Semper adfert Libya ma.co.</i>	
<i>Sarpedonium littus.</i>	54 <i>Semper agricola in no.</i>	122
<i>Sarta testa</i>	265 <i>Semper aliquis in Cydo.</i> 129	
<i>Saturni podex.</i>	183 <i>Semper dicit similem.</i>	299
<i>Satietas ferociam parit</i>	92 <i>Sēper feliciter cadunt</i> 10. 42	
<i>Satis quercus</i>	275 <i>Semper graculus afi.</i>	299
<i>Satius est initijs me.</i>	296. <i>Semper Leontini iuxta.</i>	215
<i>Satius est recurrere, quā. eo.</i>	<i>Semper ilio mala.</i>	174
<i>Saturniae lema</i>	48 <i>Semper me tales hostes in.</i> 60	
<i>Saxum uolutum non obd.</i> 37.	<i>Semper seni iuuenculā sub.</i> 18	
<i>Saxum uoluere</i>	151 <i>Semper superioris anni.</i>	336
<i>Scarabeus aquilam que.</i>	331 <i>Semper tibi pendeat ha.</i> 104.	
<i>Scarabei umbræ.</i>	64 <i>Semper uirgines fu.</i>	330
<i>Scarabeo nigrior.</i>	273 <i>Senex bos non lugetur</i>	213
<i>Scindere glaciem</i>	5 <i>Senecta leonis præstantior.</i> 98	
<i>Scindere penulam</i>	130 <i>Senem erigere.</i>	296
<i>Scipioni arundineo in.</i>	123 <i>Senis mutare linguam</i>	152
<i>Scopum attingere</i>	56 <i>Senis doctor</i>	153
<i>Scopæ dissolute.</i>	298 <i>Senescit bos.</i>	214

Dd. 3.

Senes

# I N D E X

<i>Senes mutuum fricant.</i>	261	<i>Sic est ad pugne.</i>	317
<i>Senum prudentia</i>	282	<i>sacrebro iaciens all.</i>	250
<i>Senesco semper multa.</i> eodē.	282	<i>sicalissare</i>	216
<i>Septem coniuvium, nouem.</i> 54	282	<i>Siculus omphacizat</i>	110
<i>Septenrus cum sit, non.</i>	188	<i>Siculus miles</i>	64
<i>Septimus bos.</i>	64	<i>Sicyon arrodens uxor.</i>	119
<i>Sequitur uer hyemem</i>	301	<i>Si deus uoluerit</i>	53
<i>Sequitur parca sepiam.</i>	300	<i>Signum bonum, aut malum.</i> 58	
<i>Sera in fundo parsimo.</i>	296	<i>Si iuxta claudum habites.</i> 70.	
<i>Serere ne dubites</i>	169	<i>Sileni Alcibiadis</i>	304
<i>Serenitati nubem inducit</i>	10	<i>Sileonina pellis non sa.</i>	163
<i>Sero molunt deorum mo.</i> 335	335	<i>Silentij tutum praeuum</i>	312
<i>Iero Iupiter diphthe.</i>	330	<i>Si meus ille stilus fu.</i>	263
<i>Sero sapiunt Phryges</i>	295	<i>Simia non capitul la.</i>	162
<i>Sero uenisti sed in co.</i>	296	<i>Simia barbata</i>	304
<i>Serpens ni edat ser.</i>	287	<i>Simia in purpura</i>	90
<i>Serpentis oculus.</i>	266	<i>Simia est simia, etiam si.</i>	115
<i>Seruatori tertium.</i>	263	<i>Simia fucata</i>	304
<i>Seruabis bouem</i>	104	<i>Simiarum pulcherrima.</i>	115
<i>Seruire scenæ</i>	297	<i>Similes habent la.</i>	299.
<i>Seruus cum sis, co.</i>	90	<i>Simonidis cantilene</i>	279
<i>Seruum haud uero</i>	30	<i>Similior ficu</i>	299
<i>Seruorum ciuitas.</i>	65	<i>Simul ex di ex accipe</i>	77
<i>Seruus seruo prestat, do.</i>	101	<i>Simul ut dictum ex fac.</i>	108
<i>Seruilis capillus.</i>	141	<i>Simul sorbere ex flare.</i>	135
<i>Sexagenarios de ponte.</i>	213	<i>Simulare cupressum</i>	193
<i>Sibylla uiuacior</i>	212	<i>Simul ex misertum est.</i>	179
<i>Sibi canere</i>	279	<i>Similes uidentur cap.</i>	307
<i>Sibi malum reperit.</i>	226	<i>Sine capite fabula</i>	828
<i>Si bouem non posis, a.</i>	280.	<i>Sine cortice nabis.</i>	52
<i>Si caseum haberem.</i>	120	<i>Sine Cerere ex Bac.</i>	216
<i>Scabrofior Leberide</i>	35	<i>Sine pennis uolare.</i>	135
<i>Si coruus posset la.</i>	126.	<i>Sine ope diuina.</i>	58
		<i>Sine</i>	

# A D A G I O R V M.

Sine riuoli diligere	270	Sponde, noxa presto est.	219
Sine ut incolmis re.	30	spontanea molestia.	224
Si non aßint carnes	280	Spongia mollior	230
Sinapi uititare	204	Squillas à sepulchro uel,	186
Sinopissas	192	statua taciturnior	313
Siphniassare	191	statuam faucibus colse	135
Si quid mali in Pyrrham.	74	Stellis signare, Obello nota-	
Si quis iuxta ciuita.	167	re.	58
Siren amicum nunciat	248	Stentore clamosior	54
Sisyphi artes	162	Strychnum babit	186
Si tanti uitrum quanti mar.	99	Stultior Corœbo.	187
Si tibi amicum, nec.	30	Stultus stulta loquitur	302
Si uultur es cada.	129	Stultus qui patre cœ.	333
Si uinum postulet, pug.	155.	Stulto ne permittas di.	189
Smaragdus in luce ob.	13	Stultior Morycho	20
Soli lumen inferre.	7	Stultior Meletide	290
Sole Lacænæ uiros pari.	116	Stultitia est iouem pu.	188
Solus currens uicit	327	Stupa seniculus.	330
Solus sapit	101	Stupidior Praxille Ado.	187.
Solidos è clibano boues.	218	Στυπιδού	219
Somnium	325	Suade lupis ut insani.	275
Somnus abfit ab oculis	83	Suadeo quod ipse fac.	60
Sophocles, Laudiceni.	31	Suam quisq; homo.	279
Soterichi lecti	66	Subditius es	245
Spartam nactus es	297	Subiugus homo.	297
Spes seruat afflitos	311	Subitum remedium pc.	272
Spes alunt exules	310	Subuentanea parit	325
Spem precio emere	122	Sublata lucerna nihil.	113
Sphera per præcipi.	274	Sub cultro liquit	84
Sphèram inter se red.	250	Succisia opera.	83
Spondyla fugiens pes.	164.	Subito alias	243
Spithama uita	329	Summa ui defendere	53
Sponsi uita	190	Summam manum addere.	262

# I N D E X

<i>Summis naribus olfacere.</i>	168	<i>Sus cum Minerua certa.</i>	7
<i>Summis unguibus ingredi.</i>	32	<i>Sus im uolutabro coeni.</i>	198
<i>Summis labijs</i>	168	<i>Sus Mineruam</i>	7
<i>Summo digito caput scalp.</i>	191	<i>Sus per rofas.</i>	192
<i>Summis uti uelis</i>	56	<i>Susq; deq;</i>	61
<i>Summis ingredi pedibus.</i>	253.	<i>Sus saltauit.</i>	7
<i>Summum fastigium imp.</i>	262	<i>Sus sub fustem</i>	84
<i>Summum ius, summa in.</i>	289.	<i>Sus tubam audiuit.</i>	199
<i>Summum cape et mediū.</i>	236	<i>Suem irritat</i>	218
<i>Summaria indicatura</i>	124	<i>Sutorium atramentum.</i>	273
<i>Super te hæc omnia Le.</i>	334	<i>Sybaritica calamitas</i>	174
<i>Superatus es à gallo</i>	205	<i>Sybaritæ per plateas</i>	38
<i>Supremū fabula actū ad.</i>	262.	<i>Sybaritica mensa</i>	216
<i>Surdaster cum surdastro.</i>	300	<i>Sycophanta</i>	49
<i>Surdo fabulam narras</i>	148	<i>Sydera cœlo addere.</i>	13
<i>Surdo oppedere</i>	148	<i>Sylosontis chlamys</i>	128
<i>Surdo canis</i>	codē	<i>Syncretum uas incrustare</i>	9
<i>Surdior Toronæo portu.</i>	311	<i>Syncretismus</i>	24
<i>Surdior turdo</i>	312	<i>Syrus cum non sis, ne.</i>	89
<i>Sursum ac deorsum.</i>	56	<i>Syracusana mensa.</i>	216
<i>Sursum uersus sacrorum.</i>	134	<i>Syrbenæ chorus</i>	298
<i>Suspendio delegēda arbor.</i>	75	<span style="font-size: 2em; vertical-align: middle;">T</span> <i>Acite stomachari.</i>	197.
<i>Suspensa manu.</i>	168	<span style="font-size: 2em; vertical-align: middle;">T</span> <i>Tacito pede.</i>	316
<i>Suis cuiq; crepitus bene.</i>	269	<span style="font-size: 2em; vertical-align: middle;">T</span> <i>Taciturnior Pytha.</i>	314
<i>Sui dissimilis</i>	243	<i>Tænarium malum</i>	174
<i>Sui cuiq; mores fingunt.</i>	335	<i>Talaria induere.</i>	108
<i>Suo ipsius laqueo captus.</i>	223.	<i>Talpa cæcior.</i>	48
<i>Suo ipsius indicio periit.</i> codē	Tam perit, quā extre.	174.	
<i>Suo quisq; studio gaud.</i>	269	<i>Tam in proclivi quā im.</i>	275.
<i>Suo sibi hunc iugulo gla.</i>	223.	<i>Tangere hulcus.</i>	204
<i>Suo iumento sibi malum.</i> codē	Tanquā Arguum clypeū.	32.	
<i>Suum cuiq; pulchrum.</i>	17	<i>Tanquam Chalcide nobis.</i>	113.
<i>Sus acina dependes</i>	331	<i>Tanquā Conchyliū discer.</i>	68.
		<i>Tanquam</i>	

# A D A G I O R V M.

Tanquam heros in clypeo.	53. Tercium caput	28
Tanquam in tabula.	267 Terra amat imbre.	298
Tanquam in speculo	codem Terra defossum habes	252
Tanquam in phiditijs.	119 Terra mihi prius de.	74
Tanquam in narthecio.	275 Terra uolat.	335
Tanquam meum nomen	230 Terra, mariq;	57
Tanquam suber	226 Terra filius.	245
Tantali horti	325 Terra intestina	185
Tantali lapis	306 Terram pro terra	104
Tantali poene	310 Terrestria balnea	172
Tantali talenta	92 Terebintho stultior	183
Tarichus assus est, si	275 Termeria mala	220
Tauricum cueri	204 Testa collis a testæ	327
Taurum tollet, qui ui.	74 Testudinē pegaso compi.	98.
Tecum habita	234 Testudinē equis insequit.	99.
Teipsum inspice	270 Testulæ transmutatio	116
Teipsum laudas	codem Tetigit lapidē a ca.	298
Teipsum nō alcens, ca.	11 Teuthidum more	323
Telenicia echo	226 Thasium infundis	208
Telenico pauperior	258 Thaissus bonorum	43
Telluris onus	66 Theagenis hecateum.	143
Tempus omnia reuelat.	167 Theagenis pecunie	260
Temulētus dormiens nō.	204 Thericlei amicus	215
Tenedia bipennis.	262 Thersitæ facies	115
Tenedius patronus	199 Thessalorum alæ	215
Tenedius homo	codem Thessalorum commentū.	159
Tenedius tibicen	239 Thessala mulier	113
Teneri calidis balneis	217 Θ præfigere	73
Tenui filo	233 Thracium commentum.	260
Tentantes ad Troiā per.	106 Thrases foedera nesciūt. codē,	
Tenuis spes.	76 Thesaurus carbones erat.	110
Tenuiter diducis	309 Thunni more.	81
Ter	211 Thunnissare.	204
	Dd. S.	Thym-

# I N D E X.

<b>Thymbra uictitans</b>	35	<b>Totum subuertere.</b>	895
<b>Tibiam tubæ comparas</b>	99	<b>Totus Eschimus asper</b>	35
<b>Tibicen uapulat.</b>	283	<b>Tradere prouinciam.</b>	77
<b>Tibicinis uitam uiuis</b>	189	<b>Tradunt mutuas operas.</b>	52
<b>Tibicines mente capti</b>	184	<b>Tragicum tueri</b>	204
<b>Timidus Plutus</b>	321	<b>Tragicum malum</b>	172
<b>Timidi nunquam statuerunt</b>		<b>Tragicus rex.</b>	68
<i>tropheum.</i>	codem.	<b>Tragoedias in nughis a.</b>	194
<b>Timidior es prospiciëte.</b>	codē	<b>Tragicus Theocrimes</b>	49
<b>Timidior Pisandro</b>	codem	<b>Tragice loqui</b>	268
<b>Timidi mater non flet</b>	281	<b>Tragulam iūcere.</b>	182
<b>Tinctura Sardonica.</b>	283	<b>Tranquillum aetherare.</b>	158
<b>Tinctura Cyzicena.</b>	codem	<b>Tranquillo quilibet guber.</b>	43
<b>Tincas pascere</b>	60	<b>Transuersum agere</b>	244
<b>Tiresia cecior.</b>	48	<b>Trepidat in morem gal.</b>	323
<b>Titanas imploras</b>	52	<b>Tria cappa pessima</b>	139
<b>Titanicus aspectus.</b>	205	<b>Tria saluberrima</b>	298
<b>Titio ad ignem</b>	275	<b>Tribus bolis</b>	47
<b>Tithoni senecta</b>	212	<b>Tribus uerbis</b>	codem
<b>Tithymallus Laconicus.</b>	60	<b>Tribus minis insumptis.</b>	307
<b>Tollat te qui non no.</b>	289	<b>Tributis potiora</b>	214
<b>Tollere cristas</b>	30	<b>Trice. Apine.</b>	63
<b>Tollere cornua</b>	31	<b>Trium literarū homo.</b>	codem
<b>Tolle calcar.</b>	132	<b>Triceps Mercurius</b>	28
<b>Tolle tolle mazam, q̄</b>	309	<b>Trutina iustius</b>	201
<b>Tollenda mali occasio</b>	252	<b>Tua res agitur paries cū.</b>	85
<b>Tolle digitum</b>	328	<b>Tuo te pede metire.</b>	38
<b>Tota erras uia</b>	3	<b>Tuā ipsius terrā calcas</b>	78
<b>Toto corpore, omnibus um-</b>		<b>Tuis te pingā coloribus.</b>	250
<i>gui.</i>	267	<b>Tuum tibi narro somnium.</b>	8.
<b>Toto caelo errare,</b>	4	<b>Tunc canent cygni, cū</b>	106
<b>Toto organo</b>	6	<b>Tunica pallio prop.</b>	278
<b>Toto pectore</b>	56	<b>Turdus ipse sibi malum.</b>	226.
		<b>Turpe filea</b>	

# A D A G I O R V M.

Turpe filere.	397	Velut ē spicula	267
Turpis iactantia	268	Venari in mari.	10
Tusis pro crepitu	304	Veneri suem immolauit.	243
Tute hoc intristi, tibi	226	Vencreum iusurandum	112
Turture loquacior.	325	Venimus ad summā lineam.	4
Tute lepus es, et pul.	13	Veniat hospes quisquis	279
Tyria maria	324	Venia primū experiēti	198
<b>V</b> Aleat amic⁹ cū ini.	79	Ventus neq; manete finit.	265
Valere pācratice.	291	Venti campus	157
Vale charū lumen.	55	Ventorum stationes.	eodem
Vallus uitem decipit	119	Vento loqueris	158
Vapula papyria.	61	Ventos colis	eodem
Vane conjecturæ	59	Ventis tradere	248
Vbi amici, ibi opes	23	Venter auribus caret.	216
Vbi cerui cornua ab.	247	Ventrem mihi obijcis.	eodem
Vbi cognitū est, quod	166	Ventres.	eodem
Vbi non sis, qui fueris	117	Ventre pleno melior con.	107
Vbi paucris impera	255	Ver ex anno tollere	154
Vbi per harma fulgura.	288	Verba importat Hermo.	218
Vbi quis dolet, ibidē et	230	Verbis pugnas, non re	323
Vbi timor, ibi et pu.	283	Verberare lapidem	148
Vehementer cupientis	206	Verecūdia inutilis uiro e.	283
Vel acum inuenisses	83	Veritatis simplex oratio.	210
Vel capra mordeat no.	334	Veriora ijs, quæ apud Sa.	112
Vel caco appareat	267	Verisimiliter mentiens	162
Vel Megaram usq;	219	Veratilis Artemon	34
Vela uentis permettere.	105	Vespa cicadae obstrepens	7
Velis, equisq;	108	Vertere uela	242
Velocem tardus assequitur.	7	Veste circunfers ignem	136
Vel hosti miserandus	173	Vestis uirum facit	93
Vel muscas metuit præ.	321	Viam q nescit ad mare.	279
Velut in cratere	288	Victi non audent his.	328
Velut umbra sequi	37	Victoria non incruenta	327
		yicitant	

I N D E X.

Vigilant succo suo	308	Viuis uidensq;	174
Videre mihi labda	291	Viuum sepulchrum	213
Videberis me uidens	31	Viuum cadaver	codem
Vincula Tyrrhena	254	Viuorum oportet menu.	248
Vindicta tarda, sed gra.	335	Vixit, dū uixit bene	216
Vinum caret clavo	217	Vltra catalogum	212
Vinū senem etiā uel nolen. eo.		Vltra Epimenidem dor.	307
Vino uenibili susp.	34	Vltra hyperbolum.	298
Vir uidebatur nauis sup.	185	Vltra linum	212
Vir fugiens, & denuo pu.	322	Vltra pensum uiuit	codem
Vir fugiens haud mo.	108	Vltra peram sapere.	38
Viri senis astaphis cal.	212	Vltra septa transfilire	19
Viri ifortunati procul am.	24	Vltra res Callicratis	91
Virii iureiurando, pueri.	112	Vlro citroq;	82
Viro seni maxillæ bacu.	214	Vlro deus suppeditat bo.	54
Viro Lydo negocium	223	Vlulas Athenas	150
Viro esurienti, necesse f.	244	Vlysses pannos exuit	243
Virum improbum uel	334	Vlyssis remigium	148
Virgo primum.	209	Vlysscum commentum.	162
Virgultea scaphula Aega.	7	Vmbra pro corpore.	154
Virgula diuina	41	Vmbr.e	94
Virtutē & sapientiā uin.	238	Vmbram suam metuere	9
Vita doliaris	119	Vndas numeras	150
Vita macerata.	214	Vnde excoquat scuum	92
Vita mortalium breuis.	330	Vndecung⁹ lucrū cap.	279.
Vita molita	294	Vnus deus & plures ami.	22
Vitanda potentū offensae.	335.	Vnus multorum instar	108
Vitiat lapidē longu tps.	213	Vnus uir, nullus uir.	51
Vitiosa nuce non emam	63	Vna cum ipfis ma.	284
Vitilitigator	250	Vna cum ipso canistro.	277
Viua uox	94	Vna cum templis &	324
Viuit incende ignem.	209	Vna domus non alit	196
Viuius fueris, uel cepe	53	Vna hirundo nō facit uer.	59
		Vna peta	

# A D A G I O R V M.

Vna partica.	275	Vt fici oculis incumbunt.	237	
Vna lauabor	278	Vt in uelabro olearij	57	
Vna scutica oēs impel.	274	Vti foro	297	
Vno digitulo.	codem	Vtinam domi sim	84	
Vno fasce complecti	47	Vtinam mihi contingant	335	
Vno ore	30	Vt nunc sunt homines	74	
Vno tenore	298	Vt possumus, qñ ut uo.	279	
Vnum ad unum.	82	Vtramq; paginam facit	80	
Vnum augurium optimū.	116	Vt sementem feceris, ita	262	
Vnica filia duos para.	26	Vtrem mergis uento ple.	146	
Vnicum arbustum haud.	196	Vtrem cædis	148	
Vnico digitulo scalpit ca.	189	Vtre territas	150	
Vocatus atq; nō uo. de <sup>9</sup> .	244	Vtrem uellis	143	
Volantia sectari.	151	Vtroq; nutans sententia.	26	
Volaticum iusiurandum	162	Vtrungq.	28	
Volens nolente animo.	26	Vulcanus tibi uaticina. ē.	248	
Volentem bouem ducito.	245	Vulcanum uinculum	328	
Voluitur dolium.	150	Vulgus suspicax	250	
Voluptas fœda	189	Vulpes bouem agit	12	
Vorare hamum	287	Vulpes haud corrū. mu.	239	
Voracior purpura.	286	Vulpes non iterū ca.	198.	
Vorsuram soluere	151	Vulpinare cum uulpe	301	
Votum munificum.	336	Vulturis umbra.	286	
Vrbanus nihil æqui co.	203	χεισόλογ <sup>Q.</sup>	15	
Vrit absq; torre	254	Xenocratis cascolus	320	
Vsq; ad rauim	54	Υπελιωσμένη.	114	
Vsq; ad aras amicus.	23	Aleuci lex	202	
Vt Bagas constiti	188	Z	Zoilli	196
Vt canis è nilo	110	Zonam perdidit.	259	
Vt Corinthia uideris.	191	Zenone moderatior	319	
Vterq; ambo	68	Ζωφοροδότης, & si.	318	
Vtere curru, de asinis	20	Zopyri talenta.	92	

F I N I S.

ADAGIORVM OMNIUM TAM  
GRAECORVM QVAM LATINO-  
RVM FINIS. ANTVERPIAE IN  
OFFICINA MARTINI CAESA-  
RIS, IMPENDIO AC AERE HO-  
NESTI VIRI GODFRIDI D V-  
MAEI BIBLIOPOLAE. ANNO

AB ORBE REDEMPTO

M. D. XXX.

XIIII.

CALENDAS MARTIL.

CVM GRATIA ET PRIVILE-  
GIO IMPERIALI.



## EPIGRAMMA AD LECTOREM

Cœcropias Zenonis opes , non nomen Athenas  
Sic decorat: Latium nec Ciceronis opus.  
Niliacum non sic illustrat laude perenni  
Nec Ptolomæa probat bibliotheca solum,  
Non sic Varronis olim monumenta Latinam  
Ditarunt linguam, Romuleosq; patres,  
Hoc opus ut decorat sedes insigne Latinas.  
Frugifero ex cultu Dorica regna beat.  
Ecce nouo constans nunc ordine cultius ibit,  
Ut tanto possis munere quisq; frui.  
Quod tibi comedendos ueterum sic præbet auitos  
Mores, melq; gerit Pytios, arma, fauos.  
Illud ex est pomis, ex odoro flore repletum,  
Hoc sed habet fructus Pallados eximie.  
Autori grates igitur debentur utriq;  
Quod prior ingenium, q; dedit alter opus  
Præmia debentur solerti magna labori,  
Dum pandit nodos , satq; superq; satis.  
Dicit( crede mihi) per deuia, per labyrinthum.  
Datq; animo ambrosiam, perpetuaq; dapes.  
Dicere qui Græcè cupiunt, recteq; Latine,  
Hunc librum discant. Lector amice vale.

